
Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Geogr., 956

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
UA ÆS Geo 8°
1 2 197 0 64429 1

+ REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Apost
Adelphi itineraria

IOAN.
BA

ITIN
HISTOR
CVM QVOD
Man. Francofordia,
gni Arelatensis urbe
lum, varijs ad Pru
peregrination
bus



BA
Impensis L

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

IOAN. IAC. GRASSERI
BASILIENSIS

ITINERARIVM
HISTORICO POLITICVM, QVOD EX INCLYTA AD

Mœn. Francofordia, Per celebriores Helvetiæ, & Regni Arelatenſis urbes in uniuerſam extenditur Italiam, varijs ad Prudentiam Politicam, & verum peregrinationis vſum, Hypomnematibus exornatum.



BASILEAE,
Impenſis LVDOVICI KŐNIG.
M DC XXIV.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ANTIQVA NOBILITATE,
AVITA VIRTVTE
ET
HEROICA INDOLE
PRÆCLARIS ADOLESCENTIBVS,

DNO. MATTHIÆ,
DNO. LAZARO,
DNO. IOAN. GODFRIDO,
ET
DNO. SIGISMVNDO.

STVBICKIIS à KÔNIGSTEIN, ET
WINDINGIANCKAW, &c.
FRATRIBVS GERMANIS,

DOMINIS SVIS GRATIOSISSIMIS
DIVINA PRÆSIDIA, ET OMNIVARIA
CÆLESTIVM BENEDICTIONVM
INCREMENTA.

PRECATVR ANIMITVS
IOAN. IACOBVS GRASSERVS
BAS. S.P.C. CIVIS ROMANVS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

NOBILISSIMI DOMINI.

FVit quondam in Vrbe Roma HERCVLIS & MVSARVM communis ara. Hodie quoque Bonæ Litteræ, ſine animi Generoſitate, rancidæ prorſus, & Reipublicæ Chriſtianæ, periculoſis his tempeſtatibus, inutiles ſunt. Quid enim in Philoſophia ingenij ſublimitas, & tam Græci quàm Latini oris facundia, ſine ſeria religioſæ mentis honeſtate, & grauiore reliquarum Virtutum ſtudio, quò humana noſtra ſocietas in æſtuante hoc turbarum Oceano, iuuatur, & recreatur? Quid Medicina cœleſtis Liberalitatis beneficio variæ mortalium ægritudini conceſſa, ſine generoſioris ſpiritus dotibus, quibus Hygiea laborantibus gratioſior exhibetur? Quid Juriſprudentia, tot Curiarum paſſim & Tribunalium exedris veneranda, ſine zelo Juſtitiæ & Aequitatis, ac ingenuo in Patriam eiúſque ciues amore, & affectu? Quid denique Biblicarum Litte-

Litteræ debent generoſum animum ſpirare.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Litterarum profeſſio & ſacrorum Myſteriorum ſcientia ſine Paſtorali erga contritos charitate, & impœnitentes, refractariosqúe diſciplinæ contemptores ſeueritate?

Nemo ſanè nec Deo nec patriæ ſeruire poteſt, qui vel carnis, vel pecuniæ, vel alterius vanitatis eſt mancipium. Non homo, ſed cadauer eſt, in quocunque vegetus ille à DEO inditus exſpirauit animus.

Terreſtres animæ humi repunt.

Scire & non agere, ſomnium potius & delirium, quàm hominis, ad Dei imaginem creati, profeſſio.

Conſpeximus hactenus in vobis, Nobiliſſimi Domini Stubickij, Iuuentutis noſtræ Principes, indolem vêrè Heroicam, atque enthei veſtri amoris, quo Muſas & Gratias proſequimini, nonnulla percepimus ſpecimina, quorum ad inclytæ veſtræ familiæ decus, vniuerſæ noſtræ Academiæ Proceres & alumni, non ſine ſolemni applauſu fuêre ſpectatores. Ex Regia Auſtriæ Vienna in has vſque oras, primis veſtræ adoleſcentiæ annis, ſtudiorum deſiderio profecti, Helueticas noſtras Athenas, quas ab Illuſtribus & nobilibus quibusvis ingenijs frequentari, inter alia gentis noſtræ encomia ab incunabulis audiuiſtis, inuiſere, illarúmque hoſpitio, ac concordi cum Pallade & Themide

Baſilea antiquum bonarum litterarum Lycæum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

contubernio uti voluiſtis, propediem peregrinationem veſtram, Bono cum Deo, vlterius ad Gallos & Italos deſtinaturi.

Quanti verò & D. Tilgeri, viri ornatiſſimi, & prudentiſſimi, commendatitias, quas mihi Argentinâ attuliſtis, & Ephori veſtri, D. Martini Knobelsdorffij, Viri in doctrina & Virtute multiplicis erga vos ſtudium fecerim, nonnunquam priuatim, nunc autem publicè libelli huius dedicatione vobis intimare volui. Et cùm vobis, ad celebriores Galliæ & Italiæ Vniuerſitates profecturis, aliter non quàm fideli conſilio, & ad Soſpitatorem Deum optimum maximum, religioſis pro valetudine & felicitate veſtra precibus ac votis, adeſſe ſufficiam, lapidosâ mea podagra Muſæo, patrijsqúe penatibus affixus, cuius cruciatus Diuina ſubinde miſeratio mitigare ſolet, præcipuorum Hiſtoricorum, qui de Regionibus, & vrbibus illis ſcripſerunt, quas Virtutis & Eruditionis excitandæ ac conquirendæ deſiderio perluſtrare auetis, Hypomnemata Politica & Antiquaria, ſub Itinerarij Compendio, vobis in affectus mei ſyngrapham, & viaticum, à me porrigenda, atque fideliſſimorum comitum & interpretum loco, quibuscum oportunè paſſim confabulari poſſitis, adiungenda conſultũ duxi.

Expe-

Expeditum percipietis inde ſubſidium, rariora in quibusuis locis indagandi, eáque in memoriæ veſtræ ac Judicij loculos redigendi, ſiquidem diſcuſsis obuiantibus itinerum faſtidijs, ampliore cum fructu, melioréque ſucceſſu, & facultate longè opportuniore deſtinata, & dudum cupita perluſtrabitis; quæ enim diuerſis in locis Th. Zuingerus, Stumpfius, Crantzius, Sabellicus, Bembus, Egnatius, Iouius, Guicciardinus, Blondus, Sigonius, & alij tam vetuſtiores, quàm recentiores Authores annotarunt, ea paucis concinnaui paginis, & quæ ipſe quoque in mea peregrinatione libenter cognouiſſem, & nunc ſcitu vtilia eſſe deprehendi, vno quaſi intuitu, etiam inter itineris moleſtias, cuiuis ſub caſulæ tecto, vel nauigij velo, aut carpenti tentorio, Vlyſſeæ πολυτροπίας ſtudioſo peregrinanti communico.

Itinerarij huius ſcopus.

Friuola, communia & trita, conſultò præterij, de iis ſolummodò ſollicitus, quæ vel veteres hiſtorias explicant, & illuſtrant, quæ Antiquitates interpretantur, & ob oculos clariores & gratiores ponunt, quæ Virtutis ſtudium accendunt, quæ bonos mores efformant, quæ iudicium acuunt, quæ prudentiam politicam imitandam exhibent, & vitiorum odium inculcant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Doluerat enim mihi hactenus videre plurimos, qui licet nec parentum, nec amicorum curis, & largitionibus, nec proprijs ſumptibus, ac laboribus in peregrinantium ſtadio pepercerint, tamen regionum, & vrbium, ac Rerumpublicarum, Academiarum & Eccleſiarum, exiguam & vulgarem admodum cognitionem ſecum retulerint, vtpote quorum mens æquè ac crumena exhauſta & imbecillis videbatur.

Quorundam pernitioſa peregrinatio.

Multi, proh dolor, proh pudor, nil niſi vaniſsimam vanitatem, ineptiſsimos mores, ſtultiſsimas ſtulticias, quaſi non niſi maximis diſperſis ſumptibus, & plurimis exantlatis diſcurrendo laboribus liceret inſanire, & ſimiarum delira ingenia, quæ foris degeneres in vecordiam rapti, admirari & imitari ſolebant, in patriam reportarunt, vnde factum, vt pleraque per Germaniam noſtram, integritatis & grauitatis quondam matrem, contaminata, & Cuperinæ deteſtabilium Aeruſcatorum adulterinæ monetæ ad-inſtar, corrupta, gentíſque noſtræ Allemannicæ Theutonicæ, Germanicæ auita generoſitate, omnia voluptatibus, libidinibus, vitijs ac ſcandalis ſint repleta, & in præſentem miſeriarum abyſſum præcipitata, adeò vt nihil niſi bellum, ferrũ, ignem,

famem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

famem, & tandem peſtem videamus, & audiamus, donec ad veram deducti reſipiſcentiam, vitæ nouitate Deum ad commiſerationem, & meritarum pœnarum mitigationem in Chriſto commouerimus, quod vt fieri poßit, Diuina eius bonitas continuis ſupplicationibus nobis fatiganda, & exoranda venit. Irati & offenſi Dei teſtimonia.

Ite vos, Heroici Iuuenes, DOMINI NOBILISSIMI, *vt cœpiſtis, Virtutis calcate tramitem, Maiorum veſtrorum inſiſtite veſtigijs, & fidißimum veſtrum Achatem ac Ephorum, per regiam hanc Virtutis & honoris viam alacriter ſequimini. Videtis enim in ſublimi Heliconis rupe, venerandam illam Felicitatis arcem, & in aureo templo coruſcantem gloriæ coronam.*

Jehoua Tutelaris, Deus & Pater clementißimus, cui omnis terra, & plenitudo eius paret, ad cuius nutum maria ſubſidunt, & tempeſtates elanguent, vos Angelis ſuis viatoribus cuſtodiat, & veſtrum hoc laudatißimum, aliorúmque omnium in pietate peregrinantium iter dirigat, vóſque paterna ſua manu ducat, & ſaluos, incolumes, & varijs Virtutum ac ſcientiarum ornamentis beatos, ad veſtros reducat.

Valete Domini Nobilißimi, Iuuentutis no-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ſtræ Principes. Baſileæ Kal. Febr. Anno Salutis reparatæ M DC. XXIV.

INterea Deus omnipotens res ſuſcipe noſtras,
Afflictoq; gregi perge fauere tuo.
Aſpice Barbaricas clades, ac larga cruoris
Flumina, & infandis diruta templa modis.
Lugubres audi infantum, iuuenumq; ſenumq;
Singultus, populo fata timenda tuo.
Eripe nos tantis Venerande Jehoua periclis,
Et Patrio aſpira præſidium ore tuum.
Elargire tuo Pacis dona aurea Olympo,
Et turbas toto tempera in Imperio.
AEternas humili ſoluemus pectore grates,
Deuotaq; tibi mente canemus epos.

IACO-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

IACOBVS LECTIVS IVRIS CONSVLTVS IACOBO GRASSERO SVO.

Priſcarum GRASSERE, *places indagine rerum,*
Nec minus ingenio, nec minus arte places.
Latius hoc alii: ſed non valuêre quod auſi:
Plus tuus in parvo cernitur orbe labor.
Et monumenta licèt manes de-foſſa ſub imos,
Appenetret Stygios vel tua cura lacus:
Hinc tibi deinde tamen neſciri neſcia ſurgit
Gloria, luce procul conſpicienda ſua.
Qualis ubi pariter radice in tartara tendit,
Porrigit & cœlo populus alta comas,
Teſtis erit ſanctũ retinens Offredus honorem,
Teſſera iudicii teſtis & iſta mei.

EIDEM.

Divini ſi ritè Ithaco tribuuntur honores,
Quod veras falſis miſcuit hiſtoriis:
Ecquæ GRASSERVM *clarabit gloria, cuius*
Scriptis hiſtorica eſt, & ſine fraude fides.

IOHANN. DVRENHEIM.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

VERS DE MONSIEVR DE MAIRARGVES GOVVERNEUR de Montpellier, enuoyes à M. Graſſerus, ſur l'anagramme de ſon nom.

PVis qu'il eſt queſtion d'un office
Qu'on doibt rendre a vn ſainct
Suiſſe
A bon tiltre & Iuſte raiſon
Ie veus bien aller a l'offrande
Auec des ſaincts Rauis la bande
Puis que ie ſuis de la maiſon

Son humeur tant douce & affable
Luy faira trouuer aggreable
Mon hardie deuotion
D'autans pluſtoſt que par ſa lettre
Ie croy de pouuoyr me promettre
Vn peu de ſon affection

Ie ne puis que ie ne le die
Vn petit traict de Ialouſie
En voyant ſes heureux eſcripts
Conuertit en glace mon ame
Et mon ſang deuint tout en flamme

De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

De peur de ny eſtre compris.

Quoy qui'l en ſoyt ceſt mon Enuie
D'honorer ſon Nom & ſa vie
Et en tout temps & en tout lieu
Il nous faut aimer tous les hommes
Puis que du genre nous en ſommes
Mais ſur tout les hommes de Dieu.

Son Nom eſt plein de bon preſage
Sa vie vn ſainct aprentiſſage
Et noble eſt ſa profeſsion
Son ſcauoir n'eſt pas comparable
A peine en void on de ſemblable
En moeurs & bonne Intention.

Ambaſſadeur ſage & fidelle,
De l'heureuſe bonne Nouuelle
Dont les premiers auantcoureurs
Furent les Eſcadrons des anges
Annonce ſans fin les louanges
De Ieſus Seigneur des Seigneurs.

Comme vn autre S.Iean baptiſte
Courageus inſiſte & perſiſte
Sans craincte des Herodiens
A deſcrier ce qui efface
L'image de Dieu en ſa race
Et qui nous priue des ſes biens.

Com-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Comme l'autre de Iacques frere
Le plus fauori ſecretaire
Du plus grand Roy de tous les Roys
A Cors & Crys pourſuy la beſte
Qui contre dieu dreſſe la teſte
Tant qu'elle rende les abbois.

Preſche de Iacques la Conſtance
L'humilité la patience
La foy ouurante en charité
Repren le mentir le meſdire
L'amour laſcif la n'oiſe, & l'ire
L'ambition, La vanité:

Redouble ton zele redouble
Dieu augmente cent fois au double
Les Talents que de luy tu as
Apres qu'a ſon ſainct Edifice
Tu auras complet ton ſeruice
Acquis a Ieſus regneras

IEAN IACQVES GRASSERVS.

AD

AD STUDIOSAM JUVENTUTEM.

QVi cupis, ô Juvenis, peregrinas viſere Terras,
Talibus auſpiciis hæc Cynoſura manet:
Moribus ut patrias redeas benè cultus ad oras,
Hiſtoriaq́; geras Orbis & Vrbis opes.
Non dabit id cuiquam regionũ cultus amœnus,
Non referent turres nec maris Vnda feri.
Cernis aves primo trans æquora frigore ferri,
Vere redire tamen non niſi cernis aves.
Sic tibi nil prodeſt alienas cernere Terras,
Si redis ad proprios talis ut antè lares.
Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt,
Dirigat illorum nî quis Amicus iter.
Ignoti populi, loca ſunt ignota, viæq́;,
Ergo iter hocce tuũ quid? Labyrinthus erit.
Dædalus ignotis Labyrinthi clauſit in antris
Semivirumq́; bovem Semibovemq́; Virum.
Hoc monſtrum errantes crudeli devorat ore,
Incauti latebras ſi mediumq́; petunt.
Sic vagabundorum capit Ignorantia mentem,
Hoc iter inceptum nî ratione regant.

Ut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Ut remees igitur Labyrinthi lætus ab antro,
Primò Ariadneæ ſuſcipe fila manus.
Sic tua cæca regens tenui veſtigia filo,
Intrepido monſtri pectore Victor eris.
Inde redux verum poteris contingere limen,
Et referes cinctas fronde virente comas.
Aſt Ariadnæum ſi vis cognoſcere filum,
Et cupis è latebris ritè redire vagis:
En tibi Graſſerus comitem ſe præbet eunti:
Illius, ut redeas, fila capeſſe manus.
Hoc duce non poteris deflectere tramite recto,
Hoc duce te reducem Terra aliena dabit.
Effugies rigidi metuenda pericula monſtri,
Non metues varias cæca per antra vias.
Nam loca nota facit, tibi quæ luſtranda per Orbem,
Adiungitq́; illis tempora priſca locis.
Scilicet ut pateat, præſtantia quanta locorum,
Et quid in his geſtum ſæcla priora notent.
Ergo iter incipias duce tali fila ſecutus:
Doctior & melior, digna brabæa feres.

M. DANIEL STOLCIVS
de Stolcenberg, Bohe-
mus. P. L.

IOAN.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

IOAN. IACOBI GRASSERI BASILIENSIS,

ITINERARIVM

HISTORICO POLITI-cum, variis hypomnematibus exornatum:

Inſtar Rhapſodiæ rerum maximè memorabilium.

FRANCOFORDIA.

CELEBRE emporium Francofordia ad Mœnum, quaſi in meditullio ſitum Germaniæ, locus deligendi Imperatoris haberi cœpit. Primus ibi Arnolphus electus fuit Imper. coronam tamen non niſi octauo regni ſui anno accepit à Pontifice. Crantz. Electio Imperatorum Rom.

Carolus IV. à Francofurtẽſibus contra Guntherum comitem Schwarzenburgenſem, qui imperium affectabat, ſuſceptus, & Cæſar declaratus, cùm alijs priuilegijs Francofurtum dotavit, tùm mercatu annuo gemino, qui etiamnum hodiè durat, anno 1350. Stumph. Nundinæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Mercator Germanus ad Mercatum Francofordenſem profectus circa ann Salut.1406. vino madidus hippoperam octingentis aureis onuſtam in itinere amiſit. Die feſto pro concione iacturam eam proclamari fecit:& indici centũ aureos ſe daturum promiſit. Tum faber lignarius, pauper,ſed integer vitę,mercatorem adit:& à ſe repertam hippoperam affirmat. Lætus mercator certis indicijs illã ſuam eſſe oſtendit. Cumq; ea coram teſtibus in medium prolata eſſet, mercator aſtu fabrum circumuenire ſtudens, octingentis aureis numeratis,quinq; honorarij cauſſa ei obtulit, centum ab illo clam ſuppreſſos dictitans,cùm nongenti in hippopera incluſi fuiſſent. Faber negat factum, mercator inſtat. Re ad iudices delata, cùm mercatoris verſutiam perſpicerent,iure iurando vtrique dato,cum alter octingentos tantum ſe reperiſſe, alter nongentos ſe amiſiſſe,Deo teſte aduocato,profiteretur: Decreuêre uti faber octingentos illos ſeruaret,quoad is,qui eos amiſiſſet,repeteret:nongentos verò mercator ab eo peteret,qui ſe nongentos reperiſſe aliquando faſſurus eſſet. Ioh. Paul. in Iocoſerijs.

Perfida ingratitudo.

Iuſtiſſima ſententia.

Simile quid Florentiæ quoque accidit. Cùm quidam amiſſa burſa cum XL. aureis, promiſiſſet ſe duos aureos, indici daturũ: at ruſtico burſam afferenti quicquam dare negaſſet, quòd duo coronati de ſumma deeſſent, improbitate hominis cognita, Alexander Medices Dux Florentinus burſam cum XL. aureis ruſtico reſtitui

Dignũ patella operculum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

tui iuſsit, & alterum illum, qui amiſerat, donec veniret, qui burſam cum XLII. offerret: hanc enim quæ XL. tantum contineret, illius nõ eſſe.

S.Bernhardus Frãcofordiã venit.

Cùm S.Bernhardus Francofordię apud Conradum III. Germanorum Regem eſſet, tanta malè affectorum ac debilium multitudo S. hominis viſendi ſtudio accenſa confluxit, vt aliquando Conradus præſens turbam in templo vrgẽtem ſuſtinere nequiuerit, ac depoſita chlamyde ipſum in vlnas ſuſcipere, & de baſilica aſportare coactus ſit. Sigon.

MOGVNTIA.

CVm ſub Arcadio & Honorio Godigiſilius rex Vandalorum, exemplo Rhadagaiſi, in Germaniam irrupiſſet, prid.Kal. Ian. Moguntiaci,multis hominum millibus in Eccleſia trucidatis,vrbem euertit, ac Vangiones diu obſeſſos in deditionem adduxit.Sigon.

Carolus M. ex Rheno in Danubium foſſam molitur.

Carolus Magnus, à Rheno, fluminibusq; in Rhenum decurrentibus,foſſam nauigabilem in Danubium,ad debellãdos Hunnos Pannoniam occupantes,ducere conatus eſt. Renunciatum eſt, inter duo flumina Rhadantiam & Alomoram (Rhedoneſſum & Alemannum Naruſcorum legit Auent.)breuiſsimum omnium interuallum eſſe: illum Mœno Bambergæ, Mœnum Rheno Moguntiaci miſceri: hunc verò iuxta oppidum Kelheim in Danubium ſe exonerare: magno quidem molimine, ſed regio tamen animo opereque fieri poſſe,vt omni parte, Euro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

pa terra aquaque peruia foret, latrociniaq; tollerentur,ac bella incruentius finirentur,vt,cùm ex mari mediterraneo in Rhodanum,ex hoc in Ararim nauigaretur; ex Ararique (vt priſci duces, ſi Tacito creditur, recogitauêre) aperiri in Moſellam alueus poſsit; qui flumini Rheno committatur: ſi item ex Rheno in Danubium, quô Pontus petatur, nauigaretur: commercia rerum in promiſcuo forent, ac orbis terrarum arcana patêrent; armisque Francorum nihil eſſet inacceſſum. Iam opus Boiorum, Francorum, Sueuorum ſtudio proceſſerat ad trium millium paſſuum longitudinem, trecentorum latitudinem (altitudo non traditur: pro natura loci depreſſam, vt patiens magnarum militariumque nauium eſſet, neceſſe fuit) cum quo longius tendebâtur, eò magis velut paluſtri limo in ſe reſidente, quicquid interdiu exhauriebatur, noctu explebatur, quô quaſi miraculo pauefactæ operæ ac curatores, id religioſum
Portẽtum. rati,vt conatu deſiſteret Rex, peruicêre. Atque ita facies rerum naturæ, quam mutare Francus ſtatuerat, vt ab æuo fuerat, permanſit. Æmilius lib.2. Immenſi acerui frumentorum, & omnis generis granorum reperti in campis: quæ ſi pecus guſtârat,eueſtigio peribat: farina inde facta, ſub manibus euaneſcebat. Noctibus auditæ ſunt voces mugientium, & laſciuientium, confuſi ſtrepitus circum ſuperiorem foſſam. Accedebant continui imbres, in loco alioqui paluſtri. Ideo quicquid terræ interdiu egerebatur,

gerebatur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

gerebatur, noctu humo relabente, ſubſidebat. Auentinus.

Moguntinę ſynodi Caroli Magni iuſſu occaſionem præbuerunt diſſoluti mores, tùm Eccleſiaſticorum, tùm plebeiorum hominum, quos corrigi cupiebat. Vt benè conſtitutas Eccleſias ſucceſſori relinqueret. Eandem ob cauſſam illo ipſo tempore Synodi fuerunt Remis & Turonij. Synodus Carolina.

Carolus Magnus Moguntiaci Rhenum ponte iunxit, cuius longitudo erat quingentorum paſſuum: tanta ibi eſt latitudo amnis. Decem annis per vices opera Europæ exſtructus eſt, perpetuus fore viſus. Anno antequam decederet Carolus, de cœlo tactus, tribus horis conflagrauit, adeò vt ne veſtigium quidem relinqueretur. Pro ligneo lapideum reſtituturus, priùs ex hac vita migrauit. Auent. Crantz. Pons.

Moguntiæ typographia inuéta 1458. à Ioanne Fauſto, inde tranſlata fuit Baſileam, quâ præ plurimis alijs excelluerunt Amerbachius, Frobenius, Epiſcopius, Henric Petri, Oporinus, Herwagius & Perna. Typographia.

Circa Ann. ſalut. 970. cùm vniuerſam fames premeret Germaniá, Hatho Moguntinus præſul ingentem pauperum frequentiam horreo incluſit, eosque ſubiecto igne concremauit, cùm vlulatus in flammis audiret, mures eſſe dixit; ſed tertio ſui epiſcopatus anno, diuina eum vltio oppreſsit: murium enim turba tantâ eum moleſtiâ affecit, vt in ipſo Rheni flu- Horrenda fames.

mine turrim exſtrueret; ſed nec ibi tutus, à beſtiolis morſibus fuit interfectus, nomenque eius parietibus & chartis inſcriptum, diuina vltione ab ipſis abraſum. Trithemius, Schafnaburgenſ.&c.

Sub Ludouico II. Imper. dæmonium Moguntiacam ciuitatem per triennium miſerè afflixit: dum circularis præſtigias luſit, incolasque infeſtauit. Primò vmbra feralis à nemine quidem conſpecta lapides in homines iactare, pulſare fores cœpit. Mox ſub humana ſpecie peſtilens ac nequiſsimus genius deliteſcens, reſponſa reddidit, furta prodidit, criminatus quoſcunque notâ infamiæ aſperſit, diſcordias, ſimultates excitauit. Paulatim horrea, caſas omnes ſuccendit atque exuſsit: ſed vni moleſtior accidit, perpetuo eius lateri, quocunque diuerteret, hærens atque domum comburens, & vt viciniam vniuerſam in necem innocentis concitaret, ob ſcelera illius hunc locum infamem ac deuotum eſſe prauus mendaciorum faber iactabat. Sigebertus, Auentinus & alij.

Dæmonis præſtigiæ.

Dieterus Archiepiſcopus Scholam Moguntiæ exſtruxit.

Moguntina Eccleſia circa annũ Chriſti 340. floruit, anno 425. D. Albanum doctorem habuit.

Anno Salut. 1105. Heinricus Archiepiſcopus Moguntinus vir pius & pacificus, à criminatoribus Romam delatus, à Papa accuſatur, tanquam ſomnolentus & ineptus ad tantæ Eccle-

ſiæ gu-

ſiæ gubernationem. Miſit igitur Arnoldũ quendam clericum ſuum, quem propter ingenij dotes recens in præpoſiti & camerarij dignitatem extulerat; quemque ſibi propter beneficia omnium maximè fidum futurum eſſe credebat. Deteſtãdũ facinus.

Arnoldus Romam veniens, cardinales, quantum poteſt, pecuniâ corrumpit, ſuum benefactorem tetris conſpergit criminibus, atque impetrat, vt ſibi archiepiſcopatus ille demandaretur, à Papa obtinet, vt illi ipſi duo Cardinales (vt eos Conradus author Moguntinenſis hiſtoriæ nuncupat) ad cognoſcendam & determinandam iſtam cauſam in Germania, ablegentur. Vormatiam delati Henricum citant, qui comparans, ſimplicem veritatem ore ſimplici exponit. Sed iudices muneribus faſcinati, Heinricum gradu deiiciunt, Arnoldumque in eius locum ſubuehunt. Reſpondet Henricus: ſi ad ſedem Apoſtolicam appellarem contra veſtrum iniquum proceſſum, Papa forſan ipſe nihil amplius attentaret, & nihil mihi accreſceret, niſi labor corporis, miſsio rerum, & afflictio ſpiritus, & euiſceratio mentis, & euacuatio gratiæ.

Appello igitur ad Dominum Ieſum Chriſtum tanquam iudicem iuſtiſsimum, vos cito ad eius tribunal, ibi mihi coram ſummo iudice reſpondebitis. Non enim iuſtè, nec ſecundum Deum, ſed mercede corrupti, ſicut placuit, iudicaſtis. Nec multò poſt in monaſterio quodam Heinricus placidè obdormiuit. Prouocatio ad diuinum tribunal.

A 4 Pauloq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Pauloque pòſt Cardinales eum ſecuti ſunt, vterque fœda morte extinctus: vnus enim in cloaca inteſtina omnia ſua effudit, alter manuum ſuarum, digitos articulatim abmordens, & de ore exſpuens, deformatis manibus exſpirauit. Zuing. in theat.

Villegiſus Archiepiſcopus Moguntinus 34. patre rhedario natus, & ab Othone III. Imp. primus in Electorum numerum cooptatus: ne ſuperbia efferretur, aſsiduè ſecũ recollebat, quis ſis, quis fueris memento. Ideoque in parietibus ſui oratorij rotas depinxit ac ſuſpendit hac inſcriptione: Villegiſe prioris tuę fortunę memor, qui nunc ſis, conſidera. Nauclerus, Bruſch.

INGELHEIM.

CArolus Magnus Pipini Francorum regis, qui ſub Hildrico rege Maior domus erat, & Berthæ filiæ Heraclij Conſtantinopolitani Cæſaris filius, natus eſt in Ingelheim villa, quæ duobus diſtat milliaribus paſſuum à Moguntiaco, vbi inſigne palatium extruxit, cuius veſtigia hodiè cernuntur. Cuſpin.

WORMATIA.

VVormatia, olim Borbetomagus, inde paulatim Vouertomagus, Voruemagus, Vormagia, Vormacia. Communiter ciuitas Vangionum. Nam & portæ eius, quæ Pauonia dicitur, inſcriptus titulus, cubitum ferè longis litteris: SPECVLA Vangionum.

Inter

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Inter Germaniæ pagos nullum inuenies ampliorem, celebriorē, villis oppidisq; inſtructiorem, pago Wormatienſi. Nam & metropolis eius Wormatia, Vangionum olim caput, declinante poſtea Imperio, Franciſq; rerum potientibus, maximè ab illis culta, adeoq; eorum Regia ad Orientem fuit, propemodum vt ad occidentem Lutetia, Pariſius. Eiusq; regiæ adeo nominatim meminerunt annales Karolini. Sub Anno 791. Palatium Wormatienſe incendio conſumtum eſt. Cum illo Pariſino & hoc commune habuit, quòd Beato Dionyſio Ariopagitæ vicinum, fanum vtrobiq; Dagobertus Rex conſtituit, quod iuxta Lutetiam manſit, iuxta Wormatiā poſtea ſub Ludouico II. Imp. Cyriaco martyri conſecratum fuit. Francorū Reges poſtea more ſuo, vt alijs in locis, ita hac quoq; vrbe Comites Ducesq; beneficiarios cōſtituerunt, vnde comitatus Wormatienſis non ſemel legitur. Eberhardus Dux Wormatiæ & Franconiæ claruit circa Annum 946. Conradus Dux Wormatienſis Othonis Imp. gener, in prælio illo duriſsimo contra Hungaros ad Auguſtam Vindel. cecidit. Eius palatium Burchardus Epiſcopus Heinrici II. Imp. ſubſidiis conuertit in collegium Canonicorum S. Pauli.

VVormatia Metropolis ampliſſima.

Palatium Regium.

VVormatienſes Duces.

Nulla in ciuitate frequentiora Principū comitia, Regum, Cæſarumq; nuptias, aliosq; ſolennes conuentus & curias habitas, reperies in annalibus. Meruerat id antiquitas celebritasq; ciuitatis, oportunitas fluuij, fertilitas optimę re-

Principum comitia & ſolennes conuentus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

gionis Baccho, Cerereq́; affluentis. Hinc antiquiſsima fabula de Rege Gybicone, eiusq́; roſeto, Grimhildis manu exculto, ac tot Heroum concertationibus ſanguinolentis decantato.

De Gigantibus fabula.

Concidit autem priſcorum Francorum hiſtoria, quos à corporum pariter armorumq́; robore (Romanis etiã calamis celebrato) Gigantes poſteritas credidit. Vnde etiam domũ quandã nõ dubiæ vetuſtatis in vrbe, vaſta altitudine, & amplitudine, migrandi portas ingentibus feneſtris, (quam Prætoriũ Regum aut Ducũ, comitumve Francorũ fuiſſe certũ eſt) Gigantum domicilium etiamnum vulgo vocant.

Cùm Fridericus III. Imp. aliquandiu quietis & recreationis gratia, difficillimis in Belgio expeditionibus feſſus, cõmoraretur, famoſiſsimi Gigantis tumulum, quod in D. Cæciliæ fano oſtenditur, mandauit perſcrutari, num aliquorũ oſsium reliquiæ ſupereſſent. Idem autẽ fuit euẽtus, qui in Rolandi apud Aquitanos tumulo, à Franciſco aperto. Quamuis enim in ipſa terrę viſcera deſcẽdiſſent, tã profundè vt aqua copioſe egrederetur, ne minimũ tantũ indiciũ vllius cadaueris, ne dum Gigantis reperiri potuerunt.

Archiepiſcopatus.

Archiepiſcopatus Wormatienſis Moguntino lõgè antiquior & amplior ob prærogatiuã Metropoleos ſuę, & Regũ eo tẽpore ſedes alijs ſublimior, adeo vt Mogũtinus ſub illo fuerit ad ann. vſq; Dñi DCCXXIX. quo ſub Pipino Rege & Gregorio III. vice inuerſa Moguntia ſublimata, & Wormatia Prę ſulis ſui culpâ fuit depreſſa. Wormatiẽſ. Epiſcopatus incepit circa añ. Chriſti 390.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

FRANCKENTHAL.

FRanckental. Anno Chriſti MCCXXXV. Buggo Epiſcopus VVormatienſis Monaſterium Auguſtinorum condidit, authore Trithemio. Hodie vrbs elegans à Gallis & Belgis mirificè exculta, ſub Duce Io. Caſimiro & Friderico IV. Palatinis.

OPPENHEIM.

OPpenheim in Comitatu Zeizolffi comitis. Hãc à Carolo M. Cœnobio Lauriſſamẽſi donatam, Conradus II. Rex Rom. certa permutatione ad dominiũ Imperij retraxit: poſtmodũ in ius Palatinũ ſub Ludouico Imp. pervenit. Freherus.

MANHEIM.

MAnheim. Sereniſsimus Princeps Fridericus Elector Palatinus, inter cætera laudati Principis munia, quibus iã inde à primis gubernationis ſuæ auſpicijs, per omnem ditionẽ ſuam res diuinas humanasq; ritè & ordine diligenter procurauit, temporum horum iniquitatẽ & creperum rerũ publicarum ſtatum conſiderans, ad præſidiariũ caſtrũ excitandũ, nouumq; oppidũ confluæ vndiquaq; hominũ, piorũ multitudini recipiendæ, animũ adiecit. Eique rei idoneum cumprimis & prope incomparabilẽ locum cõſpicatus ad Rheni Nicriq; confluuiũ, quà vetus & nobile caſtellũ, cum pago, Manheimij nomine inde à Carolinis tẽporibus noto, teloneo duplici fructuoſum, piſcatione & venationibus amœnum, hactenus in delicijs fuit, re diu multumq; deliberata, & accerſitis artificibus, tam aquariæ tam ædificatoriæ rei peritis, materieque omni neceſſaria dudum prouiſa, quod ſe- Manheimii reſtauratio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

lix fauſtumq; ſit, XVII. die Martij, anno ſalutis MDCVI. bonis auibus arduum, & laudabile opus eſt agreſſus. Pridiè enim, cum coniuge venerãda, filioq; natu maiore ſibi cognomine, nuper è Gallijs reuocato, & lecta procerum caterua, eò profectus, ſummo mane in locum operi deſtinatum, iamq; in futuræ molis formam ſulcis actis deſcriptum & vrbatum, ſe conferẽs, inque ipſo ripæ extremo, quà virides Nicri vndas cœruleo ſinu Rhenus pater excipit, ſub papilione erecto ſuos congregatos tenens, à ſuperni Numinis inuocatione (ſine cuius ope nil rectè incipi, nedum confieri didicit) auſpicium fieri voluit. Cùm per Euangelij miniſtrum, è Pſalmo XLVI. copioſo & appoſito ſermone, explicatum fuit, an & quatenus Chriſtiani, quibus omnis ſpes & ſolida fiducia in Deo, ceu rupe firmiſsima, & arce inexpugnabili, repoſita eſſe debet, ædificatis munimentis & ſubſtructionibus terrâ factis, & operibus manuum ſuarum, ſecuritatem ſuam committere debeant: quid item, in nouis oppidis condendis, fundatoribus potiſsimùm curæ conſilijq; eſſe debeat. Tum calidæ preces ad Deum fuſę, qui ſurgenti oppidulo, pro Eccleſiæ & poſteritatis commodo, ſucceſſum & proſperitatem cœlitùs largiri, locúmque ſibi propriè votum & dicatum, benignè accipere & ſacrare dignaretur. Eo peracto, Princeps papilione egreſſus, quamvis imbre largo & ventorum vi procelloſa inſolitum ſtrepente, manus ipſe primus operi admouit, arreptoque

ſarculo,

ſarculo,circumfuſa,&ſpectante propè innumerabili hominum turbâ, ſcrobem quadratam ceſpite abraſo infodit,in quo ſaxum quadrum ſupernè inciſum & excauatum depoſuit, eique imaginem ſui vultus in auro fabrè expreſſam cũ die, & anno rei, quæ gerebatur, inſcriptis, dulciſsimi ſui nati,ceu amabilis cuiuſdam Iuli,manum imponi,moxq; operculo ad id aptato contegi voluit. Quo facto omnis Comitum manus certatim, ceu ſigno dato, ita vt erãt palliati gladijsq; accincti, & his ipſe Princeps permixtus, ad inſtrumenta foſſoria prouolare, & vehiculis manuarijs (genus eſt vnâ rotâ volubile,duabus anſis ductile, amplius quàm humeris recipi & geſtari poſsit,materiæ facilè quouis prouoluẽs) tantum ceſpitis & terræ, arenæq;, miro quodã animi ardore, & pulcra contentione tàm impigrè congerere, nihil aut pluuium rorem, ſoliq; lubricum, aut ventorum intemperiem morata, vt dicto citius non tantum ſcrobem illam cum ſaxo operiret, ſed verò aggerem & tumulum non exiguum extolleret & accumularet. Atq; ita opere cum bono Deo inchoato, illud deinceps vrgendum & perficiendum, mercenarijs feſſorum turmis magno numero collectis, traditum & demandatum fuit.

Manheimij antiquitas.

Et ne quidquam vetuſtatis ignoremus, hic eſt ille locus veteris Germaniæ, in barbarico trans-Rheno,quà (Auſonij verbis)Frãcia mixta Sueuis, tam nobilis: in quo (neſcio an non ante hunc & alij)Valentinianus certè,cùm eius

filius

filius Gratianus Alemannos Sueuosq; non procul inde ad Nicrum & Lupodunũ indigna ſtrage afflixiſſet, quo arctiori ceu compede illos cõtineret, improbo militum labore munimentũ collocauit: quod conſtat oculato teſte & fide digno ſcriptore Ammiano Marcellino, tũc in caſtris Romanis ſtipendia faciente. Verùm Auguſti illius operis, poſtquam exturbatis Romanis, ille locus non diu poſtea in Francorum ius redijt, Theodeberto & Sigiberto potiſsimum Auſtralis Franciæ potientibus, nullum ferè hodiè veſtigium ſupereſt, niſi quòd eo ipſo nonnunquam vetuſtatis tenues reliquiæ, & numiſmata vilia hodieq; reperiuntur, & lapis vetus fabrè ſculptus ibidem erutus, nunc puteo ante Curiam aptatus cernitur, reconditam paganici ſacrificij (Taurobolium illi vocabant) memoriam repræſentans.

Inſcriptio tabellæ in fundamentis poſitæ.

QVOD FELIX FAVSTVMQVE SIT.

Fridericus IIII. Palatinus Rheni, S. Romani Imp. Archidapifer & Princeps Elector, Dux Boiariæ &c. In notiſs. iſto pugnacis Franco-Sueuiæ veteris ſolo, ad Rheni Nicriq; cõfluentes, quo Valentinianus Imp. Aug. vexandis olim Germanis munimentũ ſibi celſum, & tutũ à primis fundarat auſpicijs: quod tamen in Romana poteſtate non perennauit, ſed Francorũ juſtioribus armis non diu pòſt ceſsit. Manninheim nomine notum, & in ius Palatinum tandem venit. Ipſe haud paullo melioribus auſpi-

Inſcriptio Fortalicij Manheimenſis.

cijs,

cijs, ad ſuam ſuiq; populi & patriæ tutelam, arcem firmiſs. cum propugnaculis & oppido, de nouo à fundamentis extruere cœpit: quibus ipſe ſua manu hancce tabellam vnà cum primo imoq; ſaxo & ceſpite impoſuit XVII. die Martij MDCVII.

HAIDELBERGA.

HAidelberga vnde nomẽ habeat, Paulus Meliſſus Com. Pal. Poëtarum Phœnix docet.

Haidelberga vocor. Myrtilli, veſcula dona,
Monte ſub herboſo mî tribuêre notam.
Virgo manu baccas geſtans, inſigne decorum,
Teſtis ad excelſos ſtat veneranda tubos.
Vindicat id Vates FRIDERICI, *victor in hoſtes*
Strenua pugnaci qui tulit arma manu.
Vindicat id prætor, vexilli curia cuſtos,
In quo Nympha iugi myrtea teſca premit.
Ciuis id euincit, qui crebra in colle propinquo
Creſcit myrteolis herba virens folijs. Haidelbergæ nomen.
Ecquis me Panorum, quis nominet Eitelbergam
Vanus? Edelbergam qui vocet, errat item.
Sunt, quibus ex hœdis hoc nomen adepta vel Ethnei
Differar, at falſum eſt nomen & illud & hoc.
Montem ego Myrtileum ſacrabo perenne. Faceſſat
Nominis ignarus quæ ſit origo mei.
Multi multa nouant. Vera eſt, antiqua Penatum
Quam loca ſunt propriè teſtificata, fides.

Innotuit primùm ſub Conrado Palatino, Imperatoris Friderici fratre germano, qui ibi aliquandiu habitauit, ac mortuus in vicino cœnobio Schönaw ſepultus eſt.

Vrbis antiquitas.

OTTO.

OTTO. Palatinus Heinricũ Friderici II. Imp. filium patri rebellem & contumacem in cuſtodia Heidelbergæ tenuit. Inde Alzciam, & poſtea in Siciliam miſſus, in arcta cuſtodia ad mortem vſq; per quinquennium detentus fuit.

Anno Chriſti M. CCCXCII. Rupertus ſenex Haidelbergã ita amplificauit, vt villã Nicro adiacentẽ, quæ iam inde à Carolinis temporibus exſtabat, cũ ſuburbio, quod Spirenſe nunc vocatur, coniungeret. Templum S. Spiritui ſacrum, Rupertum Cæſarem habet fundatorem. Specula in latere montis Gaisberg Fridericũ I. tempore inteſtini motus. Turris illa prægrandis rotunda, qua poſt Bituricenſem vix grandior, Ludouicum Philippi f. autorem agnoſcit.

Academia. Sub Vrbano P. P. & Wenceslao Imp. fundata eſt Academia Heidelbergenſis, Germanicarum antiquiſsima, à Ruperto ſeniore.

Anno M. CCCCXV. Ioannes XXIII. à Conſtantienſi cõcilio depoſitus, Haidelbergam primò, deinde Manheimium ductus fuit.

Inſignis victoria. Anno M. CCCCLXII. Fridericus I. Palatinus Elector, victis captisque apud Seckenheim tribus Principibus ſibi iniquè aduerſantibus, triumphans eos Heidelbergam duxit, & pro merito tractauit: de quibus ita ſcribitur.

Fridericus Palatinus Rheni anno 1462. Carolum Marchionem Badenſem, Ioannem Epiſcopum Spirenſem, & Vlricum comitem Wirtenbergenſem, Heidelbergam obſidentes, & de vrbe oppugnanda conſultãtes, equitatu ſuo ex impro-

improuiſo circumdatos cœpit: populares ex vrbe procurrentes, vndiq; diſcluſos hoſtes memorabili victoria ſuperârunt. Captos Principes,& magna pecuniæ vi redemptos,ſplendido excepit conuiuio, obſonia regali luxu illata,panis ſolus deerat. Cauſam rogatus Princeps: vaſtatis veſtrâ incurſione ſegetib. reſpōdit: quàm ruſticis meis eam & mihi intuliſtis iniuriam. Diſcite nunc ſubditorum ſudoribus parcere, quorum laboribus victum noſtrum conſtare videtis. Hedio & Naucl.

Palatinus Rheni ad differentiam cæterorum, ſed maximè Palatini Saxoniæ dictus eſt. Cùm enim Imp. Romanum in duo Regna, Lombardicum & Teutonicū eſſet diuiſum; & hoc rurſus duplici iure regeretur, Frācico & Saxonico, quorum hoc tractum Saxonicum,uſq; ad mare Balthicum, illud tractum Rheni cum Belgio, Sueuiam, Franconiam Orientalem, Bauariam & Auſtriam ad alpes vſq; Italicas (omnia à veteribus Francis ſubacta) complectebatur: hinc factum eſt, vt duo etiam principales Palatini haberentur,Saxonicus & Rhenenſis. Ita enim placuit,hunc à tractu Rheni,tanquam antiquiſſima, optima, & nobiliſsima Germaniæ parte, potiùs quàm cæteris denominare. Vnde etiam eſt, quòd hi duo Palatini, velut proximi à Rege Teutoniȩ,eo abſente,diuiſis inter ſe ad modum prædictum limitibus, vice ſacra Imperium gubernant. Quod à majoribus ſine dubio ita receptum. Carolus quartus Imper. confirmauit:

Palatinorum Rheni authoritas.

Palatinus Imperij prouiſor. Quoties ſacrum vacare continget Imperium, illuſtris Comes Palatinus Rheni, ſacri Imperij archidapifer, ad manus futuri Regis Romanorum in partibus Rheni, & Sueuiæ, & in iure Franconico, ratione principatus, ſeu comitatus Palat. priuilegio, eſſe debet prouiſor ipſius Imperij. Et poſtea mox: Et eodem iure illuſtrem Ducem Saxoniæ ſacri Imperij Archimarſchallum frui volumus, in illis locis, vbi Saxonica iura ſeruantur (hæc enim paſsim Sueuiæ & Rheno opponi, in illorũ Speculo obſeruamus) ſub omnibus modis & conditionibus, ſicut ſuperius eſt expreſſum.

Pomi Imperialis myſterium. De Palatini Electoris pomo aureo Imperiali D.Freherus ait. Hic globus inter inſignia & ornaméta, imperij Romani, quæ Regalia vocãtur, βασιλικὰ, κειμήλια, ἐπίσημα, καὶ σύμβολα. quibus Imperator inauguratus inueſtiebatur, ab omni antiquitate vel primo loco habitus eſt. Quẽ ita deſcribit Glaber Rodulphus: Venerabili Papę Benedicto ſedis Apoſtolicæ viſum eſt inſigne Imperiale, quod prius diuerſis ſpeciebus figuratũ fuerat, fieri admodum intellectuali ſpecie: idq́; præcepit fabricari quaſi aureum pomum, atque circumdari per quadrũ pretioſiſsimis quibusq; gemmis, ac deſuper auream crucẽ inſeri. Erat autem inſtar huius mundanæ molis, quæ videlicet in quadam rotunditate circumſiſtere perhibetur: vt ſiquidem illud reſpiceret Princeps terreni imperij, foret ei documentum, non aliter debere imperare vel militare in mundo, quã

Imperatoris officiũ. vt dignus haberetur viuificæ crucis tueri vexil-

lo. In ipſo etiã diuerſarũ gẽmarũ decoramine, videl. Imperij culmen plurimarũ virtutum ſpeciebus exornari oportere. Et Godefrid. Viterbienſis parte XIX. vbi de Regalib. ornamentis.

Aureus ille globus, Pomum vel Palla vocatur,
Vnde figuratum mundum geſtare putatur.
Quando coronatur, palla ferenda datur: &c.

Vnde legimus in coronatione Wilhelmi Hollandi Aquisgrani facta MCCXLIX. Ludouicum Palatinũ in manu noui Regis globũ aureũ ponentẽ dixiſſe: Accipe globũ ſphœricũ, vt omnes terrę nationes R. Imperio ſubjicias, & Auguſtus glorioſus appellari valeas. Et addit Godefridus:

Crux ſupereſt Pomo, cœli ſuper inſita dono.
Suſcipe corde bono Rex, quæ tibi myſtica promo.
Teq; ſedente throno, proſpice quid ſit homo.
Si mundana cupis pugno concludere regna,
Significata crucis tibi ſint reuerenter habenda.
Seruulus eſto Dei, qui tua ſceptra regit.

Cùm ea ſit hodiè Palatinatus calamitas, vt ad illius conſiderationem, lacrymis penè totus diffluam, in hiſce duobus ſubſiſto, quæ de Philippo Melanchthone leguntur.

Philippus Melanchthon, ex Miſnẽſis ludi viſitatione domũ reuerſurus, tractũ amœniſsimũ ad Albinũ inter duos mõtes ſitũ flumine, valle, vineis, pratis arboribusq; vndiq; veſtitũ accuratè intuens, lacrymas profudit, idq; cur faceret, interrogatus, reſpondit. Doleo hæc tã culta loca prædæ barbaris Turcis fore. Matth. Dreſſerus.

In epiſt. ad Nic. Ciſnerũ Anno 1540. inter alia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ſcripſit: ſæpè gemens intueor, & montes veſtros, & arces illas, quas primum à Valentiniano Imp. in Nicri ripis montibus veſtris impoſitas eſſe ratiocinor. &c.

Seruius Sulpitius cùm ex Aſia nauigans, Megaram, Piræum & Corynthum videret, oppida quondam florentiſsima, tunc autem proſtrata & diruta, cæpit ſecū ſic cogitare, vt ad Ciceronē ſcribit, hem nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrum interit, aut occiſus eſt, quorū vita breuior eſſe debet, cùm vno loco tot oppidorum cadauera proiecta iaceant.

SPIRA.

OTTO III. Imp. Spirenſi Eccleſię aureā Chriſti crucifixi donauit imaginē, in qua ſimul ipſius Imp. viua expreſſa erat imago. Bruſch.

Eccleſiæ Spirenſis antiquitas. Spiræ circa annum Chriſti 350. Chriſtum docuit Ieſſe, qui in Concilio Colonienſi contra Arianos comparuit, poſt eius obitum Eccleſia aliquandiu fuit diſsipata.

Ann. Chriſti 630. Epiſcopatus incepit.

Ruckerus Epiſcopus pagum Speir à præterlabente fluuio ſic dictum, muris cinxit. circa annum Chriſti 1081.

Cùm Spiræ conuentus haberetur añoChriſti 1529. religionis reformatæ cauſsâ. Principes aliquot Germaniæ, Elector Saxoniæ, Georgius Brandaburgicus, Lādgrauius, Erneſtus & Frāciſcus Luneburgici, Anhaldius, vnà cū aliquot ciuitatibus, Argentina, Norinberga, Vlma, Cōſtātia, Rutelinga, Winshemio, Meminga, Lindauia, *Principes proteſtantes.*

dauia, Campoduno, Heilbruno, Iſna, Weiſſenburgo, Norlinga, San-Gallo, opponentes ſeſe Cæſareo decreto, ob ęam proteſtationem Proteſtantes dici cœperunt. Schleid.

WEISSENBVRG.

Veiſſenburg olim Sebuſium. Claret immunitate certis terminis ſaxeis circumſcripta.

Rex Dagobertus Weiſſenburgi monaſteriũ Benedictinorum principalibus reditibus & priuilegijs amplificauit, illudq; Fuldenſi, Campidonenſi ac Murbacenſi ęquale fecit. anno Chriſti 1546. conſenſu Caroli V. & Pauli III. Spirenſi epiſcopatui fuit ſubiectum.

HAGENAV.

Hagenaw à Friderico Barbaroſſa muris circumdata, & à Friderico II. inter Pagos Imperij relata fuit.

Hagenoæ à Friderico I. Imp. uſq; ad Othonem IIII. Imp. inſignia & Clenodia Imperij cum primariis quibuſdam reliquijs aſſeruata fuerunt, quibus Carolus magnus in coronatione uſus fuit.

TABERNA.

Vrbis huius varia fuit fortuna. A Iulio Cæſare, vt aiunt, exſtructa, ab Allemannis vaſtata, à Iuliano Imp. reparata, Anno 1525. tumultuantium ruſticorum ſtrage plurimùm inclaruit.

Tot cincta eſt turribus, quot annus voluitur menſibus, & tot in muris pinnaculis ſuperbit, quot annus conſtat ſeptimanis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Henricus II. Galliarũ Rex ibi aliquandiu ſubſtitit, cùm contra Carolũ V. Imp. bellũ gereret.

ARGENTINA.

ARgentina vrbs nobiliſsima ad Rhenũ, nullã prius expugnationẽ paſſa, ab Atila Hunnorũ Rege capta, & direpta eſt. Mœnia deiecta vti in memoriam Atilę cunctis aditus liberè pateret, & capitali pœna, ne quis illa reſtauraret, ſancitum. Hinc Germanico vocabulo Strasburg cœpit appellari. Hinc ſemitâ tranſuerſâ in Clypeo gerit. Argentinæ nomen.

Ottho I. Imp. implorante ſuum auxiliũ Ludouico Rege Galliarum, pulſo ab Hugone, Argentinam occupauit, & cùm prius Silberthal appellaretur, Strasburg nominari voluit. Zuing. Theat.

Henricus II. Imp. victis Bohemis, Sclauis, & Polonis, Epiſcopatus Merſeburgenſem, Magdeburgenſem, Miſnẽſem, & paulo poſt, Argentinenſem, qui incurſatione Barbarorum euaſtati fuerant, auxit, & locupletauit, reditibusq; denuò ditauit, & in priſtinum Dignitatis gradum, ædificiis collapſis reſtauratis, & multis ornamentis additis, reſtituit. Cuſpin.

Templum Argentinenſe magnificum Ann. Sal. 1015. ædificari cœptũ. Turris verò Añ. 1277. ab Ebroino Steinbachcenſe fundamenta iacta. Baſilica.

Ann. 1306. Ioan. Hiltzius Colonienſis turris educendæ prouinciam ſuſcepit. In medio opere concidit. Tandem Sueuus quidam materiam iam paratam compoſuit, ſic vt imperfe-

cta, licet 574. pedes altitudine excedat. Stumpf.

Ann. Chr. 1538. Argentorati Collegium eſt inſtitutũ, authore Iacobo Sturmio ſenatore primario : quod breui tempore ſic effloruit diligẽtia Doctorum, vt non ſolùm extremi Germani, ſed & exteræ quoq; nationes eò confluerent.

Profeſſores habuit omnigenæ Virtutis & Doctrinæ gloria excellentiſsimos, Martinum Buccerum, Wolfgangum Capitonem, Paulum Fagium, Ioannem Caluinum, Petrum Martyrem, Caſparum Hedionem, Hieronymum Zanchiũ, Ioannem Sturmiũ, Obertum Gyphaniũ, Hieron. Maſſariũ, Eman. Tremellium, & alios de re litteraria optimè meritos Anteceſſores.

Ann. Sal. 1349. in vniuerſali illa per vniuerſũ terrarum orbem peſte, obierant Argentinę hominem ſedecim millia.

An. 1578. Academię Ius Maximilianus II. Imp. Argentinẽſibus cõceſsit. Iiſdẽ nuper Ferdinan. II. Imp. Vniuerſitatis priuilegia dedit ampliſs.

An. Sal. 1569. duo pręſidiarij milites apud Argentinenſes in vincula coniecti, alter in Deum blaſphemus, alter in præfectum cohortis iniurius. Pro illo, ob ſpectatam fortitudinem optimi quiq; intercedebãt, pro hoc verò nulli. Senatus prudẽtiſsimus indignũ ratus, violatorẽ Dei meliore cõditione eſſe, quã calumniatorẽ hominis, cauſſę cognitione ijs quibus oportuit, demã data, vbi blaſphemiã horrendã, licet ab ebrio, & emotæ mentis homine admiſsũ, cognouit, plus diuinæ Maieſtatis, quàm humanæ gratiæ, &

Argentinenſium pietas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

interceſsioni tribuendum ratus, ſupplicio capitali, extracta per ceruicem lingua blaſphemum affecit. Zuing.

IOAN. Iacobus Schütz à Troubach / Argentinę hoſpiti cuidam cathenam orichalceã, magni ponderis ſeruandã dedit. Mox ab hoſpite mutuam pecuniam petijt. Hoſpes non grauatim dedit, pignore depoſito fretus. Schutzius cùm locum, in quo Cathenã hoſpes depoſuerat, obſeruaſſet, clam eã abſtulit, & in cloacã proiecit. Depoſitum deinde reperijt. Hoſpes nihil de fide illius ſuſpicatus, à fure quodam ſublatã credebat. Commodum interea falſi crimine conuictus Schutzius, cum iam ceruicem Carnifici ſecandam præberet, fraudem contra hoſpitem ſuum commiſſam, faſſus eſt. Beat. Rhen.

Ann. ſal. 1588. Argentinẽſes cũ potentiſsimis Tigurinorũ & Bernenſiũ Rebuspublicis fœdus iniuerunt, illudq́; 13. Maij ſolenniter iurarunt.

Victis ad Argentoratum magno prælio Germanis, Chonodomario Rege capto, Iulianus Cęſar, à Conſtantio Imp. iam pridem dictus, acclamatione concordi totius exercitus, Auguſtus appellatus, eum honorem increpito milite, iureiurando repudiauit. Sigonius.

Argentina Baſileam aſcenditur, vel per Briſgoiam, in parte Allemañicæ, vel per Alſatiam.

Nonnullis Briſgoiæ locis Marchio Badenſis dominatur.

De Iacobo Marchione Badenſe ſcribit Æneas Syluius. Quòd heroica pietate ditiones ſuas à latro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

latrocinijs purgarit, dum latrones quã diligẽtiſſimè inſequeretur, & apprehenſos rotæ ſupplicio afficeret. Si quando in ditione ſua latrocinium commiſſum audierat, vocatis ijs, qui damno affecti fuerant, tantum eos ex fiſco ſuo accipere iuſſerat, quanti eſſe, quæ amiſiſſent, iureiurando, affirmarent.

Marchionis Bad. erga ſubditos benignitas.

OFFENBVRG.

OFFO ex Regio Angloſaxonum ſanguine oriundus, ab Auſtraſiæ Rege, huic prouinciæ præfectus, circa annum ſal. 600. ad fluuiũ Kintzingen, caſtrum exſtruxit, quod Offenburg dictum. hodie vrbs Imperialis pulcherrima.

Non procul à Kentzingen, vrbe amœniſſima, Ettho Epiſcopus Argentinenſis cœnobium exſtruxit circa ann. ſal. 750. in quo eruditi monachi iuuentutem ſolebant inſtituere.

Cœnobia quondam ſcholæ.

Iiſdem temporibus in vicinia quoque cænobium Gengenbachi fuit ædificatum, quod ingenuæ Iuuentutis ſchola fuit quàm optimè conſtituta.

BRISACVM.

OPpidum hoc Ponte & Caſtro munitiſſimo clarum eſt, ſereniſſimæ Domui Auſtriacæ ſubiectum.

Ottho I. Cæſar Briſacum oppidum, quod Euerhardus Comes, cum Heinrico eius fratre & Giſelberto Lotharingio, conſpiratione facta, tenebat, obſidebat. Ibi per noctem à Friderico Moguntino antiſtite deſertus eſt. Exorto die, cernentes regis milites, quàm rara corona cin-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

gerent oppidum, quodq́ue magna pars auxiliorum abiiſſet, ſuadere conabantur, vt & ipſe exercitum reduceret in Saxoniam, donec auctis viribus rediret. Rex verò conſilium fugæ nō probauit, fiderent animo & armis, ſeſe magnis hoſtium copijs ſuffecturos. Erat tum inter primos regni proceres Comes, qui captata occaſione magnū quid à Rege depoſcendi, poſtulauit ſibi permitti abbatiam Laureſheimenſem in Vangionum diœceſi opulentiſsimam. Otho ſtatim rem ſentiens: Mentem meam illi, inquit, coràm ipſe exponā. Id cùm precatores homini renunciaſſent, ſtatim ad Regem aduolat, putās negotium ex animi ſententia ſucceſſurum. Hîc pius ac magnanimus princeps, audiēte turba aſtantium: Obedire magis, inquit, Deo oportet, quàm hominibus. Docet autem Chriſti doctrina, quod ſanctum eſt, non eſſe dandum canibus. Id quod ſanè facerem, ſi quæ Sacerdotibus & pauperum alimoniȩ dicata ſunt, tibi homini profano largirer. Proinde quando prorſus iniqua eſt hæc petitio tua, ſcias nihil vnquam ex me tibi ſperandum. Inuitum retinere nolo. Si libet, ad deſertores tranſi. His verbis pudefactus Comes, ad pedes Regis prouolutus eſt, & illicitæ poſtulationis veniam orauit. B. Rhen. Crantz.

Sanctū non eſt canibus dandum.

ZERINGEN.

CAſtrum quondam Ducale, circa annum Salut. 1064. extructum, à comite quodam familiæ Habsburgenſis.

FRIBVRGVM.

VRbs longè pulcherrima, ad cuius Baſilicam turris exſurgit, quæ Argentinenſem æmulari videtur. Academia circa Ann. Salut. 1490. ab Alberto Auſtriaco fundata, magnum ſemper nomen habuit, vtpote quæ Hulderico Zaſio, Henrico Glareano, & plurimis alijs excellentiſsimis viris, quorum epitaphia ibi exſtant, claruit.

HACHBERG.

CAroli Magni temporibus, Hacho Comes generoſiſsimus, caſtrum Hachburg exſtruxit, cuius poſteri ſub Friderico I. Imp. in familiam Marchionum Badenſium tranſiuerunt.

SVLTZBERG.

SVltzbergenſe cœnobium à Zeringenſibus exſtruitur Ann. Salut. circiter 1060. Quorum ſepulcrum ibidem. Vocabatur olim Mons Salſuginis, à fonte ſalſeo.

Erneſtus Marchio Badenſis locum pulcherrima arce illuſtrauit.

Non adeò procul inde in ſylua Hercinia cœnobium eſt D. Blaſij, in Eremo, quo Diocletiani tempore Chriſtiani latuerunt. Exſtructum primò Ann. Sal. 949. Claruit Abbatibus nonnullis, Heroicis Viris, ex nobiliſsimis familijs de Andlaw, & de Stadion, quorum ille Ann. Sal. 1141. hic 1276. cœnobio præfuit.

Proximè verſus Baſileam vicus eſt medio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

cris Hiltelingen, ideò ſic vocatus weil die Helden da ligen. Quòd Heroës ibi ab Hunnis cæſi ſepulti iaceant.

Si cui verò per Alſatiam iter inſtituendum libuerit, obuiũ is primùm habet munitiſsimum fortalitium Benfeldum, circa Rhenum loco opportuno exſtructum.

SELESTADIVM.

VRbs munitiſsima & pulcherrima, olim à barbaris diruta, ſub Friderico II. Imp. inſtaurata, & muris quàm elegantiſsimè cincta, circa ann. Sal. 1216. Patria plurimorum doctiſsimorum virorum, olim ſchola optimè cõſtituta, admodum clara.

Cùm Delphinus Baſileâ reuerſus illuc in Galliam tranſiret, Seleſtadienſes quidam, viri animoſiſsimi, cum ſocijs ex vicinia, numero 400. exercitum eius inuaſerunt, & ex illo 500. proſtrauerunt, inter quos Dux & Comes quidam Scotus, Regis Gall. affinis, & Mareſchallus Delphini, ac alij quàm plurimi magnates erant, captis aliquot tormentis, & octo vexillis, quorum vnum Helueticum erat, prope Baſileam multo ſanguine occupatum.

COLMARIA.

VRbs & agro fertiliſsimo, & politia optima celebris, modeſtiæ & integritatis alumna.

Prodijt ex ruderibus veteris Argentuariæ, vrbis quondam primariæ, vbi Gratiani Imp. tempo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

tempore 30000. Allemannorum in Galliam irrumpentium cæſi fuerunt.

Argentuaria eo ſtetit loci, vbi hodie Harburgum ſitum caſtrum, inſigne Comitatu ditionis Wirtenbergicæ.

Cùm Ottho Auſtriacus, Anno Sal. 1331. magnum exercitum Colmarium duceret, aduerſus Ludouicum Imp. eundemq; Iohannes Rex Bohemiæ, qui belli componendi cauſſa aderat, luſtraret, inter omnes reliquos qui ex diuerſis populis Otthoni militarant, Rex Claronenſes Heluetios, ob corporum & armorum elegantiam & præſtantiam, admirabatur, eosque tanquam Heroicos viros plurimum commendabat. Stumpf.

MYLHAVSIVM.

REſpublica libera Heluetijs cõfœderata. Vrbs opere & natura munitiſsima.

Mylhuſenſes Baſilienſium vicini ex Sequanis, ſenſim ſe in libertatem aſſerere ceperant. Ea res nobilibus Auſtriacis ſtomachum ita mouit, vt occaſione tantùm belli deſtituerentur. Accidit Anno ſalut. 1467. vt vietoris ſeruus ſex ſolidorum nomine cum hero contendens, conſulem Mylhuſium accederet, & de iniuria quereretur. Conſul ad concordiam ſeruum cohortatus, iram ei maiorem mouit. Properè ergo abit, & ius ſuum Heinrico Regishemio nobili vendit. Is creditos ſex ſolidos à Mylhuſenſibus exigit: renuentes Enſisheimium in ius vocat,

interea

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

interea terras eorum populatur. Mylhuſenſes nobilium exercitu preſsi, & obſeſsi, Heluetiorum opem implorant. Qui & vrbem obſidione liberarunt, & arces aliquot vicinas exciderunt; Stumpf.

DE HELVETIORVM apud exteros exiſtimatione.

CVM Heluetiorum fines Mylhauſij ſimus ingreſsi, diſſeremus paulò ante quàm Baſileam ingrediamur, quæ Gentis huius apud exteros fuerit ſemper exiſtimatio.

Guicciardinus ait, Heluetiorũ nomen, Concordię & armorum gloriam illuſtraſſe: qui à natura inſita ferocitate, & militari in ſeruandis ordinibus diſciplina, non modò ſuam regionem fortiter defenderunt, verùm etiam militiam extra ſuos fines, ſumma cum laude exercuerunt.

Iouius teſtatur, Heluetios tanta apud Maximilianum I. Imp. & Carolum IIX. Gallorũ Regem valuiſſe gratia & authoritate, vt vtriuſque Principis controuerſiam compoſuerint.

Sleidanus ſcribit, Heluetios à Franciſco I. Gallorum Rege, rogatos fuiſſe, vt pro ipſo apud Electores Imperij intercederent. Pluris autem illos feciſſe patriam Germaniam, quàm Regis preces. Fauebat Pontifex Gallo, & in ſentẽtiam ſuam iam traxerat Treuirenſem. Carolo autem Auſtriaco fauębat Moguntinus, & Fridericus

Saxoniæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Saxoniæ Dux, huius authoritatem reliqui ſecuti, Carolum Imperatorem deſignarunt.

Galliarum Reges à Ludouico XI. vſque ad hæc noſtra tempora, nihil prius habuerunt, quàm ſibi gentem hanc conciliare.

BASILEA.

VVlgus à Baſiliſci fabulâ ad fontẽ Coriarium, ex profunda ſpecu ſcaturientem, excubãtis, nomen vrbis deducit, cui etiã inſignium cuſtodes adſtipulantur. Eruditiores, qui magis φιλέλληνες quàm φιλοπατρίδες videri volũt, à regio ſitu. Reuera aũt à Paſſu ſeu traiectu commodiſsimo, quòd Rhenus illic placido alueo decurrit, ripis humilibus coërcitus: ita vt Ariovistus Germanorum Rex à Cæſare in Sequanis (vbi hodie D. Appollinaris, quinque ab vrbe miliaribus colitur) victus, nauiculis illic ad ripã deligatis Rhenũ ſupperâſſe, à D. Rhenano putetur. In moneta vetuſta cõſpiciũtur literæ A. & M. fortè Auguſta minor. Ammianus Marcellinus primus Baſileæ meminit, circa An. Sal. 380. Antonini itinerariũ Cambeti pagi (Kembs hodie dicti) meminit: vt veriſimile ſit ne Baſileæ quidem, ſi villa ſuo fuiſſet tempore, obliturum fuiſſe. Nomen.

Ingenio, moribus faciles, benigni, humani, ſic ſatis. Baſilienſiũ ingenia.

Conſtantiam ſuam erga Lud. Bauarum & viuum & defunctũ ſatis oſtenderunt, quòd Pontificiũ fulmẽ pati, quàm à maiori parte Septemvirorũ electũ Imp. pro hęretico agnoſcere voluêre. Pietatẽ v. in Cõcilio per integrũ quindecenniũ fouẽdo, & Armeniacorũ incurſionẽ ſuſtinẽdo. Vt

proinde ineptè quidem, ſed tamen verè, vt ea ferebant tēpora, Io. Palomarius Concilij nomine ad Boëmos euocandos miſſus, Baſileam quaſi βάσιν λεῶν dictam affirmârit, ad confirmandos Chriſtianorum animos, per Synodi œcumenicæ decreta.

Anno M. CCCXXV. Baſileenſes proſcripti à Pontifice, quòd Ludouici Bauari Imperatoris partes ſequerentur, Legatum dirarum præconem ex Mariano luco in Rhenum præcipitem dedêre: Et eundem natatu euadere conantem in portu trucidauêre. Mortuo Ludowico, Carolum IV. Imp. receperunt, nullis tamen Pontificis minis, vt Ludouicum hęreticum faterentur, adduci potuêre. Minoritas & Dominicanos ceſſantes ad ſacra peragenda, exilij pœnâ coëgêre, his verbis, Sie ſolten leſen vnd ſingen/ oder auß der Statt ſpringen. Stumpf.

Dirarum præco præceps datur.

Studium caſtitatis in eo declararūt, quòd Anno Salut. 1297. Sacerdotem in ſtupro deprehenſum teſtibus mutilarint, eosque in forum omnibus ad ſpectandum propoſuerint. Stumpf. & Zuing.

Stupri pœna.

Corporum firma, ſalubris, decora conſtitutio. Ipſius amœnitate allecti optimi quiq;, conuerſari cupiunt; ſed votô ſuo non rarò fruſtrantur: vt vel hinc Athenarum æmulam vrbem agnoſcere queas.

Corporum habitus.

Inquilini plerique ciues, paucis familijs exceptis. An hoc peſtilentiæ, an fato cuipiam peculiari acceptum ferendum? Concurſus peregrinorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

grinorum ingens: vt lege etiam frequentia ipſa in populari Republ. ſit prohibenda.

Nobilitas olim frequens, Anno 1445. ob Armeniacos introductos multi proſcripti. Eptingerorum familia tanta fuit, vt quindecim diuerſis modis Galearum inſignia variarint, & pleraq; apud Rauracos caſtra poſſederint. Monachorum familia excelluit varijs expeditionibus, & ſingulari gratia apud Romanorum Imperatores. Deinde Ann. 1449. cùm contra Heluetios ſocia arma recusâſſent, nobilium animos adhuc magis alienarunt; eorundemque minis & iniurijs adacti, Anno 1501. Heinrici Imp. feſto die Heluetijs ſeſe coniunxêre. Familiæ.

Imperatores Germani, Romam coronationis cauſsâ profecti, in more habent, vt in Ponte Adriani Equites creent, edicto priùs per præconem edito, an præſentes adſint, vnus vel plures è familia Monachorum Baſileenſium, Beierorum Argentinenſium, Camerariorum Vvormacenſium, Bauarorum Boppartenſium. Nam ante hanc promulgationem nullus poterat Eques creari. Heroldus in Sol.

Cœlo ſatis clemente fruitur. Etſi enim à Meridie & Occidente monte Iura cingatur, ab Ortu Eremo Heluetiorum ſeu Martiana ſylua: tamen cùm montes, quà minimùm, miliari dimidio ab vrbe diſtent, à Septentrione proſpectus pateat liberrimus; & temperiem & ſalubritatem aëris, ſi vlla alia Germaniæ vrbs, habet maximam. Qua ipſa de cauſſa peſtilentiæ Temperies.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

frequenter admodum obnoxia eſt: quòd, quæ temperatiſsima ſunt, promtiſsimè etiam infici conſueuerũt. Æneas Syluius pluuijs obnoxiam eſſe ait, in Epiſtola quadam, ob viciniam ſcilicet Alpium, Iuræ, & Hercyniæ. Cæterùm, ob liberrimum aquarum decurſum, aër ijſdem potius depurari videtur.

Cõmoditas. Veluti in medio Galliæ, Italię, & Germaniæ, ſita, Rheno irrigua, torrentibus tribus ſtipata, importandi & exportandi occaſiones habet magnas: ſed & à vicinis Sequanis frumentum, à Tribocis ſiue Alſatis vinum copioſiſsimum habere poteſt, ſi quando natiuis opibus deſtituitur.

Clima. Eleuatio poli 47. Gr. cum beſſe.

Situs. In Boreali Rauracorum angulo, ad Rhenum, paulò infra Byrſæ oſtia, Sequanis Ciſmontanis vicina. Libellus Prouinciarum in Sequana magna eam numerat, non tam quo ad ſitum, quàm quoad imperium: cùm Veſontionenſi præſidi etiam Rauraci parerent. Rhenanus certè vſq; ad Cambetas extendit Rauracos, & Syluam, die Hart dictam, facit Rauracam.

Vicinia. Baſilea maior in Gallicana ripa, ad Birſeci oſtia, quâ ſeſe, vrbem ſecans mediam, in Rhenum exonerat, ſita. Ad Meridiem, partim Auguſtam excurrit; ibi vicinos habet Auſtriacos: partim ad montana Rauraca, vbi Verbigenis Heluetijs iungitur. Ad Occidentem & Septentrionem Auſtriacis cingitur.

Cõditores. Euerſores. Etſi de conditoribus vrbis nihil certi afferri

queat,

queat, neque Baſileæ vetuſtiores ſcriptores, vt Ptolomęus & Antoninus in ſuo Itinerario, meminerint: meminit tamen Ammianus Marcellinus, qui à Valentiniano II. circa ann. Sal. 380. Robur prope Baſiliam exſtructum ſcribit, contra Alemannorum, quorum pagos vaſtauerat, incurſiones. Iam, cùm Auguſta ab Hunnis, Attila Duce, ſub Valentiniano III. circa an. Salut. 437. cum omnibus ijs, quæ à Rom. in citeriore ripa Rheni exſtructa fuerant propugnaculis, exciſa fuerit: certè non ex cineribus Auguſtæ Baſilea primùm emerſiſſe, ſed ea etiamnum florente extitiſſe videtur. Adeoque veriſimile eſt, propter traiectus oportunitatem, Romanos Auguſtenſes in ripa Rheni eam turrim, quam hodiè Salis horreum appellant, exſtruxiſſe; (præſertim cùm ex veteribus inſtrumentis etiamnum is locus zum Rin appelletur) alteram item, quæ ponti imminet: hancq; veluti appendicem Auguſtæ fuiſſe, quo nomine Auguſta minor, & potuit, & (vt ex priſcis nummiſmatis apparet) dici voluit. Acceſsit deinde à Valentiniano exſtructum Robur, eò loci, qui nunc parùm immutata voce Burgum, auff Burg appellatur; vt ij volunt, qui Wartenbergam ſpeculæ tantùm inſeruiuiſſe arbitrantur. Euerſa poſtmodum ab Hunnis Auguſta, & Valentiniani Robore, Baſilea eandem videtur aleam ſubiuiſſe: niſi fortè quia vicus tantùm erat, (vaſtantur enim maximè, quæ maximè reſiſtunt) & Hunnorum traiectui inſeruire poterat,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

conſeruata, & præſidiarijs militibus (cui rei fortaſsis Huninga pagus vrbi proximus atteſtatur) firmata fuerit. Poſt Hunnorum inundationem Alemanni, labaſcentibus iam Rom. opibus, Rheno ſuperato, tum alia loca, tum verò etiam Rauracorum agros, occupauêre; & Auguſtæ ruinis neglectis, (magni enim cadaueris fœdiſsimus eſſe aſpectus ſolet) ipſa ſitus opportunitate allecti, Baſileę rudimenta excolere cœperunt: fortaſsis etiam ad traiectus commoditatem, & auxiliorum ſocietatem, ponte ſublicio Romanenſem ripam cum ripa Germanica iungêre. Itaque rudimenta ſua Romanis, ſupplementa Alemannis, Baſileenſes debere videntur: incrementa Francorum Regibus; qui, imperio ad Rhenum vſq; propagato, & pacem ijs regionibus dedêre, & religioni Chriſtianę ſecuritatem: ornamenta denique Germanis Impp. Carolo inprimis Magno, qui Rauracenſium Epiſcoporum opera vſus, eorundem dignitatem & exiſtimationem & iuriſdictionem, vt ea ferebant tempora, ampliauit. Incenſo rurſus oppido ab Hunnis, ann. Sal. 917. fortaſsis etiam Burgo exciſo, qui eam calamitatem euaſerát, Henrici I. Imp. benignitate ruinas reparaſſe videtur, & Burgi fundamenta ad Templi ſubſtructionem conuertiſſe Quod cùm vel terræmotu concuſſum, vel Rheni alluuie labefactatum eſſet, Henricus II. an. 1010. in eum, vbi nunc viſitur, locum tranſpoſuit: vt proinde à Nic. Cuſa, lib. 3. de Concord. Cathol. pro Baſileenſis vrbis condi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

conditore celebretur. Firmatâ ſede, Epiſcopi dignitate & opibus aucti à metropoli ipſa deinceps Baſileenſes potius; quàm à regione Rauraci, dici voluêre.

Primum Concilium ab Heinrico I. Imp. indictum, an.1061. 25.Octobr. Eligitur in Pp. Cadolus Parmenſis, Honorius dictus. Sed Alexander II. armis Pontificatum ſibi vindicauit. Concilia.

Alterum, an.1431. prima Sept. à Martino V. Pp. contra Huſsitas cœptum, per Iulianũ Cardinalem. Eo mortuo, cùm Eugenius IV. quibus poſſet modis, Concilium turbare vellet, neq; citatus compareret: procerum conſenſu Amadeus, Sabaudiæ Dux, ſub nomine Felicis V. Pontifex creatus eſt, ann. 1439. Mortuo Eugenio, Nicolaus V. Concilij Lauſannam transferendi anno 1448. auctor. Felici perſuaſit, vt abdicaret.

Tertium, Andreas, Archiepiſcopus Carnẽſis, contra Sixtum IV. moliebatur. Eum, multum licet fremẽte Pp. Romam Baſileenſes mittere voluêre: liberali tamen cuſtodia ſeptum, Friderici III. Imp. auctoritate, ad cauſſam dicendam ſeruauêre. Cæterùm in vinculis laqueo collum innexus, mortuus manè inuentus, & cognitioniſe ſubtraxit, & magna cura Pontificem liberauit.

Eo bello, quod Sueuici fœderis ſocij, an.1499. Fœdera.
Duce Maximiliano Imp. contra Heluetios geſsêre, cùm Baſileenſes, permiſſu ſtatuum Imperij, neutri parti, propter viciniam, ſocia arma

iungerent, & verò Auſtriaci, diuerſis locis Heluetios aggreſſuri, ſibi certam victoriam promitterent: poſteaquam confœderatis minùs ex ſententia bellum ceſsiſſet, vicini nobiles Baſileenſibus, & verbis, & reipſa, moleſti eſſe cœpêre. Eius indignitatis cùm Maximilianus paruam habere videretur rationem, anno 1501. die feſto D. Henrici Imp. fœdus cum Heluetijs perpetuum iunxêre; ſi quid in humanis perpetuum eſſe poteſt.

Seditiones. Sub Berchtoldo Epiſcopo, circa ann. Sal. 1250. exortæ Nobilium factiones: altera Stellariorum, qui ſtellâ albâ in campo rubro pro inſigni vtebantur, & andrion ſuum prope forum piſcarium, zum Sünſzen dictum, habebant, Habspurgenſibus addicti: altera Pſittacorum, ab inſigni pſittaci viridis in campo albo, quorum andrion domus erat Muſcata; Neoburgenſibus Comitibus & Marchionibus Hochbergenſibus fautoribus. Bello deinceps inter Henricum III. Epiſcopum, Neoburgenſem Comitem, & Rodolfum Habspurgenſem, exorto, Stellarij vrbe pulſi: ſed pace facta reſtituti, & à Petro Richenſteinio Epiſcopo, Pſittacis reconciliati, vt pari numero in Senatum quotannis legerentur. Poſteaquam verò anno 1308. Albertus Imper. bello Baſileenſem Epiſcopum petijt, ſimultates recruduêre: ita vt Stellariorum principes, Scholeri & Monachi, exilio ſolum vertere cogerentur, vix XIV. pòſt anno recepti.

Iudæi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Iudæi exacti ann. 1348. populo per ſeditionem in vitam & fortunas illorum ſæuiente, quòd peſtilentiæ rei agerentur, veneno infectis fontibus: Prope pontem in ripa Rheni, domo lignea exſtructa, multi ſimul exuſti.

Anno 1376. cùm Leopoldi Auſtriaci nobiles, cui oppignerata minor fuerat Baſilea ab Epiſcopo, per Bachanalia haſtiludiis ſeſe exercerent in area ſummi templi, & quidam de plebe læſi eſſent: populus, arreptis armis, multos trucidauit. Seditioſi altero die ante curiam in foro ſecuri percuſsi. Locus is etiamnum hodie Lapidis calidi nomen retinet.

Anno 1528. Religionis ergò diviſi ciues; Anno ſeq. concionatorum præſertim Catholicorum intemperie, noui motus orti: ita vt plebs ipſo die Cinerum omnes ſtatuas è templis tolleret: Canonici ſummi templi Friburgum Briſgoiæ abirent, nec obſcuri nominis ciues ſponte exilio ſolum verterent.

Quò temperatior aër, eò peſtilentiæ magis Peſtilentiæ.
obnoxius, ita vt promtiſsimè vicina ſentiat contagia: tanta interim ſupremi numinis benignitate, vt nulla, licet accuratiore cuſtodia, aut προφυλάξει & θεραπείᾳ intercedente, ſuapte ſponte malum cedat: tanta viciſsim incolarum & conſtantia & humanitate, vt infectos deſeruiſſe, ſummi probri loco habeatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Anno 1502. altero poſt fœdus Heluetium, ingens vrbem afflixit peſtilentia.

An. 1564. dira lues vrbem inuaſit, ſupra quinque millia vtriuſq; ſexus abſtulit. Cùm hyeme propter hypocauſtorum vſum magis videretur ſæuitura, Dei ope extincta eſt.

Hac grauiſsima lue, quæ eo anno per totum Rheni tractũ graſſata eſt, Baſileæ plurimorum extremæ voces præſagij loco fuerunt. nam cùm quis morti proximus eſſet, quamuis delirans, aliquem vel fratrũ, vel amicorum, vel notũ vocabat: Ille nõ multò pòſt decumbens, eodẽ modo tertium vocabat. Conſtat certè plurimos eodem ordine mortuos, quo vocati fuerãt. Zuing.

Incurſus hoſtiles. Anno 917. ab Hunnis Rhenum depopulantibus vrbs exuſta: Fortaſsis etiam vrbis rudimenta prius ſub Attila, Rheni hoſte.

Expeditiones. Rodolfus Habspurgenſis Comes, contra Henricum III. Epiſcopum bellũ gerens, ciuitatem an. 1273. arcta obſidione preſsit. Rex Rom. creatus, pacem Euangelij cauſſa Baſileenſibus conceſsiſſe fertur.

Ann. 1287. Petrus Richenſtenius Epiſcopus contra Comitem Mumpelgardenſem, auxilijs Rodolfi Imp. fretus, exercitum duxit.

Albertus Imp. ægrè ferens, Epiſcopũ arcem Homburgenſem, cũ Liechſtallo oppido, quibus ipſe inhiabat, redemiſſe, cùm inueſtiturã conferre recuſaret, an. 1308. bellũ intulit Baſileenſibus. Quod tamen cæde Alberti ſopitum fuit.

An. 1374. Ioannes Baſil. Epiſcopus, Burgundus

dus ortu, ciuitatem obſedit, adſcito Leopoldo Auſtrię Duce; cui ſtipendiorum ergò minorem Baſileam oppignerauit.

Minor Baſilea, Leopoldo Auſtriaco oppignerata, ab Epiſcopo Ioanne Burgundo, redemta à maiore Baſilea fuerat. Leopoldi viduæ adminiſtratores, hunc bolum è faucibus ereptum indignè ferentes, an. 1409. arma ſumpſerunt. Pax tandem facta; vti arces, Iſtein, Rinfeldenſis, & Steinecca, in ſumtus belli, Baſileenſibus cederent. Iſteinam occupatam iam antè, ſui iuris inſuper factam, exuſſerunt.

An. 1444. 26. Aug. Armeniaci, Baſileenſe Concilium diſturbaturi, à Burcardo Monacho Auſtriacorum nomine exciti, Heluetiorum virtute, San Iacobeâ pugnâ territi, agrum vaſtauêre: vrbe etiam potituri, niſi Io. à Rot, Conſul, inſidias Gallorum, vrbe egreſſos Baſileenſes, vt Heluetijs opem ferrent, intercludere cogitantium, pręuidiſſet. Pugnę San Iacobeę is fuit exitus, vt MDC. Heluetij, XXX. millia Armeniacorum adorti, cæſis ſex millibus; ad internecioně deleti fuerint. Sunt, qui XVI. domũ reuerſos ſcribãt, vix multis precibus à capitali ſupplicio, in deſertores conſtituto, liberari potuiſſe.

Albertus Auſtriæ Dux, Tigurorum ope, cõtra Baſileenſes Heluetijs cõfœderatos, an. 1445. (cùm Frid. Imp. fruſtrà Concilium per Armeniacos turbare conatus eſſet) bellum mouit. Eo arx Rinfeldenſis à Baſileenſibus euerſa. Facta pace, Frid. Imp. ampliſs. priuilegijs vrbem ornauit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

An. 1346. Palatium, & templi Summi pars, terræmotu convulſa.

An. 1356. 18. Octob. hora nona promeridiana, circiter LX. arces vicinæ corruêre; vrbs etiam miſerè afflicta. Templum cathedrale collapſum, à Io. Senno Epiſcopo inſtauratum: publico decreto dominis ædium, ad ſarcienda damna, eorum quæ penderent dimidia pars remiſſa; hiq; Nouorum denariorum cenſus dicti. Hinc D. Lucæ dies non tam ater noſtris; quàm eleemoſynis in egenos diſtribuendis, eiuſce rei ergò inſtitutis, ſacer.

Eo tempore Bernenſes Baſilienſib. præſidiũ, ad defendendam vrbem, liberali animo miſerunt; ne vicini, ex vrbis incommodo, ſuum facerent commodum.

An. ſeq. menſe Maio, iterum convulſa: Iterum an. 1372.

An. 1416. 21. Iulij, iterum: Rurſus an. 1428. 13. Decemb. Iterum an. 1533. 27. Decemb. Iterum an. 1535. 20. Ian.

Inundationes. Rhenus An. 1374. duos ordines pontis ſublicij euertit: totidem an. 1378.

An. 1424. 25. Iulij, tres ordines: 1480. totidẽ.

Birſecus inundauit anno 1265. Secutum bellum inter Henricum Epiſcopum & Rudolfum Habspurgium. Iterum an. 1378.

An. 1446. in foro piſcario ſex domos deiecit.

An. 1529. 11. Iunij: Iterum an. ſeq. 4. Iulij. Bellum Heluetium inteſtinum ſucceſsit.

An.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

An. 1258. magna vrbis pars, cum templo Cathedrali, incendio abſumta. Incendia.

An. 1294. vltra DC. domus exuſtæ.

An. 1377. 26. Febr. forum Frumentarium; item eodem ãno mons Spaleus incendium paſſus, initio facto ex ea domo, quam Cratander pòſt ſua officina typographicâ illuſtrauit. In perpetuam rei memoriam, hora octaua pomeridiana hyeme, nona æſtiua, campana pulſatur igniaria, foci rectè cuſtodiendi index.

An. 1417. die D. Huldrico ſacra, incendium iuxta Xenodochium excitatum, CCC. domus vſque ad D. Albanum abſorpſit, vento nimium ſecundo; cùm ciuitas recens poſt terræmotum ſcandulis tecta, & lignea eſſet magna ex parte.

Cùm diem duodecim horis, noctem totidem diſcriminent, à meridie & media nocte exorſi; horarum tamen numero anticipent, ita vt prima ſit noſtris, quæ vicinis eſt duodecima. Id vulgus ad incertam hiſtoriam refert. Cùm coniurati quidam, hora XII. noctis, vrbis inuadendæ conſilium cepiſſent, & diuino numine horologia omnia hora vna anticipâſſent; tanquam facinore detecto animis concidêre, & à piſtorum pueris proditi, pœnas dedêre. Sed cordatiores has quoque Concilij reliquias eſſe putant; quaſi Patrum conuentum, horarum numerum anticipando, maturare voluerint. Horarum varietas.

Æneas Syluius Senenſis, qui in Concilio Baſileenſi per annos aliquot Baſileæ habitârat, Academia.

rat, ciuium virtute & familiaritate, ſed & priuati hoſpitis ſui, à quo ne in peſtilente quidē contagio derelictus fuerat, humilitate delectatus, poſteaquam ad Pontificatum ſub Pii II. nomine peruenit, Academiæ ius Magiſtratui benignè conceſsit; priuilegijs ad Scholæ Bononienſis exemplar inſtruxit; Cancellariatus officium Epiſcopo Baſileenſi delegauit; decem Canonica ſtipendia ad D. Petri, Profeſſoribus Theologiæ, Iuriſprudentiæ, Medicinæ, aſsignauit: Mantuę, anno 1459. Prid. Idus Nouembris. Inauguratio ſeq. anno, die D. Ambroſio ſacra, ſolenni ceremonia inſtituta. Io. à Berenfels Conſul, pontificium diploma, Io. à Veningen Epiſcopo offert. Epiſcopus Cancellariatus perpetuum munus ſuſcipit; primum Rectorem Georgium, ab Andlavv, Iuris Canonici Doctorem, deſignat.

Cùm ob religionis mutationem, an. 1529. inſtitutam, collapſa penitus videretur: melioribus auſpicijs, benignitate magiſtratus in integrum reſtitui cœpit; Bonifacij præſertim Amerbachij I.C. gratia & auctoritate. Leges à Simone Grynæo, ex veteribus tabulis, quinquennio pòſt conſcriptæ. Stipendia ex fiſco Reip. numerari cœpta: Canonicatus deniq; Petrini Academiæ redditi, Triumuirorum cura & interceſsione, an. 1562.

Viri clari. Poſt inſtitutam à Pio II. Pp. Academiam, ſenſim litteræ florere cæperunr: ita tamen, vt ſuā infantiam & pueritiam prius, quàm iuuentutē aut virilitatem ingreſſæ, plus inquilinis, quàm indige-

indigenis debere videantur: quorum vel publicè in Academia, vel priuatim typographia, cultum ſunt expertæ: Vt puta Io. Oecolampadio Winſpergenſi, Paulo Conſtantino Phrygioni, Seb. Munſtero Ingelheimenſi, Simoni Grynęo Veringenſi, Oſvvaldo Myconio Lucernati, Martino Borrhao Stutgardiano, in Theologia: Oſvvdio Cantiunculæ, Huld. Zaſio iuniori, in Iurisprudentia: Theophraſto Paracelſo Eremitæ, Albano Torino Vitodurano, Hier. Gemuſæo Mülhuſino, in Medicina: Henr. Glaceano, Hermanno Bruſchio, Cælio Secũdo Curioni Italo, Sebaſtiano Caſtellioni Allobrogi, Ioan. Hoſpiniano Steinano, in Philoſophia & litteris humanioribus.

Inter eos autem, qui Baſileæ nati, ac de patria vniuerſaq; Repub. litteraria, quàm optimè meriti ſunt, ſublimioris ingenii dotibus & Virtutibus excelluerunt, Baſilius Amerbachius, Huldericus Iſelius, Samuel Grynęus, & Ludouicus Iſelius Iurisconſulti incomparabiles: Iohãnes Huberus, Theodorus Zuingerus, Heinricus Pantaleo, Felix Platerus, Caſparus Bauhinus, Iacobus Zuingerus, & Thomas Coccius, Medici perfectiſsimi.

De Theophr. Paracelſo, Bonifacio Amerbachio, Ioan. Oecolampadio, Theod. Zuingero.

Cùm Theophraſtus Baſileæ Medicinam lingua veracula publicè profiteretur; Canonicum quendam, Liechtenfelſium nobilem, grauiſsimis ſtomachi cruciatibus ita debilitatũ, vt pro deplo-

deplorato à Medicis haberetur, tribus pilulis Laudani ſui refecit. Cumq; Canonicus (vt ſolent ægri) centum aureis ſe ſanitatem redempturum, ab initio, ſponte profeſſus eſſet, at voti reus numerare recuſaret: nil ſibi, præterquam tres murini ſtercoris pilulas, (ſic enim per iocum vocabat) exhibitum dictitans, in iudicium vocatur à Theophraſto. Iudices ex legib. municipalibus, non tam artis, quàm ſumptuum & laboris habita ratione, exiguũ mercedẽ conſtituêre. Qua re ſic irritatus fuit Paracelſus, vt cũ more ſuo imperitiam & iniuſtitiam Iudicũ accuſaret, læſæ quodãmodo Maieſtatis reus, properè è foro domum ſeſe proripuerit; inde monitu amicorum clàm vrbe exceſſerit; relicta Ioanni Oporino vniuerſa ſupellectile chymica. In vicina Alſatia per biennium errauit, comitante eum Oporino, tam felix in curando, quàm in viuendo diſſolutus.

Bonifacius Amerbachius Baſilienſis Iurecõſultus doctiſsimus, vir ſanctiſsimus, non modò noſtræ ætatis Iureconſultos eloquentia, & eruditione vicit; ſed cum veteribus quoq; certaſſe videri poteſt. Hic, oblata non ſemel emergendi, & ad altiora adſpirandi occaſione, patriam, tam docendo, quàm de iure reſpondẽdo, ſe dare maluit, ſua ipſius ſorte contentus. Qua vt honeſtè ſuſtentaretur, non proſcriptio nundinatioq; bonorum Eccleſiaſticorum, (ab eo nec adfectata vnquam, nec ex ea quicquam licitatum, comparatúmve) ſed partim maiorum ſuorum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

partim ſua induſtria; nullius dos & parapherna luculenta, per diuinam bonitatem effecerunt. Proinde horribili illo in religione Chriſtiana ſuborto diſſenſionum incendio; cum pleraque affectu, ſtudioque priuato geri, vitijsq; apertis, quo iure, qua iniuria, vel ſacroſancti Euangelij, vel veterum Patrum velamentum prætendi cerneret; libertate Chriſtiana, quæ Spiritus eſt, in licentiam & carnem degenerante: nihil antiquius habuit, atque veræ Catholicæ Eccleſiæ, imò eius ſponſo Chriſto ſeruatori ſemet totum & commendare, & deuouere: cuius vnius meritis, in nullius alterius verba, quàm illius ipſius, addictus, ſeruari, & apud Patrem cæleſtem miſericordiam conſequi ſperans, piè in Chriſto Baſileæ obdormiuit, Anno Sal. 1562. 8. Kalend. Maij, ætatis ſuæ 67. tertio dierum ſeptenario, poſt gemina funera, Bonifacij nepotis quadrimeſtris, & Aſteriæ Rüdinæ, nurus dilectiſsimæ; relictis, Baſilio Iuriſconſulto, Virtutum Paternarum, Fauſtina & Iuliana, liberis heredibus.

Ioannes Oecolampadius, cùm iam per integrum annum, muneris ſui grauiſsimi curis, vigilijs, & pijs laboribus, propemodum exhauſtus, minùs commodè valuiſſet, vlcere maligno, & paulo pòſt capitis dolore, corripitur. Ingraueſcente morbo, collegas ſuos, ad ſe vocatos, ad conſtantiam in Fide & Charitate fraterna hortatus eſt, oratione admodum graui & venerabili. Poſtea filiolum

liolum Euſebium, & Irenam & Aletheam, tenerrimæ adhuc ætatis filiolas, ad lectum produci iuſsit: quibus, ad Deum ſuſpirans, manus impoſuit, eoſq; nominum impoſiturum admonuit, & ad pietatis ſtudium hortatus eſt. Sequēti die pſalmum quinquageſimum primum integrum recitauit, magna cum deuotione; & cùm paulo pòſt, ardentiſsimis cū ſuſpirijs, dixiſſet, Iuua me Domine Ieſu, placidiſsimè obdormiuit; in præſentia Simonis Grynæi, & nouem Eccleſiæ Miniſtrorum, 23. Nouemb. 1532.

Th. Zuingerus. Theodorum Zuingerum Hippocratis, quātumuis ethnici, Chriſtianum exemplum tàm candidè imitatum fuiſſe, nec vnquam turpis lucri cauſa medicinam factitaſſe, teſtis eſſe vniuerſa Baſilea poteſt: memoriam tàm ingenuæ Medicæ liberalitatis, vt ab opulentioribus vel inuitus etiam obtruſa ἰατρεῖα ſuſciperet; pauperibus volens, promptuſq; gratis ſeruiret, nūquam depoſitura. Mirificè mercenaria plurimorum ingenia deteſtatus eſt, vt dicere ſoleret, tritum illud; Dum æger ait, A, a, tu dicito Da, da; non magis medico, quàm tortore & carnifice dignum eſſe. In eleganti oratione, quam habuit olim, cùm Matth. Saſcherum, Friſium, & Ioannem Wolfium Haſſum, in Medicos doctores promoueret, & iucundam auditu ſcituque quæſtionem, Liceátne mercedem, quam æger ſuapte ſponte obtulit, at ſanitate recepta dare ceſſat, exigere? inter cætera, non minùs doctè quàm eleganter, ſic loquitur: Heroicæ libera-

litatis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Liberalitas Heroica.

litatis eſt, ne oblatam quidem mercedem accipere ab ægris; ſed quæ non niſi in homines vel opulentiſsimos, vel certè paucis contentos, quibus ipſa frugalitas magnum vectigalis loco eſſe poteſt, cadat. At, pro opera medica, mercedem accipere, Neceſsitatis eſt eius, quæ in Medicum quatenus homo eſt, cadit: quam ſi non, vt plerique faciunt, auerſis oculis, diuerſis manibus, ore negante, corde inhiante, ſed vt Iſocrates ſtipem à diſcipulis ad ſupplendam indigentiam, non ad explendam libidinem, vel cum lachrymis accipiat; indignum fortaſsè faciet arte medica, ſed humanitate interim non indignum: quandoquidem ſi quæſtus neceſſarius omninò ſit faciendus, ex arte liberali, quàm ſordida, eundem facere præſtet. Ipſam verò mercedem quam pactus non ſit, non maiori quis ratione exigat, quàm amicus ab amico, nulla ſtipulatione intercedente, illud, quod propter ſpem ſuam non accepit, officiũ. Indignè quidem facit, qui pro collata opera ſeſe gratum non exhibet. At verò multò indignius, qui ingratitudinis alienæ exagitandæ cauſa, artem à qua hactenus & alitus & ornatus eſt, auaritiæ crimine ſuſpectam fecerit. Indigniſsimum verò, de mercede inſuper paciſci, cùm Non ſit in Medico ſemper releuetur vt æger.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

FANVM D. IACOBI EXtra vrbem, ad fluuium Byrſam.

BVrckardus ex nobilium Monachorum familia, Legatus à Friderico III. Imp. ad Carolum VII. Gallorum Regem miſſus, Delphino in Germaniam irrumpenti, Dux fuerat, poſt prælium in cœmiterio D. Iacobi cum Heluetijs commiſſum, cùm ouanti ſimilis, per medios occiſorum aceruos equitans, apertâ galeâ vociferaretur: Quàm iucundum ſpectaculum, quàm roſeum pratum obequitamus! ſemianimis quidam Heluetius, genu, vti poterat, innixus, lapide arrepto, frontem Burckardi tanta vi perculit; vt exanimis, equo delapſus, impiæ vocis & perfidiæ erga patriam meritas pœnas dederit. Stumpf.

Generoſũ facinus.

Quâ generoſitate Heluetij tum temporis contra Gallos pugnarint, ab Ænea Syluio, qui illis diebus Baſileæ in Concilio fuerat, in Epiſtolis eſt annotatum.

DORNACVM CASTRVM.

ANno Chriſti 1499. 22. Iulij propè Caſtrum Dornacum, acerrimè pugnatum eſt,
Cæſareanorum perierunt tria millia;
Heluetiorum verò tantùm centum.
Extat eo loci Trophæum viſu dignum.

Prælium.

AVGV-

AVGVSTA RAVRACORVM.

MAxima hîc olim vrbs, & ampliſsima Romanorum Colonia, quam Munatius Plancus eò deduxit, eamq́;, in honorem Auguſti, Auguſtam Rauracorum vocauit. Exſtant adhuc nonnulla vetuſtatis monumenta, in quorum numero, Amerbachiorum tempore, Theatri conſpiciebantur veſtigia.

Antiquitates Rauricæ.

De Dæmonio quodam, inter rudera Auguſtæ olim conſpecto, Th. Zuingerus ex Stumpfio & alijs, ſequentia annotat.

Præſtigiæ.

Leonardus quidam Baſileæ, circa annum Chriſti 1520. Sartoris F. ingenio ſimplex, voce balbus, Lienimannus vulgò dictus, incertum qua arte, cryptam illam, quæ Auguſtæ Rauracorum patet, ingreſſus, & vlterius, quàm vlli alij vnquam potuerint, progreſſus, miranda quędam ſpectra referebat. Cereo conſecrato accenſo, in cryptā deſcēdens, primùm per ferreā portam ſibi tranſeundum aiebat: inde ex vna concameratione in aliam, atq; etiam in hortos pulcerrimè virentes. In medio aulam magnificè ornatam ſpectari, & virginem pulcerrimā pubetenus, aureo diademate caput cinctā, capillis ſolutis, infernè in horridum ſerpentem deſinētem, à qua manu ad ſcrinium ferreū duceretur. Scrinio duos moloſſos nigros incubare, & terribili latratu accedentes arcere. At virginē minabundæ ſimilem eos compeſcere. Tum clauium faſce, quem collo alligatum geſtaret, ſoluto, arcā recludere, & omnis generis numiſma-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ta aurea, argentea, ærea, depromere. Quorum non pauca, liberalitate virginis, ex ipſa crypta ſe retuliſſe oſtendebat. Addebat, virginem narrare ſolitam, diris imprecationibus ſeſe, cùm regio orta eſſet ſtemmate, iam olim deuotam, in tale monſtrum mutatam fuiſſe: neq; aliam ſalutis recuperandæ rationem ſupereſſe, quàm
Spectrum. ſi ab illibati pudoris adoleſcente ter deoſculata fuiſſet. tunc enim formam priſtinam ſibi reſtitutum iri, & dotis nomine theſaurum omnem, qui eo in loco lateret, liberatori ceſſurum. Affirmabat quinetiam, bis ſeſe virginem deoſculatum, bis tam horribiles geſtus in ea prę nimio gaudio ſperatæ liberationis obſeruâſſe; vt ſibi, ne viuus ab ea diſcerperetur, metuendum fuerit. A quibuſdam nebulonibus in ganeum deductus, nunquam poſtea aditum ad cryptam reperire potuit, nedum ingredi.

De qua re miſellus ſæpe etiam cum lacrymis conqueſtus fuit. Phantaſma hoc diabolicum fuiſſe, quis non videt? at certè tamen vetuſtiſſima numiſmata Romana, quæ ex cauerna illa retulit, & multis ciuium noſtrorum vendidit, indicium faciunt, latére fortaſsis in ea crypta theſaurum, quem auarus quidam dœmon cuſtodiat, non ſecus atq; in aurifodinis cacodæmones ſtrangulatores interdum metallicæ operæ magno ſuo cum malo experiuntur.

Poſt illum ciuis quidam Baſileenſis, in ſumma annonæ penuria, vt familiam commodius aleret, ſpe numiſmatum eruendorum in eandem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

dem cryptam deſcendit. Verùm aliquouſque progreſſus, cùm præter oſſa quædam humana nihil aliud inueniſſet, maximo terrore correptus, concitatiſsimo gradu è ſpecu redijt, ſpe ſua fruſtratus.

Paupertas durum telum.

Nunc verò Heluetiam, vel ſaltem primarias eius vrbes, quæ celeberrimæ & amœniſsimæ occurrent, cum fructu perluſtraturus, primùm vniuerſalia de laudatiſsimæ huius gentis ſtatu veteri, eiusdemq; legitimis modis acquiſita libertate, quam Auguſti Romanorum Imperatores ratam habuerunt, ac confirmarunt, politiæ ſtudioſus obſeruet; deinde nonnulla, de præcipuis totius Prouinciæ locis ſui gratiam fideliter annectata, legat.

DE VETERI HELVETIÆ STATU.

LOtharius II. Imp. Conrado Zæringo illam partem Heluetiæ commiſit, quam antea Burgundiæ Comites poſſederant: cùm Bertholdus ſecundus, Conradi pater, ab Heinrico IV. Imp. pro Sueuiæ Ducatu, præfecturam Tigurinam accepiſſet.

Præfectura Tigurina.

Cùm Ann. 1218. vltimus Zæringiæ Dux, & Rector Burgundiæ, Friburgi Briſiacorum obijſſet, vniuerſa Heluetia ſine certo capite fuit.

Sueuiæ Ducatus.

Poſtea Habſpurgij Comites Tigurinã Præfecturam Sueuiæ Ducatui incluſêre: Burgundiam Sabaudiæ Comites ad Arulam vſq; inuaſêre. Sub Friderico II. Imp. nouæ oriebantur mutationes.

Cœnobia Tigurina.

Vrbs Tigurina, ampliſsimi pagi caput, Collegijs Monialium & Canonicorum ſubiecta, quibuſdam vtebatur priuilegijs, quæ à Regibus & Imperatoribus acceperat. Regionem tenebant fermè Comites Kiburgenſes: quorum vltimus cùm ſine liberis diſceſsiſſet, Rhodolphum Comitem Habſpurgiũ, qui pòſt imperauit, ex Sorore nepotem, reliquit hæredem.

Toggenburg. S. Gallus.

Toggenburgenſiũ etiam magnæ, ijs partibus, opes,& Abbatum S. Galli, quibus Abbatiſcellani, & bona ſuperioris Turgouiæ portio parebat: erant & Comites Rapertiuillenſes.

Tenebant Tugium, & opido vicina, Habſpurgij,

purgij, Suitiorumq; partẽ Cuſſenacum, Artam & Stein vicos: erat & Collegio Beronenſi, aliquid ijs in locis iuris.

Vrania prope tota Collegio Monialium Tiguri, aut Wettingenſi monaſterio, addicta: nõnulla etiam Beronenſibus tenebantur.

Iam Luceriam, pagi Vrbigeni, cum pleraq; regione, & vicis propinquis Murbacenſes poſsidebant.

Syluania vtraq; ad Collegiũ Lucernenſium Canonicorum pertinebant, præter quæ Beronenſes pariter habebant.

Regionem pœnè totam Comites Habspurgij occupabant; nempe comitatus tres, Habspurgenſem; Badenſem, & Lentzburgiorum.

Erant & Barones à Wolhuſen, & Eſchenbach, quorum diuitiæ amplæ: cetera tenebant Comites Kiburgij, qui Burgdorfij agebant, ab Arberga, Nidouio, Buochs, & Falckenſtein.

Berna & Friburgum, Pagi Auenticenſis, quas Zæringi non multò antè condiderant, Imperioque donarant, per æmulationem, illa quidem Comitibus ſe Sabaudiæ; Iſtud Kiburgijs, ſponte ſua ſubiecerant.

Salodorum, Collegij Canonicorũ S. Vrſi erat.

Auētici omnes, Comitibus Sabaudiæ, Grueríenſi, Neoburgenſi, paruêre; tum Baronibus, Granſonio, Serrarienſi, & Fundano; pauci Epiſcopo Baſilienſi.

Antuates omnes, aut Sabaudiæ Comiti, aut Epiſcopo Lauſanenſi, regebantur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Baſilea denique,& Schafthuſia: hæc quidem Monaſterio omnium Sanctorum; illa Epiſcopo ſubiecta erat.

Maxima in Heluetia nobilitas.

Nobilitas verò per illam tempeſtatem in Heluetia tanta; vt,pręter dictos Comites,Baronésque, numerarentur ſtirpis Comitum, & originis,vltra quinquaginta; Barones centum ſexaginta; nobiles, & equeſtris ordinis, vltra mille ducentos.

Verùm vt Monaſteria, eademq; collegia pleraq;,Imperio Rom. ſine medio ſubiecta, nec alteri, quàm Imperatori, vt Domino, aut potiùs Aduocato, tenebantur: ita etiam ijs obligati, quàm Imperatorem, alium agnoſcebant neminem, adeoque fermè liberi omnes, & ſeruitutis expertes erant.

Mutationes.

Sed poſtea,cùm Fridericus II.Imp. autoritate Pontificis Imperio excidiſſe videretur; multæ, vt per Italiam, ita Germaniam, & præcipuè Heluetiam, turbæ, diſſenſionesque inuaſêre: ijs verò potiſsimum in vrbibus, quæ Eccleſiaſticis obnoxiæ. Nam cùm illi Pontificis interdicta tuerentur; alij Imperatorem ſequerentur: diſsidia hinc & contentiones, & plerunque alterius partis exilio, controuerſiæ finiebantur.

Vrania, Suitia, Syluania, cùm hactenus ſtatu libero egiſſent, cenſus, reditus, cetera officia monachis aut Collegijs præſtitiſſent, in reliquis tantùm Imperatorem, & Imperium, aut Imperialem præfectum ſiue (vt vocat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

vocat Henricus VII. Imp.) Prouincialem Aduocatum, cognouiſſent: his cōtentionibus Friderici partes ſecutæ, ſingularem eius & Imperij protectionem ſumma cum laude obtinuêre: teſte publico Diplomate; Dato in obſidione Fauentiæ, ann. 1240. menſe Decemb.

Rhodolfus I. Imp. tribus Ciuitatibus priuilegia confirmauit, vt patet ex litteris Badæ datis anno 1291.

Mortuo Rhodolpho Imp. ſucceſsit legitima electione Adolphus Naſſouius: hæreditate, an dominandi libidine Albertus Auſtriacus Rhodolphi F. Hinc noua factionum & diſſenſionum fax accenſa, quæ non niſi alterius interitu penitus exſtincta eſt. Adolphum agnoſcebant Abbas S. Galli, Tigurum, Salodorum, omnes Rheni ciuitates Argentinam uſque, tum præcipuæ Germaniæ vrbes, Comes à Monte forti, & Nellenburgenſis, alijque extra & intra Heluetiam, plures Nobilitate & opibus pręcipui, tres etiam Ciuitates, Vrania, Suitia, & Syluania. Factiones in Imperio.

Alberto contrà adhęrebant tota Rhetia, Sueuia, Alſatia, tum verò omnis nobilitas vtriuſq; pagi Vrbigeni, & Tigurini. Cæſo Adolpho, tenuit ſolus Albertus. Is numeroſa prole, ſiue inexplebili cupiditate initio ſtatim Imperij de Principatu in Heluetia condendo, & ſuperiori Germania, cogitare cepit. Credebat enim quæcunque Iuris imperialis, aut Dominij, ijs in partibus eſſent, poſſe Principum Imperij conſenſu ſibi, aut liberis in perpetua feuda conferri, aut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

iure proprietatis adſignari. Et vt facilius deſtinata impetraret, agere cepit cum Epiſcopis Argent. Baſil. Conſtant. & Curienſi, Abbatibus & Collegijs S. Galli, S. Blaſij, Augiæ vtriuſq; , Vettingæ, Muri, Interlaurs, Seckingæ, Tiguri, Murbacij, &c. vt quam his legionibus iuriſdictioné, aut proprietatem haberent, ſibi venderent, aut ſe liberosq; pro Aduocatis perpetuis, & protectoribus ſuſciperent. Pari arte in deuinciendis & ſubijciendis Comitibus, Baronibus, & Nobilibus vtebatur.

Trium ciuitatum conſtantia.

Cùm ad tres Ciuitates Legatos mitteret, reſponſum ab illis tulerũt, Alienationes ab vnius Imperij tutela priuilegijs ſuis omnibus prohiberi. Si quos reditus, cenſus, alia iurisdictionis officia, aut obſequij munera debeant, ſiue Auſtriacę domui, aut eius Clientibus cũ fide pręſtituras. rogare ſe deniq; Imperatoré, ne hac quoque licet exigua parte Imperiũ imminutũ velit.

Albertus irritatus Præfectos miſit, qui cùm tyrannicè egiſſent, Heluetios commouerunt.

DE LIBERTATE Heluetiorum.

HEluetij, qui Alpes incolunt, Imperio Germanico ſubiecti fuêre, eoq; nomine Prætorem ſingulis annis accipiebãt. Auſtriacos Principes vicinos habebant, eorumq; potẽtiam, innumeris arcibus circumdati, verebantur. Iugũ imminens excutiendi hæc fuit occaſio.

Ludouicus Bauarus Imper. deſignatus, circa an. Sal.

an.Sal.1314.competitorem habebat Fridericum Auſtriacum,inq; factiones diuiſa Germania,inteſtino malo laborabat,Heluetij Ludouico non obſcurè fauebant, eaq; propter à Præfectis Imperij, qui vicinis Auſtriacis plus ſatis addicti erant,miris modis vexabantur. Occaſio Fœderis Heluetici.

Tres primùm plebei homines, Guilelmus Tellus Vrienſis, Staufacherus Suitenſis, & Ernius Vnderualdenſis, fœdus ineunt contra Tyrannos, populares quiſq; ſuos ad libertatis defenſionem adhortantur.

Lũpoldus Auſtriacus, Friderici frater, bello coniuratos domiturus,An.1315. 16.Nov. ad Moregardam montẽ circumuẽtus 1500. equitibus amiſsis,vix aufugit.Eo ſucceſſu erecti Triumuiri, vt æterno fœdere Vrienſes, Suitenſes,& Vnderualdenſes inter ſe coirent, auctores fuêre. Ludouicus fœdus ratum habuit.Auſtriaci clade irritati, quamuis Ludouico per Regem Bohemum reconciliati eſſent, paganos tamen perſequi non ceſſabant. Prælīũ Morgartenſe.

Lucernenſes partim inſolentia Auſtriacorũ, partim fortitudine paganorũ moti, fœdus cum ijs ineunt,ann.1332.

Tigurini XII. viros ob malè adminiſtratam Rempub. in exilium eiecerant, & mutata Reip. forma,XIII. tribus inſtituerant, è quibus Senatus legeretur. Cùm exules Io.Comitis Habspurgenſis auxilio, noctu vrbem occupare fruſtra tentaſſent,deſtituti Tigurini aliorũ auxilio, ann. 1351. Heluetijs ſe coniunxere. Obſeſsi ter Status Tigurinæ Reipub.

ab Al-

ab Alberto Claudo Duce Auſtriæ, pro patria fortiter dimicauêre.

Claronenſes quoque & Tugienſes in fœdus recepti, ann. 1352. volentes nolentes.

Acceſsêre his Bernenſes anno ſequenti. Et hoc fœdus antiquum octo vicorum Heluetiæ.

Leopoldus III. Alberti F. Anglos ad XXC. millia contra Heluetios excitat ann. 1347. Dux illorum nepos Auſtriacorum, matris dotales vrbes ab Heluetijs occupatas (hoc enim prætextu eorum cõtra paganos Auſtriacus irritarat) vindicaturus, vbi cum tanta colluuie raméta montium intrauit, commeatu deſtitutus, in aduerſas partes diſtractum exercitum Heluetijs ad Syluam Butiam, ad Erlacum, ad Frobrunnam carptim cædendum præbuit, turpique fuga vix elapſus eſt.

Angli ab Heluetijs cæſi.

Vrbes Imperij cum Heluetijs fœdus ineunt, quibus Leopoldi ſuſpecta erat potentia.

Nouis ſubinde inſolentijs nobilium vicinorum vetere odio exulcerato, cùm Sempacenſes ſuæ ſecuritatis cauſſa, Lucernenſium fidei ſeſe commiſiſſent.

Leopoldus interea, victis Imperialibus vrbibus, & pace cũ ijs facta, victoré exercitũ in Heluetios conuertit, omni externa ope deſtitutos.

Ann. 1386. ijs nõ modò per ſe bellum indixit, ſed & Comites, Barones, Nobiles, prout varias inimicitiæ cauſſas habebant, ſinguli turmatim bellum denuntiarunt, nimirum vt multitudine hoſtium terrerentur.

Nobiliũ in Heluetios odium.

Helue-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Heluetiorum 1500. Tigurum profecti, quòd illic Ducem irrupturum putarent, poſteaquam rectà Sempacum proficiſci audiunt, celeritate incredibili ſequuntur. Vix dum aduenerant, cùm nobiles conſilio inito, vt victoriæ fructum perciperent, gregarios milites ſpectatores tantum ſuæ fortitudinis eſſe voluêre, iuſsêre: atque vel inſolétia quadam ſponte, vel loci iniquitate coacti, relictis equis, pedes pugnã iniuêre. Quorum temeritatem ſenex Baro Haſenbergius reprehenderet: Oxenſteinius leporinũ animum illi, ad familiæ nomen in monte leporis ductum alludẽs, cum probro obiecit, & ad Ducem conuerſus, Manipulum hunc ruſticorum nos tibi prius, quàm Sol occidat, aſſandũ elixandúmve pro libito dabimus. In primo congreſſu ad LX. inermes Heluetios cataphracti occidũt. At procedente pugna, labore & ſudore confecti, præ- *Prælium ad Sempachiũ.* claro interim Vinckelriedij ſtratagemate circumuenti, ſecuribus pulſati concidunt, ſuiſq; armis ſuffocantur. Leopoldi cædes eos etiam qui integri erant, ita terruit, vt in fugam effuſi, memorabilẽ victoriam Heluetijs conceſſerint. Cæſa ſupra duo millia Ducum, Comitum, Baronum, Equitum auratorum, nobilium: Heluetij 200. ſuorum deſiderarunt.

Leopoldus IV. patris mortem vlturus, aſcitis ſibi auxiliaribus quamplurimis, eiuſdem imitatione bellum Paganis indicit. Varia fortuna per quadriennium hinc inde pugnatũ, meliore ſemper ſucceſſu Heluetiorum, qui ferarum

latibula

latibula innumera (ſic enim arces vocabant) expugnarunt, vaſtarunt, incenderunt.

Ciuitates tandem Imperij pacis ſeptennalis authores fuêre, qua Solodurum Heluetiorum fœderi acceſsit, ann. Sal. 1389. eodemq; poſt in quinquaginta annos confirmata: Concilium interea Conſtantienſe Fridericũ Auſtriacum, propterea quòd Epiſcopos quoſdã in vincula coniecerat, & Ioannem XXIII. pontificatu deiectũ contra datam fidem Conſtantia profugientẽ adiuuerat, anathemate perſtringit: Sigiſmundus Imp. Heluetios ad occupandas vicinas regiones hortatur, & quodammodo cogit, diplomate etiã teſtatus, quicquid contra Hæreticũ hominem iuſſu concilij egiſſent, id ſanctum, inuiolatumq; fore, neq; paci L. annorũ cum Auſtriacis paulo ante initæ obfuturum: addidit & ſtipendium & quicquid eo bello occupaturi eſſent, præcedentibusque cepiſſent, id vt bonorum caſtrenſium loco perpetuum haberent.

Sigiſmund. Imper. Heluetios ad bellũ hortatur.

Itaq; Argouiam & Tauracũ pagum an. 1415. volente, iubente, adiuuante, confirmante Imperatore & Concilio, inuaſerunt, occuparuntque.

Ann. 1468. ob temerè laceſsitos Schaphuſianos confœderatos ſuos, Valdeshutam obſidebant Heluetij.

Sigiſmundus Auſtriacus, in pacis formula à principe Bauaro cõſcripta, in expenſas damnatus, quando apertè non poterat, occulta ratione Heluetios lędere parabat. Carolo Burgundo oppignorat ditiones ſuas Heluetijs propinquas. Is

Petrum

Petrum Hagenbachium illis præficit, crudeliſſimum Tyrannum, & Heluetiorum acerbiſsimum hoſtem.

Ludouicus XI. Gall. rex ea occaſione capta, Heluetiorum amicitiam ambit, hoc veluti fræno Burgundum ſeſe in officio retinere poſſe ſperans.

Sigiſmundum Burgundi libidine offenſum, pœnitebat cœpti. Itaq; Galli interceſsione cum Heluetijs contra Burgundum fœdus init. Abſente in Germania inferiore Carolo, Hagenbachium Briſacenſes, apud quos degebat, in vincula conijciunt, & accuſantibus Heluetijs ſecuri percutiunt.

Fridericus III. Imp. Heluetios Burgundiam inuadere iubet: ipſe inſtructo exercitu Nüſsiam à Carolo obſeſſam, liberare contendit.

Carolus cum Friderico paciſcitur: Maria filia, Maximiliano filio deſponſata: neq; verò in fœdere illo vllam Heluetiorum rationem habet.

Carolus eo hoſte, quem periculoſiſsimum iudicabat, liberatus, expulſo Lotharingiæ Duce, Granceium ab Heluetijs occupatum proficiſcitur, ad L. millia expeditorum militum in exercitu habens. Heluetiorum quingentos arcem tuentes, deſperato ſuorum auxilio, impunitate promiſſa, perfidè circumuenit. Prælium ad Granceiū.

Heluetij ad XX. millia ſuperuenientes, caſtris ducem exuunt, ſupra C. M. aureorum prædam obtinent, deſtituti equitatu, victoriam perſequi nequeunt.

Anno

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Anno Salut. 1476. recollectis viribus C. M. in exercitu trahens, Moratum Carolus obſidet. Diuiſerat exercitum. Heluetij caſtra Ducis aggrediuntur, imparatos fundunt, XX. M. cædunt, X. M. in lacu vicino ſubmergunt.

Renatus interea Lotharingiæ Dux exul, auxilijs Germanorum corrogatis, regiones ſuas recuperat.

Carolus XL. M. Lotharingiam recipit, Nanceio excepto. Renatus Heluetiorum auxilia implorat, XIII. millia obtinet. Hi ſexto die Ianuar. ad Nanceium Anno 1477. Burgundi caſtra, diuerſa quàm ille exſpectarat parte inuadunt, Carolum cum VII. M. ſuorum obtruncant, belloq; Burgundico, reſtituta Renato Lotharingia, finem imponunt: Ludouico XI. Burgundiā tanquam feudum olim Ducibus conceſſam, certo auri pondere, fruſtra licet Heluetios liberatores appellantibus Burgundis, concedunt.

Anno 1481. Solodurum & Friburgum in confœderatorum claſſem recipiuntur.

Virtutis comes perpetuus inuidia. nam ſeptennio poſt Fridericus III. Imp. ſpe ſua Heluetios alienis domandi viribus non ſemel fruſtratus, Sueuici fœderis inter Principes & Ciuitates Imperij Ann. 1488. auctor fuit, ſpecie quidem in commodum Germaniæ, reuera autem, vt hoc veluti propugnaculo, Heluetiorum frænaret potentiam.

Moritur interea, & vt regnorum, ſic odij ſucceſſorem relinquit filium Maximilianum.

Is fœ-

Is fœdus Sueuicum decennio poſt confirmauit: Animis paratis occaſio tantùm deerat.

Ea autem oblata eſt ampliſsima, poſteaquam Rheti, Heluetiorum fœderi certis conditionibus acceſsêre.

Maximilianus Curiam Rhetorũ ſui iuris eſſe dictitans, exercitum contra illos duxit.

Rheti Heluetios implorant: ille Sueuicum fœdus appellat.

Varijs in locis Maximilianus Heluetios adoriri ſtatuerat, vt diſtractis viribus facilius conficerentur.

Anno igitur 1499. 6. Feb. crudele bellũ cepit, quod Sueuici fœderis vocant, Heluetium cæteri, inſignibus victorijs nobile: quando octies aperto Marte victores euasêre Heluetij.

Primus conflictus apud Rhetos ad montem S. Lucij: alter ad Treiſam. Tertius Hardæ ad lacum Acronium, quinque millibus Germanorum cæſis. Quartus prope Baſileam, vbi mille Heluetios prædę cauſſa in Alſatiam proficiſcentes, Fridericus Caplerus dux Imperatorius, octo millia in exercitu habẽs, aggreſſus, ſexcentis ſuorum amiſsis, turpi fugâ abijt, vnico tantùm Heluetio cęſo, ſed vulneratis compluribus.

Quintus prope Conſtantiam. In pago Ermatinga præſidiarios 400. ſecurè agentes, Sueui per noctem trucidarunt. Heluetij ſuorum clade cognita, repente conuolant, & in vicina ſylua Suaderloca, ex inſidijs, victores Conſtantiam repetentes fundunt, fugantque. Eodem die præda

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

omnis cum auctario recepta, ex octo millibus II. MD. cæſi: reliqui in lacu ſubmerſi.

Sextus apud Rhetos propèRaſtentzã,in Valgauia. Septem milliaHeluetiorũ, XV. millia Sueuorum fugant, tria millia occidunt, plurimos in Ila fluuio demergunt, tormẽtorum ſupra D. capiunt. Henricus Volebius Vrienſi's, à tergo circumductis bis mille ſuorum, montem occupauit, & victoriæ tam memorabilis auctor, pro patria occubuit.

Septimus apud Vennones in campis Malſijs: Ex octo millibus Sueuorum quatuor millia cæſa à Rhetis, eodem ſtratagemate quo priùs: in Atheſi ſubmerſi plurimi. Rheti ſupra ducentos è ſuis deſiderarunt.

Maximilianus ignauiam ſuorum deteſtatus, ipſe præſens bellum adminiſtrare voluit. Conſtantiam venit, Heluetios vno eodemq; die D. Margaritę ſacro tribus locis aggrediendi conſilium capit. Ipſe cum Germanici Imperij ſignis Conſtantiâ egreſſus, vbi ſuorũ timidas ſententias in aggrediendis Heluetijs, qui Suaderlocam occupabant, cognouit: re infecta properè diſceſſit. interea Rhenani populi propè Baſileam, arcem Dornacum Solodurenſibus parentem, oppugnaturi venerant. Solodurenſes M D. ſilentio in vicinum montem proficiſcuntur. Cõmodùm D. Tigurini accedunt. Caſtrametantes hoſtes, & nihil minus quàm Heluetios adeſſe putantes (cùm omnes illorum vires Suaderlocæ coactas crederent) ex improuiſo aggrediuntur, primos fundunt.

fundunt. Cæteri acie repentè vt in eo terrore fieri poterat, inſtructa, Heluetijs acriter reſiſtũt, eosq́; ſuo equitatu circumdant. Vigente prælio, M. Lucernates & Tugini ſuperueniunt, ſuoque clamore hoſtes ita terrẽt, vt ex XV. millibus tria millia ceciderint, plurimi in Byrſa amne vicino perierint. Heluetij C. ſuorum amiſsis prædaque opulenta parta, nuſpiam ſe toto bello acriùs reſiſtentes hoſtes nactos, liberè ſunt faſsi.

Tandem defeſsi tot cladibus Imperiales, potius quàm mitigati aut exhauſti, pacis cum invicto populo ineundæ conſilia amplecti cœpêre. Baſileæ igitur eodem anno quo cœperat 22. Septemb. bello Sueuico finis impoſitus, cum ampliſs. Helueticæ virtutis teſtimonio, qui contra totius Imperij Germanici vires, pro aris & focis, octo menſium ſpacio octies cum hoſte potentiſsimo diuerſis locis prælio depugnâſſent, nunquam victi eſſent, minimo ſuorũ cum ſanguine, hoſtium vberrimo. Ex Stumpfio.

Iehouah Zebaoth vniuerſam Heluetiam, reliquasq́; Chriſtiani orbis Prouincias ſub omnipotentiæ ſuæ alis clementer protegat, & in pace quamdiutiſsimè conſeruet.

SACCINGA.

FRidolinus Viator, propter peregrinationes aſsiduas dictus, Regis Scotorũ, & Hiberniæ filius, Chriſtum prædicauit paſsim, & collegia inſtituit, per quæ fides propagaretur, inprimis S. Fridolinus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

quidem in Gallia Pictauij ſub Hilario, deinde apud Belgas prope Moſellam. Paulò pòſt in Vogaſi cacuminibus Argentinę, Curiæ Rhetorum, & alibi per Burgundiæ prouincias.

Poſtremò appulit ad Inſulam Rheni ſupra Baſileam, vbi nunc oppidum Saccingum eſt, & ibi ædiculam ædificauit. Verùm incolæ eum virgis cæſum eiecerunt.

Adit Clodouæum Regem Gallorum, & ab eo donationem iſtius inſulæ liberrimam accepit. Inſtituit ergo ibi collegiũ feminarum. Poſt mortem Clodouei, cùm incolæ rurſus tumultuarentur, precibus à Deo impetrauit, vt Rhenus relicto dextro alueo ad ſiniſtrum laberetur, & ſibi contra Ethnicos propugnaculum fieret.

Miraculũ. Quo miraculo incolas conuertit. Reſuſcitauit quoq; Vrſum Claronenſem, qui ei hæreditatem ſuam dono dederat. Nam cùm mortuo Vrſo, frater eius Landulphus pactum negaret, & coram Baldeberto Landgrafio iudicium expediri non poſſet, niſi Vrſus donator coram Iudicibus ſiſteretur: Fridolinus Claronam abijt, & Dei virtute Vrſum reſuſcitauit, ſecumq; ex Clarona ad pagum Rheticum Rancquil per ſex milliaria duxit, vt coram Landgrafio cum fratre Landulpho de iniuria expoſtularet. Quo miraculo Landulphus territus, ſuam & ipſe partem hæreditatis Fridolino donauit. Obijt Fridolinus Anno Chriſti 514. cùm Chriſtum annis 130. prædicaſſet. Saccingæ ſepelitur, ad ſiniſtram Chori partem, cùm in dextra cubaret Vrſus. Poſtea verò

ex eo loco Fridolinus in ſummum aræ collocatus eſt. Zuing. in Theatr.

Anno Salut. 938. Germaniam inuaſerant, & vaſtauerant. Sacconiam vrbem Rauracorum in Rheni inſulæ ſitam obſidebant diuiſo exercitu. Hermigerus Rauracus ducem ſuis præbens, noctu cum paucis hoſtes vltra Rhenum aggreſſus, in montibus vicinis quoſdam faces offerre iuſsit, vt hoſtes ancipiti periculo territi, facilius in fugam verterentur. Itaque Hungari miſerè trucidati, cùm qui cis Rhenum erant, auxilium illis ferre non poſſent. Hermigerus prædam ampliſsimam Monaſterio Sacconienſi dicauit. Stumpf. Hungarorũ incurſio.

LAVFFENBVRG.

MEdius ibi Rheni Cataractes, Primus enim eſt ſub Schaphuſia circiter 3000. paſſuum, & is maximus eſt, ſingulare naturę miraculum. Tertius eſt ad Rheinfeldam 12000. paſſuum ſupra Baſileam. Rheni Cataractæ.

ZVRZACVM.

OLim Cerciacum, Emporium Heluetiæ, vetuſtiſsimum, iam inde à Tiberij ætate (nam à Ptolomæo Forum Tiberij appellatur) vbi etiamnum hodie diei naturalis ſpacio, à veſpera ad veſperam, bis in anno, omnis generis merces ex varijs regionibus allatæ, copioſiſsimæ diſtrahuntur, & veluti initia mercatuum reliquorum celebrantur, nullo alio Germanię Emporiorum exemplò. Forum Tiberij.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

SCAPHVSIA.

SCaphuſia à Scapha dicta, ad Rhenum enim ſita eſt in littore Germanico, Heluetiæ tamen ponte coniungitur. Omnium rerum mirè exuberans, nec poſtrema in Helueticis vrbibus ſiue pace, ſiue bello. de ea Glareanus canit:

Subticeámne tuas piſcoſa Scaphuſia laudes
Conſpicuum Heluetiæ ſydus bene digna Camœnis
Gloria Teutonicæ Germano in littore terræ?
Vtilis & bello, vincendóq; vtilis hoſte.
Quam propius liquidi facies nitidiſsima Rheni
Alluit, hic rapidus reſluente in gurgite vortex
Cernitur, Euripum referens, Scyllæq; voracis
Latratus: hic vnda alti de vertice montis
Lapſa ruit præceps ſterilemq; eructat arenam,
In circum, ſurſumq; volans portendere nubem,
Aut nebulæ ſpeciem, & cœlum pulſaſſe videtur.

Nobiles im Thurn. Familia Nobilium Im Thurn/ eſt vna ex antiquiſsimis & generoſiſsimis totius Heluetiæ, quæ ante Vrbis huius extructionem, eo loci habitaſſe dicitur, vbi nunc horreum ſalis exſtat. Affecit illa, ex decimis & reditibus ſuis annuis, quibus plurium locorum domina fruebatur, tria cœnobia & Parrochiam Vrbis, magnis beneficijs.

STAINA.

OLim Gaunodurum vocabatur, à Saxo, quod Celtæ Gaunum dicebant. Vnum ex antiquiſsimis Heluetiorum oppidis. Firmiſsimum

mum Romanorum munimentum contra Allemannorum vaſtationes.

Claruit morte S. Othomarij, qui circa ann. Salut. 760. in exilium eò fuerat ablegatus, cuius oſſa nouennio poſt ad fanum S. Galli deportabantur.

Staina ex ruderibus Gaunoduri nata, ſub Otthone I. Imper. à Burckhardo Duce Sueuiæ contra Hungarorum irruptiones, muro cincta.

Anno Salut. 1226. Stainanus quidam huius vitæ ideò pertæſus, quòd illa edendi, bibendi, vigilandi, veſtiendi, cubitum eundi, naturalia exonerandi &c. viciſsitudine occupata ſit, ſe ex ponte in Rhenum dederat præcipitem. Melancholicus.

CONSTANTIA.

VRbs longe amœniſsima, à Conſtantio Imp. contra furorem Allemannorum mœnibus munita. Tempore Seueri Imper. circa ann. Salut. 169. à Romanis in Rheno munimentum exſtructum, Caſtellum aquarum dicebatur. Aquarum Caſtellum.

Ab Allemannis deſtructa, à Francis denuo exculta, & Villa Dagoberti vocata fuit, qui Vindoniſsâ Epiſcopatum eò tranſtulit.

Claruit maximis aliquot Principum conuentibus, quorum primus habitus fuit Ann. Sal. 112. tanta frequentia, vt vix locus ſuffecerit.

Secundus Ann. 1142. à Conrado Imper. conuocatus.

Tertius Ann. 1153. à Friderico I. Imp.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Quartus Ann. 1183. Idem Fridericus.

Ann. 1212. Fridericus II. Imper. Conſtantiæ exercitum collegit, ad inuadendum Imperium.

Ann. 1324. horrenda fuit detecta laniena per fabrum, qui conuocatis ciuibus, 100. ſicariorum interfecit.

Iudæorum pertinacia, & induratio.

Ann. Salut. 1348. Iudæi ſuperſtitionem ſuam abiurare cogebantur, aut perire. Anno pòſt Iudæus facti pœnitens, igne domui ſubiecto, ſe cum filijs duobus exuſsit, ex alto clamans, Iudæum ſe moriturum. Quo incendio vicinia tota conflagrauit.

Ann. 1390. Iudæus alius flexis genibus conſulem rogauit, vti extremo afficeretur ſupplicio, quòd ſuam religionem deſeruiſſet. Qui, cùm nulla ratione ad ſaniorem mentem redigi poſſet, vivus exuritur.

Ioan. Huſſus, & Hier. Pragenſis.

Concilium, Ann. 1414. & 15. celebratum, maximam ſibi famam, martyrio Ioannis Huſsi, & Hieronymi Pragenſis, acquiſiuit; quorum hic, poſt centum annos mihi reſpondebitis. Ille verò, poſt centum annos Cygnum meum ex hoc Anſere natum, non aſſabitis.

Paſtoris pietas.

Huius Concilij tempore, paſtor quidam, conſpecto bufone, humanæ formæ excellentiã perpendens, ſuamq; oſcitantiã damnans, qui nunquam pro tanto beneficio gratias Deo egiſſet, ſpectantibus duobus Cardinalibus, qui fortè prȩteruehebãtur, lacrymas vberrimas profudit.

An. 1529. vnà cum Geneuenſibus & Argentinenſibus Euangelicam doctrinã profiteri cepit.

Huldri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Huldricus Zaſius Conſtantienſis, tantus in Germania euaſit Iureconſultus, quantus vix vllus in Italia.

FANVM S. GALLI.

EXcelluit vrbs hæc populoſa, opulenta, & amœna, Viro incomparabili D. Ioachimo Vadiano, Conſule ſuo ſapientiſs. meritiſsimo, à quo eleganti carmine eſt deſcripta. Hodie quoque per Dei gratiam laudatiſsima Politiæ & Eccleſiæ conſtitutione floret quàm ſplendidiſſimè, ſui Deus magis magisq; benedicat. *Vadianus Heluetiæ decus.*

Anno Sal. 1215. 2. Maij incendio tota perijt, excepto Monaſterio.

Ann. 1314. 15. Octob. rurſus vnà cùm Cœnobio conflagrauit, ſex domibus tãtùm exceptis.

Iis cladibus vexati ciues, negotiationi linearum veſtium ſe totos dediderunt.

Ann. 1368. Ignis rurſus non exiguam partem vrbis abſumſit. Rurſus ann. 1418. menſe April. vrbs cum cœnobio igni ita vaſtata eſt, vt 17. domus tantùm ſupereſſent. Mox inſtitutæ vigiliæ nocturnæ 30. virorum, & vento bacchante 14. ſpeculatorum.

Gallus Anglus, cum Columbano Præceptore in Galliam profectus, tandẽ ad Theodebertũ, ad Brigantinum lacũ, in loco Tugonia dicto, idola exuſsit. Inde pulſus, Arbonam venit. Columbano, in Italiam proficiſcente, ipſe in Sueuia manſit. Guntzonus Sueuorum Princeps, idololatra, eum terra ſua excedere imperat: ſed mox, filia Fridberga Sigisberti Auſtraſiæ Regis *S. Gallus.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

coniuge, à Dæmonio correpta, eam ſanauit. Apud Heluetios poſtea monaſterium condidit, quod in vrbem S. Galli excreuit.

Cœptum opus Anno Chriſti 630. Fuit Monaſterium hoc Virtutum & ſcientiarum optimè conſtitutum ſeminarium, ex quo, ceu equo Troiano viri pietate & eruditione excellentes in plurima Germaniæ loca emittebantur. Solebant enim antiquitùs huiuſmodi Cœnobiorum incolæ in optimis quibuſque diſciplinis, & cultus diuini ſtudijs omne ſuum tranſigere tempus. Hinc à nobilibus, & magnatibus varijs reditibus & diuitijs donabantur.

Cœnobia bonarum litterarum Gymnaſia.

VITODVRVM.

OLim nobile Romanorum caſtellum, quod ab Allemannis dirutum, Diocletianus cum ſuis in Imperio collegis, reſtituit, vt ex veteri patet inſcriptione quæ Conſtantiæ in templo Cathedrali conſpicitur.

Francici imperii tempore peculiares habuit Comites.

Hartmannus Comes Kyburgenſis vrbem hanc Epiſcopatui Argentinenſi dono dedit, eandemq; ab eodem tanquam feudum recepit, Anno Chriſti 1244. ſub Friderico II. Imp.

Rhodolphus I. Imp. Vitodurum ſingularibus dotauit priuilegijs, cuius poſteris Vitodurenſes fidelisſimè adhæſerunt, præſertim tempore obſidionis Tigurinæ, ac præliorum ad Sempachum & Nehenfelſium commiſſorum.

Rho-

Rhodolphus Baro à Vart, qui in necem Alberti Imp. in traiectu ad Vindoniſſam conſenſerat, à Burgundo quodã Comite, ad quẽ confugerat, proditus, à Leopoldo Auſtriaco, Alberti F. rotæ ſupplicio Vitoduri affectus eſt, in qua tribus diebus, totidemq; noctibus vixit. Vxor, magno & Chriſtiano animo aſtans, eum conſolabatur. Coniugalis pietas.

TIGVRVM.

EXcelluit vrbs hæc pulcherrima, & populoſiſsima; iam aliquot ſeculis, viris omni Virtutum genere celeberrimis. Quis enim Geſnerum, Gualtherum, Bullingerum, Friſium, Lauatherum, Simlerum, Stuckium, & alios de Republica Litteraria ſatis vnquam laudauerit? Tigurum mater illuſtrium ingeniorum.

Rhudolphus I. Imp. Tigurinos plurimùm amauit, eosq; ſecum tanquam fideliſsimos contra Regem Othocarum duxit, quorum centum paulò ante prælium, (ſciebat enim eos tanta animoſitate pugnaturos, vt de illorum ſalute inter tot hoſtes ſperare vix quicquam poſsit) ſolenniter Equeſtri dignitate nobilitarit, Anno Sal. 1278. quorum inſignia, apud Franciſcanos memoriæ cauſ sâ appingebantur. Equites Tigurini.

Idem Rhudolphus Imp. Iacobum Myllerũ Tigurinũ maiore beneuolẽtia, quàm Principes, pari, qua fratres, proſequebatur. Mirantibus hanc inſolentiam vniuerſis: memorẽ ſe eſſe dixit beneficij à Iacobo accepti, quòd illius fortitudine atq; fide, cũ cõtra Baronẽ Regenſpergiũ

pugnans,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

pugnans, multis vulneribus affectus, à ſuis plerisq; deſertus, illius operâ equo impoſitus, & ex hoſtium manibus liberatus fuiſſet.

De Tiguro Glareanus canit:

Salue belligeræ celeberrima gloria gentis
O Tigurum, vrbs orbi, & pando notiſsima cœlo:
Cui pro nominibus, meritiſq; & fortibus actis
Nulla ſat eſſe poteſt immenſi gloria mundi.
Te mediam ſcindit viuenti Limagus vnda,
Et ſuper incumbit ſquamoſis piſcibus ingens
Amne lacus, vitreoq; relucent gurgite ripæ
Nubiferas turreis, quid tam ſublimia fronte
Tecta, quid ablotas ſplendenti fonte plateas
Commemorem? fora quid dicam? quid templa re-
Atria cœlicolis, & dignas regibus aulas? (cenſeã,
Vrbs cœlo, & ſuperûm rectori chara ſupremo.

Tigurum ſanè ſiue Thuricũ, inter prima Heluetiorũ oppida, cum bello illo, quod ſibi potius, ſuiſq; oppidis, & toti Patrię, quã Gallię Heluetij intulerunt, vt cetera omnia ædificia, conflagraſſet, ab ijs, qui Cæſaris victoris mãdato reparare iuſsi ſunt, aliquid priſtinæ dignitatis accepit. Poſtea Maximiani, & Diocletiani imperio Alemanni euertêre. Conſtantius Cæſar, vt Vindoniſſam, & Vitodurum reſtituiſſe creditur. Hinc illud quòd inter Tiguri cõditores Diocletianus, quòd eius iuſſu, & Maximiani reſtauratum. Sed iam non Vrbs, aut oppidum, ſed Caſtrum. In

Felix, Regula & Exſuperantius.

Caſtro enim Thuricino martyrio adfectos Felicem, & Regulam, & Exſuperantium, ſub Diocletiano, quamvis potiùs ſub Maximiano, vt

qui

qui Occidenti præeſſet, Thebęæ legionis, quòd ibidem Chriſti nomen profiterentur, prædicarent, Decio Pręfecto Caſtri, memorię tradidit in eorum vita Florenicus. Cuius quidem Caſtri & Præfecti ſedis adhuc aulę, ſiue palatii retinet im Hoff / nomen. Caſtra antiquitus dicta, quibus nulla extra Mœnia iurisdictio. Quod accidit Tiguro diuiſa in duces militum, Comites, nobiles, & quorum opera præcipua Imperatores vſi fuerant, regione, cū interea ſæpiùs Caſtra vrbibus, & Ciuitatibus amplitudine, elegātia, opibus anteirēt, quod Aimo conqueritur de Diuione, quibus omnibus rebus cùm abundaret, caſtrū tamen eſſet. Ob earumdem martyrum memoriā, ſuccedente mox in Occidēte patri Conſtantio, Conſtantino M. & Chriſtiana pietate longè, laleq́;, eius iuſſu, & auctoritate diſsipata, cùltaque, Tiguro non minima frequentia: maximè Francis, qui demū, abolito R. Imperio, Galliā inuaſerunt, inſita quadā religione, loca B. martyrū, quiq́; ſanctitate antecelluiſſent, ſingulari pietate, colentibus, & magnificātibus. Primus tamē qui Tiguri in honorem martyrum aliquid maieſtatis addidiſſe putatur, fuit Clodoueus III. Francorū Rex, ex opibus ſcilicet Ruperti Allomannicæ Heluetiæ Ducis, vt ex inſtrumento fundationis Lucernenſis patet. Nā qui poſt eū ex altero licet ſtemmate, regnauit Carolus Magnus, fatetur, eo in loco, quē Sepulcrū SS. Martyrū vocat, multos ſe pietate, & integritate viros reperiſſe, qui ſacris incumberent, diuinaq́; officia ſa-

Car. Magni teſtimoniū de Tiguro.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

cia facerent, quorum reditus & beneficia à maioribus ſuis adſignata confirmarit, ampliaritq́;, & inde quod Eccleſiæ Præpoſituræ SS. Felicis & Regulæ, vt habent vetera ſcripta, ipſe auctor, & fundator habitus. Sed Tiguri iam eodem tempore nomen haud ignotum gentibus, & pro Camera Imperiali celebrabatur. Notum ex ſcripto Ludouici Pii, Magni f. Aquiſgrani edito, XV. Martij VIII. anno Imperij, datoq́; Gotzberto abbati S. Galli, quo mentionem facit, controuerſiæ & litis quæ inter eundem Abbatem, & Epiſcopum Conſtantienſem interceſſerat, quam deciderit, multamq́; edictum tranſeuntibus, ſtatuit fiſco, inquit, noſtro Imperiali Turegi perſoluendam. Maximè verò SS. Martyrum, & ſimul Tiguri venerationem, & dignitatem cumulauit Ludouicus Germaniæ Rex, Pio genitus, licet adhuc vicus eſſet, aut, vt alia vocant inſtrumenta, Villa regia, nec mœnibus, præterquàm caſtri eſſent, clauderetur, cùm non ſolùm, eo in loco, monaſterium ædificauit, cuius amplitudinem intelligas quòd Hildegardini filiam, addito nobilium virginum cœtu, eidem præfecerit, ſed omnia quæcunque regiæ dominationis, aut iuris eſſent, SS. martyribus dicauit, conſecrauit, & in Virginum monialium vſum cedere voluit, ſolo ſummo Imperio, aut regia, Imperialive Aduocatia ſibi reſeruata.

Tigurum Camera Imperialis.

BADEN

BADEN.

VRbs amœniſsima, Thermis ſaluberrimis, & Heluetiorum Comitiis clara. Apud illã olim, videl. Año Sal. 71. Heluetij ab Aulo Cecinna cæſi. Glareanus illam vocat Thermopolim, Rhenanus, Caſtellum aquarũ, alij Aquas. In Caſtro ad pontem columna conſpicitur, quę in honorem Traiani olim fuerat erecta. Habuit certos ſuos Comites, quibus mortuis, Kyburgenſium Dominio ſubiecta eſt, à quibus tandem ad Habspurgenſes deuenit.

Tẽpore Concilij Conſtantienſis fuit ab Heluetijs occupata, à quibus adhuc, certis ſub priuilegijs regitur.

VINDONISSA.

VRbs quondam maxima, Romanorum facta Colonia. Conſtantius, Conſtantini Imper. pater, ad illam Allemannorũ exercitũ deleuit.

Epiſcopatus eius Conſtantiam translatus. In Cõcilijs duorũ Epiſcopoꝝ. Vindoniſſę fit mẽtio.

Ex illius ruderibus, oppidum Bruck, & monaſterium Königsfelden exſtructum eſt.

De Alberto Imp. eo loci interfecto, Stumpf. ita ſcribit: Ioannes Rhodolphi Ducis Sueuię filius, Rhodolphi I. Imp. nepos, inſtinctu Nobiliũ quorundã, ab Alberto Imp. patruo ſuo, & tutore, regiones paternas ſibi reſtitui petijt. Cæſar, coronâ ex arboris vicinæ frondibus Adoleſcentis caput ornans: Hæc tuam ætatem ſerta decent, mi fili, non ſceptra. Eo facto magis irritatus, cum quibuſdam ſuorum contra patruum coniurauit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Itaq; cũ Imperator Bada, eius looci Thermis vſus menſe Maio, Rheinfeldam peteret, & Vrſam fluuium ad Vindoniſſenſem traiectũ naui ſuperaturus eſſet, Ioannes Imperatorem ponè ſequitur officij cauſſa, exſpectante interim comitatu in ripa, donec nauis rediret. Poſteaquam traiecêre, occurrunt Cæſari coniurati. Quibus conſpectis, Ioannes equo delapſus fræno equũ Imp. apprehendit, & nunc vindictæ tempus eſt, clamat. Accurrunt reliqui, & Albertum in colle, quâ à traiectu aſcenditur, occidunt, cùm comites eius trans fluuium cædem fruſtra ſpectarent. Anno Sal. 1308.

Albertus Imp. interficitur.

Monaſterium Königsfelden primũ ab Eliſabetha, Rhodolphi I. Imp. vidua, Alberti nouerca, pro duobus Eremitis, Rhodolphi quondam famulis emeritis, fundatũ, poſtea ab Agnete Alberti filia, Vngariæ Regina, ex Parricidarũ confiſcatis bonis, eo animo ditatũ & ampliore Monialium Cœnobio auctũ, vt expiaret, ſi quid innocentis effudiſſet ſanguinis, dum etiam in famulos Parricidarum vltionem & vindictam extenderat. Succeſſu temporis nonnulli Habsburgienſes Comites varia bona Cœnobio vendiderunt.

Monaſterij fundatio.

Non procul hinc ſupra collem conſpicitur antiquiſsimum & celebratiſsimum Habsburgiorum caſtrum, tot Heroũ incunabulis & penatibus venerandum. Anno Sal. 1415. tempore Concilij Conſtantienſis Sigiſmundi Imperatoris iuſſu, & voto à Bernenſibus occupatum.

Habsburg.

LVCE-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

LVCERIA.

Hanc Glareanus ita deſcribit.

Tertia Luceria eſt ſumma dicenda camœna,
Prima ſalus noſtri Imperij, miſerata labores
Suiciæ & Vrorum, trepidantiſq; agmina ſyluæ,
Non Leopoldi iras timuit, non Sueuica bella,
Pannoniaſq; minas, vicos imitata ſuperbos
Auxit opes, nomenq; ſuum, famamq; perennem:
Primaq; cum primus ſua fœdera iunxit amicis,
Quodq; à luce datum venerabile nomen haberet,
Non oblita, dedit vir eis, creſcensq; leuauit
Imperium, luxitq; ſuis, & fœdere vinxit.
Ergo quæ tribus eſt vicis vnda, hæc eadem illi eſt,
Et nomen commune tenent, quod Sylua repingit.

Vrbis huius, etſi per bonos auctores, & teſtes antiquitatis memoria in obſcuro eſt, tamen inde luceſcit, quòd iam tempore fundationis Collegij Canonicornm, Lucerna ex antiquitate diceretur, adeoq; pręcipuus poſt Vindoniſſãm pagi Vrbigeni locus, vbi ea occidit, etiã totius regionis Vindoniſſenſiũ caput eſſet. Illi nomẽ, vt pleriq; putãt, à turre, in qua lucerna nautis nocturnis prælucebat. Nam cùm tẽporibus prioribus admodum tenuis, vbi exitum ducit Vrſa, lacus eſſet (quare pleraq; vbi nunc antiqua ſtatio, 3. circiter ſupra vrbem paſſuũ millibus, exponebantur) nauigantibus maioribus nauibus, niſi eiuſdem fluminis alueum ſequerentur, inuius erat. Vnde Lucerna, & turris tanquàm Pharos, quæ oſtenderet. Hinc quoq; loco frequentia, ex ea cõmoditate. Mercimonijs enim

Lucernæ nomen.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ex Italia,& aliàs,poſt ſuperatas ſummas Alpes, &magnum lacum,Lucerna receptus,portusq́;, Franci præcipuè coluêre. In ea palatium regiũ, nunc quoq; im Hoff/ antiquum retinet nomen. Sed maxima eius celebritas ex monaſterio. Vighardus presbyter condidit, frater Roberti Allemannicæ Heluetiæ ducis.

Palatium.

Lucernenſium prima, vt volunt, à Martello Carolo Franciæ Equitũ M. priuilegia, & incrementa,bello Saracenico: Referũt enim ſcriptores,Saracenos ea tempeſtate ex Hiſpania profe-ctos Galliã inuaſiſſe, ac Narbonã,Maſsiliã,Arelatũ occupaſſe, & vaſtaſſe, cũ ijs Martellũ prope Salonam,quæ inter Maſsiliã & Arelatũ eſt,prę-liũ feciſſe, magnã ſtragem edidiſſe. Eo in bello, prælioq́;Lucernenſes agmen extremũ duxiſſe, & pro triarijs, exercitus robur cum ſuis vicinis Entlibuochanis &alijs Vrbigeni pagi,conſtitiſſe, inde gloriã & decus deportaſſe. Carolus M. Martelli nepos, cùm pariter eadem gente varia fortuna pugnaſſet: Deſiderium poſteà Longobardorũ regẽ in poteſtatẽ redigiſſet, Italiã ſubiugaſſet, Heluetiorum maximè milite & operâ, vt Italię viciniorib us,& per quorũ fines expeditionẽ fecerat,cum alijs alia priuilegia,&virtutis inſignia largiretur, Lucernẽſibus quidẽ primò eorum cornuũ æreorũ vſum, quæ etiamnũ inde bello inſonant, ſemperq́; eius nepos Rulandus Francorũ fortiſsimus vſus fuerat, indulſit: tum verò cùm Italiâ rediret,&Lucernæ ageret, duas illas turres, ſiue arces fuerunt, quæ vtráq;

Lucernenſes ſub C. Martello militant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Vrſæ ripā tenebant, altera quidē vbi nunc Collegium: altera dextro fluminis latere è conſpectu, vbi officina aromatica, exſcidit, ſola ea turre relicta in medio fluminis: quæ lucernæ vsū prębebat, ea maximè de cauſſa, quòd qui in ijs eſſent, ad recipienda vectigalia, & portoria, inſolētiores agerent, quàm liberi homines, aut mercatores, exteriq; tranſeuntes ferre, & pati poſſent, prædones ſupplicio adfecit, ciues in ſuam & Imperij protectionem ſuſcepit.

VRANIA.

Vrania poſt ingens, Tauriſca gente creata
Progenies Gallorum antiqua, per vltima belli
Fortunæq; pericula in has compulſa latebras
Delituit multis annis, ignobile feſſa
Ocium agens, donec claris Habſpurgius Heros
Ductor in Heluetijs multa virtute Rudolphus
Surgeret Auſonij præcelſa in culmina regni,
Ad veteres redijt mores, ſunt robora priſca,
Atq; eadem virtus, eadem eſt audacia membris.
Nemo illo maior bello, nemo acrior armis,
Hæc noſtri fons imperij, quæ prima tyrannos
Corripere eſt auſa, & volitanti plectere ferro.

H. Glareanus.

Hypomnema.

VRanij, plurium iudicio, à Tauriſcis deſcendūt, qui à Tauro, naui quâ ex Gręcia Maſsiliā vecti erant, nomē retinuerunt. Gens generoſa, de qua Guillimanus ſequentia annotat: Tempore Ludouici pij Imp. circa ann. videlicet Chriſti 1329. cum Saraceni, Siciliâ potiti, Ita-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

liam irrupſiſſent, Vaticanum & Apoſtolorum limina diripuiſſent, incendiſſent, fores argenteos aſportaſſent, longè latèque per Latium, Campaniam & Apuliam graſſarentur, Guidone Puſterla, nobili Mediolanenſi, ductore & authore, ferunt patriæ Annalium memoriæ, tres ciuitates Vraniam, Suitiam, & Syluaniam &c. magnis itineribus Romam tetendiſſent, hoſtium extremum agmen inſecutos, ingentem eorum numerum cecidiſſe, Oſtia Tarento, Neapoli expuliſſe, tota Italia profligaſſe, prædam receptam ad D. Petri conſecraſſe: Inde tot rebus præclarè geſtis, Ludouicum Imper. Ciuitatibus αὐτονομίαν ſuis legibus, inſtitutis, magiſtratibus, viuendi poteſtaetm permiſiſſe, aliaq; priuilegia & immunitates indulſiſſe, &c.

Acquiſiuit ſibi Vrania magnam nominis celebritatem, iactis fundamentis Heluetię libertatis, quibus Wilhelmus Tellus ciuis Vranienſis primus manum admouit.

Fauebant enim ex Heluetijs Alpinis, Vrania, Suitia, & Vnderwaldia Adolpho Naſſouio Imperatori ritè electo, contra Albertum Auſtriacum, & quia à nobilibus grauiter premebantur, eos agro ſuo expulerunt. Quod factum poſtea Henricus VII. Luneburgenſis Imperator ratum habuit, & porrò inter liberas Imperij vrbes connumerari voluit, ijs priuilegijs, vt cætera liberi, in capitalib. tantùm cauſsis iudicem ab Imp. datum adhiberent, quam ſua lingua Rychesvogtum, hoc eſt, Imperii Præfectum

ctum vocant. Poſt Henrici obitum cùm Fridericus Auſtriacus contra Ludouicum Bauarum, de regno Rom. diſſentientibus inter ſe Electoribus, arma cepiſſet, anno Chriſti 1310. & totus Chriſtianus orbis bellis inteſtinis arderet: tres pagi odio Auſtriacorum finitimorum, ad quos nobiles pleriq; exules confugerant, Ludouico conſtanter adhæsêre: nec, quantumvis repugnantib. Præfectis, ad Fridericum deficere voluêre, quieti interim, & otioſi ſpectatores tragœdiæ. Cæterũ Præfecti, Auſtriacæ nobilitatis freti vicinia, conſpirationem quandam inter plebẽ exortá eſſe audiebant, vt eam callidè deprehenderent, tale conſiliũ ineunt. Gislerus Suitenſiũ & Vrianorum præfectus in foro galerũ ſuũ erigi, & tranſeuntes aperto capite honorem ei non minus quàm ſibi-ipſi exhibere iubet. Erat Gulielmus Tellus, Vriẽſis, vir magno animo, vnus ex omnibus, qui ſuperbo edicto parêre nollet. Eum Gislerus comprehenſum de coniuratione facta interrogat: & omnia conſtanter negantẽ, patrio affectu expugnare nititur. Erat Tello ex tribus filijs quatuor annorum infans: eum tyrannus adduci, & pomum vertici eius impoſitũ ſagittâ ferire, aut certè cõiuratos prodere iubet. Tellus primùm deprecari: verùm quia Tyranni animũ nihil moueri ſentit, diuinũ implorans auxiliũ, baliſtâ arreptâ, quâ olim in feris perſequendis feliciter vti conſueuerat, illæſo puerulo pomum ſagittâ confixit, & re bene geſtâ ad aſtantes conuerſus: Eſt quod mihi, ſed longè

Præfecti Heluetiorum animos explorans.

Tellij dexteritas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

amplius Præfecto gratulemini. Viuente filio meo, viuit: mortuo illo & ipſe vtique hac ſagittâ (quam circa ceruicem è thorace prominentem oſtendebat) confixus fuiſſet. Iis minis exacerbatus Præfectus, Tellum vinctũ naui abducit. Vehementi tempeſtate exortâ, cùm nulla ſalutis ſpes ſupereſſet, Tellum nauigandi peritũ ſolui iubet. Is de libertate magis quàm de vita ſollicitus, ceptatâ occaſione, cum impetu in ſcopulũ, cui de induſtria nauim admouerat, exilit, & naui denuò propulsâ, remoq; abiecto, fugâ ſibi nemine perſequente conſulit. Paucis pòſt diebus, Pręfectura propè Kyſnacum, ex inſidijs adortus, ſagittâ interfecit. Iam cùm Pręfectus quoq; Vndervvaldẽſis inter reliqua ſtupra & rapinas, ruſtico cuidam par boum vi abegiſſet, & vxorem eius in laconico ſibi aſsidere coëgiſſet: à marito ſuperueniente in balneo cæſus eſt. Hanc Præfectorum tyrannidẽ cùm omnes deteſtarentur, tres inuenti ſunt primùm, qui de ea euertendâ conſilium ceperunt. Itaq; Gulielmus Tellus Vrienſis, Stauffacherus Suitenſis, & Ernius Vndervvaldenſis, fœdus clàm inierunt. Conſilij ſui participes fecêre ſuos quiſq; populares, ita vt manu facta, nobiles omnes è regione ſua eiecerint, & arces quaſdam exciderint. A. D. 1314. Ludouicus Imperator alijs bellis occupatus, cùm illis auxilio eſſe non poſſet, literis tamen & legatis Paganos ad conſtãtiam hortatus eſt, & præfectis imperauit, ne quid grauius contra eos molirentur.

Fœderis Triumuiri.

SALO-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

SALODORVM.

Vrbs, quam Roma ſimul ſociam Treuerq; ſororem
Appellent, Salodorum ingens, te ſcindit & ambit
Ipſe Arola, en tibi ſunt ſacris Thebæa ſepulchris
Corpora, quæ quondam è Nilo Memphiticus heros
Duxit in hoc Vrſus Cœlum, dum vita manebat,
Martyrij vt palmam, & dignos heroe triumphos
Acciperent omnes pro chari nomine Chriſti.
Accipe quod volui breuiore dicere verſu:
Vrſinum ſeruas morem, fortiſſima bello
Pectora habens, nulloq; vnquam perculſa timore,
Vt Romam factis æques, vincasq; ſororem.

Hypomnemata.

SAlodurum ex XII. illis Heluetiæ oppidis vnum, Iulij Cæſaris mandato reſtitutum.

Cùm Heliogabali tempore & paulò ante, poſteaq; Germanæ, barbareq; aliæ gẽtes in Galliã, Romanasq; prouincias, totis viribus, & vaſtitate incũberent, ſæuaq; eſſent pericula, vicos illos maximos paſsim mœnib. circundare firmareq; cõtra hoſtiles impetus cœperũt, aut certè prope turres, arces, & propugnacula caſtraq; ędificare.

Caſtellorum origo.

Salodorũ ex vico caſtrum Maximiani Imp. in caſtro enim Salodoro Vrſum, & Victorem cum Socijs martyrio, eo tempore, adfectos, memorię traditum eſt. Quantum autẽ fuerit id caſtrũ, ex ruderibus & muris integris, quæ nũc quoq; viſuntur, iudicare eſt facile. Et hodie inde eius caſtri major pars im Hoff / ſiue in palatio, aut aula nomen conſeruauit. Turris illa, quæ merita cum admiratione antiquarijs conſpicitur, arcis

Saloduri antiquitas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ab Oriente introitum ſeruabat, cetera quæ vrbem hodiernam conficiunt, vici cultu habebãtur. Salodori meminit Antoninus, aitq; diſtare Pyreneſca p. m. 10. Rauriaca verò p.m.22. Ceterum & Caſtri, & Vici, barbaricis temporibus Vandalorum, Gothorum, Hunnorum, euerſi & deſtructi, cultionem & frequentiam reparauit memoria, & veneratio SS. Martyrum Thebæorum.

D. Iacobi Vom Stal/ de Solodurenſib. antiquitatib. iudicium.

De Vrbis huius & viciniæ eiuſdem antiquitatibus, Nobiliſs. D. Iacobus vom Stal / Equ. Auratus, ad Franc. Guillimannum inter alia ita ſcribit: Arbitror Maiores noſtros perpetuo militiæ ſtudio, non ſecus ac minores addictos tantum operæ, quantum nos ipſi etiamnum hodie eiuſmodi rebus impendiſſe, quo factũ eſt, vt non ſolùm in Archiuis, ſed etiam in ipſis lapidibus, ſiue ædificiorum ruinis, pauca admodum antiquitatis monimenta reperiantur. Indicio ſunt confracti lapides, quorum vnus in pronao S. Vrſi, alter infra Macellum, vterq; loco parum conſpicuo cernitur. Ne quid dicam de duabus illis columnis, quæ ad gradus cœmiterij conſpiciuntur, quæ in colle Hermetis, eius nominis eidolum ſuſtentâſſe creduntur, & patrum noſtrorum memoria, ibidem inter rudera inuenta ſunt. Pars illa mœniorum, quæ propugnaculo ad Ianiculum (vulgo Katzenſtäg nominant) eſt contermina, meram antiquitatem, quantumvis inſcriptionibus carentẽ, ſpiraret, niſi, iniecto cæmento deturpata

turpata potiùs, quàm dealbata fuiſſet. Tantundem dicere poſſemus de regionibus Fridhof/ Coriariorum,& Iudæorum vicis, vbi ſimilia antiquitatis monumenta, ſuperinducta calce, abſconduntur. Exſtat apud me elegans auricomæ Veneris ſimulacrũ, ante annos plus minus decem in fundo Huldrici Aratorij, medio itinere, in vrbem, & bellas Aquas, è terræ viſceribus erutum, ſed foſſorum inaduertentiâ aliquot in fruſtra confractum. Sed eiuſdem baſis inueniri nequit. Reperiuntur prædicto in loco, & eiuſdem vicinia (quæ Curia Solis dicitur) paſsim ſubterranei muri & phrygij operis teſſulæ, inter rudera, ex quibus conijci poteſt, olim multa, & inſignia ibidem fuiſſe ædificia. Locum hunc (etiam ſi nulla alia exſtarent monumenta) propter commodiſsimum Arolæ traiectum, & reciprocam, in eodem fluuio, & lacubus, inter hanc vrbem, & Ebrodunũ nauigationem, ſemper fuiſſe habitatum, ac celebrem, admodũ eſt veriſimile. Latina quoque nomina Idæ montis, Atyos Siluæ, Terræ dignæ, Bellæ aquæ, Salſarum aquarum, Hermetis collis, Romanos heic ſtationes, ſiue præſidia habuiſſe, vt credam, aliquo modo, me permouent.

FRAVBRVNNA.

COenobium quoddam illuſtre, non procul à Burgdorf, caſtro & oppido, vbi quondam Zæringenſes Duces habitarunt.

Anno Chriſti 1374. Bernenſis in hoc mona-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ſterio & vicinis locis Anglorum 800. oppreſſerunt, & ex ipſorum ſpolijs tria vexilla cum plurimis equis & armis in vrbem deportarunt.

Exſtat in via heroici facinoris trophęum, perpetuum ad virtutis ſtudium incentivum.

Serpentes theſaurum detegunt.

Anno Salut. 1605. 25. Iunij cum duo Subulci prope Fraubrunnam, ſerpētem ad eius ſibilum inueſtigarent, ollam ſub terra abſconditā inuenerunt, in qua vltra 1500. argētea Romanorum numiſmata, Galbæ, Domitiano, Tito, Traiano, Hadriano, Ant. Pio, Fauſtinis, Eliogab. Decio, Gallieno & alijs inſcripta fuerunt, quorū nonnulla apud D. Ioan. Durenheimium, intimum meum cum voluptate vidi.

BERNA.

De hac Glareanus.

Accede ô memoranda meis Vrſina propago
Carminibus, gens Andino benè digna cothurno,
Mœoniamq; lyra, & Phœbi laudanda camœnis.
Vrbs actis prudens, vrbs tot regnata per annos,
Tot populis, tot caſtellis, & tot & arcibus altis.
Vni qui nobis cunctando reſtituunt rem.
Hanc Arola vndoſus, Rhodanoq; fugacior amnis
In circum lambit, ſcopuloq; immurmurat vnda.
Aſpice Dædalios circos, Rhodiasq; columnas,
Et labyrinthæum rutilis vicinius aſtris
Templum horrendum, ingens: non illud Mauſolæum,
Sed neq; Pyramides, Memphitica marmora vincent.

BErchtoldus V. & vltimus Zæringiæ Dux, & Burgundiæ Rector Bernam condidit, cùm inſolen-

inſolentiæ, & rebellionibus ſuorum munimenti ſatis Friburgum, à patre paulò antè, eandem ob cauſſam poſitum, non ſufficeret.

Menſe Maio poſita fundamenta, Architecto Conrado nobili Barone à Bubenberg. Loci ingenium ab initio ita comparatum, vt cùm ſeſe in longitudinem rupibus porrigeret, circumfluente Arula in peninſulam formaretur, cuius extremitatem in angulo arx Nideck, qua frequenter agebant Zæringi, tuebatur. Ab eo ſitu nomen in ſacco fuit. Cetera ſilua denſiſſima claudebantur. In ea repertus per venationem Vrſus, vrbi nomen dedit: & inde Arctopolin quidam nominauêre: Illam ergo rupem Berchtoldus ædificijs occupauit, & ad eum locum perduxit, vbi nunc turris horologij, foſſa latiſsima, vtraque fluminis ripa illam partem terminante. Mox ſatis pro tempore inſtructam, & aliquot nobilibus familijs ex Aventicis, Vrbigeno, Briſacis auctam, cùm periiſſent ex ſe duo nati, & vxor inepta ad aliam prolem procreandam effecta eſſet, vtrumque nobilitatis, vt plerique tradidêre, veneno & dolo, orta & magna potentia, & Iuſtitia, vt fit inter mortales, inuidia & odio, Othoni IV. Imp. tradidit, qui in ſuam, & Imperij tutelam ſuſcepit. Sed Fridericus II. qui pòſt ſucceſsit, priuilegia vrbana, & cetera Bernenſibus ampliter largitus eſt. Pollicitus, inquit Nauclerus, quòd ab Imperio nec per ſe, nec per ſuos ſucceſſores alienari valerent vllo vnquam tempore, præfectumque

Anno Sal. 1191. Berna cōdita.

Berna ab Imperio ſuſcipitur.

ſectumq; Imperij nomine conſtituit Otthonem Equitem à Rauenſpurgo, poſtremò etiam hac præfectura liberauit.

Hypomnema.

Matthæus Schinerus infimo loco inter Valleſianos natus, Bernæ Heluetiorum ſtudijs operam dedit puer, victum oſtiatim emendicans. Poſtquam verò fortunæ ludibrio ad Cardinalatum euectus eſt, & veluti bellorum arbiter pro Maximiliano Imp. contra Gallos, gentem ſuam concitauit: accidit vt Bernam Legatus Pontificis nomine veniret. Ibi diligenter de hoſpita ſua, & hoſpitio inquirens, vti illam adhuc ſupereſſe cognouit, tugurium eius Pontificijs aulæis ornari Pontificaliſq; cœnæ apparatum eò omnem deferri iuſsit. Ipſe paulò pòſt ſubſecutus, cum Principibus Ciuitatis vetulam ſuo aſſideri lateri iuſsit, nec alio quàm, quo olim conſueuerat nomine, ab illa appellari voluit. Diſcedens inde, omnem ei ſupellectilem habendam permiſit, & pro veteri hoſpitio ducẽtos aureos, per diſpenſatorem ſuum numerari curauit. Quę humanitas illi mirificè ciuium omniũ animos conciliauit. Simon Sulcerus.

Religioſa in Iouem hoſpitalem gratitudo.

Caupo quidam Viliſſouienſis, Egidium Spilmannum honeſtum ciuem Bernenſem, hoſpitio exceperat. Ei loculos ſuos Egidius bona fide ſeruandos committit; Caupo perfidus, apertis loculis, Sigillum Egidij reperit, eoq; Chirographum Egidij nomine ſcriptum, magnam pecuniæ vim ſibi à caupone commiſſam, in trium teſtium

Fide, ſed vide cui fidas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

teſtium præſentia fatentis, obſignat. Aliquot annis poſt cùm teſtes duos (nam tertius iam obierat) pecuniâ corrupiſſet, Egidium in ius vocat, depoſiti reddendi cauſsâ, litteras profert, teſtes producit. Egidius, cogentibus amicis, cum eo paciſcitur, & moram ſolutionis vix impetrat. Interea caupo nouum facinus priori additurus, Lucernæ Archigrammatæi ancillam, illo abſente, occidere aggreſſus, vt domum inde compilaret, ictu aberrans ancillæ clamore proditus & captus, poſtquam perfidiam ſuam erga Egidium detexit, rotę ſupplicio affectus eſt. Teſtes falſi Bernæ bullienti oleo immerſi perierunt. Stumpf.

Auaritia Diaboli laqueus.

Peccatum peccato punitur.

MVRATVM ET VIFELSPVRGVM.

VTrumque oppidum & caſtellum ex ruderibus Auentici, quod Pagi totius caput fuit, exſtructum eſt.

Illud ſtrage inclaruit, quam ibidem Carolus Burgundus paſſus eſt, triginta millibus amiſsis. Hoc inter varia vetuſtatis monumenta, Nymphæi rudera, & Amphitheatri documenta exhibet. Veſpaſiani Imperatoris natale ſolum. Vide Sueton.

Hypomnemata.

Heluetij qui primò fuerunt ad Carolum Burgundiæ Ducem de pace miſsi Legati, & deprecatores, inter alia demonſtrabant: tantam eſſe ipſorum inopiam, vt Calcaria & equorum fræ-

na per

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Veterum Heluetiorum Sancta frugalitas.

na per ipſius exercitum, pluris deberent æſtimari, quàm omnis ea pecunia, quæ ex ipſorum agris cogi poſſet. Phil. Com. qui hoc ex ore Legati Heluetij habuit.

Heluetiorũ antiqua ſimplicitas.

Carolus hic ad Granceium caſtris exutus impedimenta & ſupellectilem regiã omnem, quæ decies centena aureorum millia ſuperaſſe dicitur, amiſit. Heluetijs gemmas, veſtes, pocula pretioſiſsima, ignari huiuſmodi deliciarum, minimo pretio commutaſſe dicuntur: & inter cæteros vnus carbunculum eximiæ magnitudinis, quem capilli ſplendore delectatus ſubſtulerat, cuidam peregrino, medio floreno numerato conceſsiſſe fertur. Stumpf.

Poſtquam Carolus Burgundię Dux ab Helvetijs primo congreſſu cæſus eſſet, quos vltrò primùm ſuam ambire familiaritatem viderat, iam tergiuerſabâtur. Galleacius Mediolani Dux potentiſsimus fœdera cũ ipſo pacta deſerit. Renatus Siciliæ Rex eum ſecundis rebus hæredem conſtituere cogitarat, at hoc viſo vulnere ad Galliæ Regem deficit, Sabaudiæ quoque Domina, quæ multis annis averſo fuerat à fratre Rege Galliæ animo, & Carolo adhærebat, vltrà quoque ad fratrem tranſibat. Dumque hæc geruntur, interea multæ aliæ Germaniæ ciuitates coniuratione facta, magnis animis bellum aduerſus Carolum parant, ita quidem, vt qui plurimùm ei noceret, is maximè crederetur officium feciſſe. Phil. Cominæus.

PA-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

PATERNIACVM.

ROmanæ originis elegans oppidum, Cœnobio clarum, cuius priuilegia Otho III. Imp. confirmauit. ad hanc vrbem Glanæ Comites, ex Regia Burgundionum ſtirpe oriundi interfecti occubuerunt cum multis nobilibus, teſte epitaphio ad Altam Ripam.

FRIBVRGVM.

Gentis Auentinæ decus, & ſuprema poteſtas
Gloriaq́; illuſtris, prædonum virga Friburgum
Auſim num tenui laudes tibi fundere filo.
Illotis manibus, citharaq́; ſonante vlulatum?
Sed iubar excellens, magnarum curia rerum,
Parce humili plectro, belli memorabile fulmen,
Iraſcensq́; aries muris, obiectaq́; moles
Ordinibus, volitansq́; hoſti catapulta furenti.
Sedula Berchtoldi Ducis alti cura Zeringi
Te, velut Arctopolim, fatis felicibus vrbeis,
Aedificârat, vbi hos ſquallenti viderat ora
Collicolos; loca naſcendis aptiſsima muris.

BErchtoldus IV. Zæringiæ Dux, qui Friburgũ condidit, cùm patri Conrado, qui primus Burgundiæ Rector dictus, ſucceſsiſſet, illud in primis curis habuit, vt quam ab eo Burgũdiam acceperat, fortiter adminiſtraret, bellaque quæ pater cum Rinaldo Comite ceperat, quòd eam ſibi vindicabat, debellaret. Friderici demum I. Imp. Ænobardi, qui vnicam Rinaldi filiam Beatricem duxerat, auctoritate factum, vt Rinaldus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

dus quidem Vltraiurana, ſiue hodiernum Comitatum Burgundię teneret, Berchtoldus Cisiurana,ſiue Burgũdiam Minorem, hoc eſt, Heluetiæ potiorem partem poſsideret.Plena ea nobilitatis,quę vt lingua,ita moribus diuerſa,proindeque Germano principi, qui per vim quaſi ſubiugaſsêt,parum amica, eoque elatior, quòd cùm fortiſsimis arcibus defenderetur, nullæ propè eſſent in Auenticis, quas timeret vrbes. Nam propter Ebrodunum, nullum omnino in Auenticis oppidum quod mœnibus ſe tueri ſatis poſſet. Paterniacum quidem, & Salodorum in flore,per noua Collegia,& Berthæ reginę regia magnificẽtia,ſed haud firma. Rotundimontem ſitus ſolùm cõmendabat: eadem fermè ceterorum ratio. Vnde Berchtoldo conſilium, & prouinciæ illuſtrandæ, & nobilitati reprimendæ ex arte quam tenebat condendi opidũ. Arx illâ tempeſtate eo in loco, vbi nunc noua Curia. Ab illa igitur arce ædificia perduxit ad cliui illum deſcenſum,cui Staldę nomen eſt:& inde ad angulum illum, qui Piſtorum ſocietatem efficit: Mox ad eam extremitatem, quam Auentici primò nobiles, nunc Falcones colunt, & inde rurſus ad arcem: Eo quidem ſitu vt cùm omnia contra Meridiem, Orientem & Septentrionem rupibus altiſsimis eſſent prærupta, latus Occidentale foſſa profundiſsima tegeret. Et ab ea libera conſtitutione repertum nomen, Friburgumq; nominatum. Sed,ne caſtrum ex ipſo nomine,potius quàm vrbem condidiſſe Zæringus videre-

Nobilium odium.

videretur,ditionem externam adiecit,cuius antiqui limites,à Senſa fluuio,ac rivum Maconenſem: & à Villaria, prope Moratum, ad uſq; Plaſeiam,trium fermè horarum circum circaq́; terrarum ſpatio. Tradidit & ius ſcriptum. Vtque frequentius coleretur,multa priuilegia indulſit. Ter ſe iudicia coràm exerciturū: adpellationes auditurum, nec ex ſuo ſe arbitratu, tamen pronunciaturū,ſed de iure,& ex legibus, inſtitutis, priuilegijs. Nullas belli cauſsâ, aut alterius neceſsitudinis exactiones oneráve additurū: Neq; ciues, niſi ſponte, vltra ducturum, vſurúmve, quàm domum eodem die, redire poſsint.Incolentium domos,pro milite, contra voluntatem, non vſurpaturum: Alia multa, quæ mox Fridericus Ænobardus, nonnullis additis confirmauit,regni ann.XXXI. A. D. N. CIↃ.LXXXIII.

Reip. Bernēſis inſtitutio.

Hypomnema.

Georgius Superſaxo Valleſianus, cùm partes Galliarum Regis contra Matth.Schinerum Cardinalem Sedunenſem Cæſari addictiſsimum foueret, Friburgi in vincula coniectus, de vita periclitabatur. Chriſtina filia ab vrbis prætore Gulielmo Argentio & Lictorum principe accepta colloquendi poteſtate, noctu patrē cōuenit, cuſtodes carceris liberaliter ad potum inuitauit, mutatisq́; cū patre veſtibus, eum inſcijs omnibus emiſit.Filiæ pietatis ergò data venia,Prætori verò & lictori, quòd Gallicismi ſuſpicione colluſiſſe viderentur, ceruices tumultu populari abſciſſæ fuêre. Georgius in vicina Sa-

Filiæ in parētem pietas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

baudia exſul conſenuit, numeroſa prole beatus olim, quæ tamen breui tempore vniuerſa obijt, præter Chriſtinæ poſteros. Sim. Sulcerus.

LAVSANNA.

VOcabatur olim Vicus Equeſtris. tempore Clodouei I. Francorum regis Ann. Sal. circiter 500. Epiſcopatus qui Auentici fuit, eò translatus, ſub Carolinis Regibus maximis augebatur diuitijs.

Excelluit Petr. Vireto, Beat. Comite, Cælio Secundo, Theod. Beza, Guil. Bucano, & alijs de Rep. Litteraria optimè meritis Profeſſoribus.

GENEVA.

VRbs per vniuerſam Europam clariſsima, ex præſentiſsimis periculis non ſemel diuinitùs erepta. Afflictorum Chriſti exſulum aſylum & hoſpitium. Reformatæ Religionis ſeminarium: bonarum litterarum Muſæum.

Hypomnemata.

Murum à lacu Lemanno ad montem Iuram, qui fines Sequanorũ ab Heluetijs diuidit, C. Iulius Cæſar duxit millium paſſuum XIX. altitudinis pedum XVI. Cæſar. 1. bell. Gall.

Iul. II. Pontifex Ann. *Sal.* 1512. rebus in Italia feliciter geſtis, minimè contentus, edictum in Galliæ regem Ludouicum XII. promulgauit, quo illum nõ amplius Chriſtianiſsimum, ſed illuſtriſsimũ appellans, eum, & quotquot illi ſtuderent, omnibus Hęreticorum & Schiſmaticorum pœnis ſubiecit; cuiuis fortunas, regna, resq́; illorum

illorum omnes, iure occupandi facta poteſtate, damnatos declarauit, grauiſsimoq; edicto mandauit, vt Nundinæ, quæ quater quotannis, maximo mercatorum concurſu Lugduni celebrari ſolebant, deinceps Geneuæ, vnde priùs illas Ludouicus XI. ad regni ſui cõmodum tranſtulerat, celebrarentur. Guicciardin. Solemnes olim Geneuæ Nundinæ.

Sathanas, eò quòd Geneuæ ſaltationes ante omnia ſunt odio, puellam Geneuenſem ſic inſtituerat, vt quoſcunq; virga ferrea ab ipſo tradita attingeret, eos ad ſaltandum compelleret, atq; hæc iudices ludificabatur dicens, ſe necari ab ipſis non poſſe, neq; vnquá voluit reſipiſcere, donec ad mortem damnata eſſet. Hoc factum ab homine didici, qui interfuit, addebat autem eam ſimul atque fuit comprehenſa, metu & trepidatione maxima fuiſſe conſternatam, dicendo ſe ab hero ſuo deſeri, ab eo promiſsionem, de morte non appetenda accepiſſe, &c. Bodinus lib. 2. Dæmonoman. Choreæ Diaboli tripudia.

LVGDVNVM.

LVgdunum Galliæ Vrbs, florente Imperio Romano, & opibus, & viris mirificè claruit. Emporium ibi celeberrimum habebatur, magno ciuitatis vſui accommodatum, aurea argenteaq; moneta ibi cudebatur, ducesq; à Romanis deſignabantur. Templum quoque nobiliſsimum cõmuni Gallorum impenſa factum, Auguſtoque Cæſari dicatum, quod ſtabat ante vrbem, vbi fluenta coëunt: in quo ara eſt digni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

tatis eximiæ, ſexaginta gentium numero inſcriptum titulum habens, & earum ſingularum vna ſtatua, altera ſubinde ingens ara ſita eſt. Ad aram Poëtarum, cæterorumq; ſcriptorum certamina agebantur vbi quicunque ſuccubuiſſet, aut ſpongia delere ſcripta, aut in profluentem demergi cogebatur. Vnde Iuuenalis:

Ara Lugdunenſis.

Palleat vt nudis qui preſſit calcibus anguem,
Aut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram.

Illuſtris fuit Romanorum Colonia, cum Auguſta Rauracorum à Munatio Planco deducta.

VIENNA.

Metropolis hæc quondam fuit, vrbs pulcherrima, multis adhuc Romanę potentiæ monumentis clara.

Cùm vrbes hæ ad Rhodanum ſitæ, vt & aliæ per vtramque Narbonenſem Galliam nobiliores, à CL. V. D. Iodoco Sincero, quam fideliſsimè deſcribantur, peregrinãtibus eò remiſſis, conſultum duxi, qui rerum memorabilium Rhapſodum agere hîc conſtitui, inſignẽ illam epiſtolã hîc inſerere, quam Viennenſis & Lugdunenſis Eccleſia olim ſub Antonino Vero, fratribus in Aſia & Phrygia ſcripſit, cuius lectionem, regiones has perluſtranti, præſertim dum ſecundo Rhodano vehitur, ob hiſtoriæ & pietatis ſtudium ſummopere commendo.

Euſebius has duas vrbes ait fuiſſe inſi-

Serui Chriſti Viennam ac Lugdunum Galliæ incolentes, fratribus per Aſiam ac Phrygiam eandem nobiſcum redemptionis ſidem & ſpem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ſpem habentibus, pax & gratia, & gloria à Deo patre, & Chriſto Ieſu Domino noſtro. *gnes Metropoles & præcipuas celebratas.*

Magnitudinem igitur noſtræ huius tribulationis, tãtamq; Gentiũ iram aduerſum ſanctos, & quæ paſsi ſint beati martyres, neque verbis edicere, nec ſcripto exactè complecti poſſumus. *Maxima perſecutio.* Totis enim viribus incubuit aduerſarius, atque ita iam aduentus, pro libidine graſſaturi, præludia fecit, ac per cuncta loca tranſiens, ſuos ad pugnam cõtra ſeruos Dei primum aſſuefecit, & inſtruxit, ita vt nõ ſolum domibus & balneis ac foro arceremur, ſed & in vniuerſum prohiberemur, ne quis noſtrûm vllo vſpiã loco videretur.

Reſtitit autem illi gratia Dei, & infirmos quidem eripuit, quoſdam verò tanquam firmas & immotas columnas in contrariũ erexit, qui per tolerantiam omnem malitioſi hoſtis impetum ad ſe trahere, & manus conſerere poſſent, omnis generis probra, & ſupplicia tolerantes, non eſſe præſentis temporis paſsiones, futura gloria dignas, quæ in nos reuelabitur. *Deus moderator perſecutionũ.*

Et primum quidem quæ à turba vniuerſa aceruatim inferebantur, fortiter pertulerunt, inclamationes, plagas, tractus, direptiones, dilapidationem, clauſuras, & quæcunque alia à multitudine efferata, velut hoſtibus & inimicis inferri ſolent.

Deinde verò in forum ducti, & à Chiliarcho, & reliquis vrbis poteſtatibus, corã omni multitudine facta confeſsione iudicati, in carcerem ad Præſidis vſque aduentum dati ſunt. *Modus procedẽdi cõtra Chriſtianos.*

G 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Poſtea cùm ad præſidem ducti eſſent, & ille omnis generis atrocitate aduerſum nos vteretur, Vetius Epagathus, vnus ex fratribus, plenitudinem dilectionis cùm erga Deum, tum erga proximum nactus, cuius etiam conuerſatio tam erat perfecta, vt licet iuuenis eſſet, presbyteri tamen Zachariæ teſtimonio par haberetur: etenim & ipſe in omnibus mandatis, & iuſtificationibus domini inculpatè, & in omnibus erga proximos obſequijs impiger ambulabat: cùm multum zelum Dei haberet ac ſpiritu ferueret, iudicium illud quod contra nos tam iniquis rationibus fiebat, non tulit, ſed vehementer indignatus petijt, vt & ipſe rationem pro fratribus, quod in nobis nihil eſſet impietatis, redditurus audiretur. Reclamantibus autem illi ijs qui tribunali aſſiſtebant (erat enim nobilis) & Præſide tam iuſtam petitionem non admittente, ſed hoc ſolum interrogante, an & ipſe Chriſtianus eſſet, clariſsima voce confeſſus eſt, atque & ipſe in ſortem martyrum receptus, ac Chriſtianorum aduocatus appellatus. Cùm autem ſpiritum Paracletum in ſe haberet plus quàm Zacharias, dilectionis plenitudinem in eo declarauit, quòd pro defenſione fratrum animam ſuam ponere dignatus eſt. Erat enim & ipſe Germanus Chriſti diſcipulus, agnum ſequens quocunque eat.

Vetij Epagathi martyrium.

Verus zelus fratres iuuat.

Hoc exemplo moti etiam reliqui protomartyres, ad martyrium contendunt, reddunturq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

alacres & parati, ac tota animi alacritate martyrij confeſsionem adimplent.

Inuenti ſunt autem & alij quidam imparati, & minus exercitati, & adhuc infirmi, magni certaminis vehementiam ferre non valentes, è quibus numero prolapſi ſunt, nobiſque magnam mœſtitiam & immodicum luctum pepererunt, ac reliquorum alacritatem, qui comprehenſi non erant, amputarunt, qui martyribus, vtut cuncta dira paterentur, vnà adfuerant, nec ab illis ſeiungebantur. Tum autem cuncti magnopere conſternati fuimus propter confeſsionis incertitudinem, non quòd illata ſupplicia formidaremus, ſed quòd ad exitum proſpiceremus, & ne quis deficeret, vereremur.

Carnis infirmitas.

Apoſtaſiæ ſcandalum.

Comprehendebantur autem quotidie, digni ad hoc, vt numerum lapſorum adimplerent: ita vt è duabus Eccleſiis comprehenderētur quotquot præcipui erant, & per quos potiſsimum noſtræ Eccleſiæ gubernabantur.

Sathanæ odium in fidos Chriſti ſeruos.

Simul autem & Ethnici quidam capti ſunt, noſtrorum ſerui (præſes enim nos omnes publicè requiri iuſſerat) qui & inſidijs Sathanæ victi, ac tormenta, quæ ſanctos ferre viderunt, veriti, militibus etiam eos ad hoc inſtigantibus, commenti ſunt aduerſum nos Thyeſtea conuiuia, & Oedipodeos inceſtus, & quæ alia nobis nec loqui, nec cogitare fas eſt, imò ne credere quidem, tale quid vnquam ab hominibus eſſe factum. Hiſce autem diuulgatis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Satanas Mendaciorum faber. cuncti in nos ſæuire cœperunt, ita vt qui antea familiaritatis gratia moderatius egerant, iam vehementer indignarentur, ac inſanirent aduerſum nos.

Ioh. 16. Implebatur autem hoc pacto, quod dictum eſt à Domino, nempe, veniet tempus, in quo quiſquis vos occiderit, obſequium ſe Deo præſtare putabit.

Tum igitur tanta ſancti martyres pertulere ſupplicia, vt omnem narrationem ſuperent, contendente ad hoc Satana, vt etiam per illos blaſphemum quid diceretur. Excellenter verò totus & populi & præſidis & militum furor, incumbebat in Sanctum Viennenſis Eccleſiæ diaconum, & Maturum recens quidem baptizatum, ſed generoſum certatorem, & Attalum Pergamenum natione, qui ſemper noſtræ Eccleſiæ columna fuerat & baſis: & Blandinam, per quam Chriſtus oſtendit, quæ apud homines vilia ſunt & obſcura, & contemptibilia apparent, magna gloria apud Deum digna haberi, propter dilectionem erga ſe quam re ipſa oſtendunt, & non in ſpecie tantum iactant.

Sanctus. Maturus. Attalus. Blandina.

Cùm enim omnes metueremus, & carnalis eius hera, quæ & ipſa vna erat è numero decertantium martyrum, anxiè vereretur, ne fortè in confeſsione propter corporis imbecillitatem, non eſſet confidenter permanſura, tanta eſt Blandina illa virtute repleta, vt laſſarentur & conciderent qui per vices illam

quouis

quouis ſuppliciorum genere, à manè ad veſperam vſq; torquebant, ſeq; victos eſſe, nec quicquam habere amplius quod illi inferrent confiterentur, mirarenturq́; quod adhuc Spiritum traheret, corpore toto perrupto & aperto, ac ſimul teſtificarentur vnum tormentorum genus, in ſe ſatis ad hoc fuiſſe validum, vt animam illi eximeret, ne dum talia ac tanta. Verùm beata tanquam generoſa certatrix in confeſsione renouabatur, eratq́; illi recreatio, refocillatio & indolentia eorum quæ patiebatur, quoties dicebat, Chriſtiana ſum, nec mali quicquam à nobis committitur.

Dominus infirmos confirmat.

Sanctus verò & ipſe cuncta ab hominibus illata ſupplicia excellenter & generosè ſupra omnes humanas vires ferendo, cũ iniqui propter paſsionem ac tormentorum magnitudiné aliquid ex eo quod indecorum eſſet, audituros ſe ſperarent, tanta illis conſtantia reſtitit, vt nec proprium nomen ſuũ, nec genté nec ciuitatem vnde erat, neq; ſeruus ne vel liber eſſet, ediceret: ſed ad cuncta interrogata Romana voce reſponderet, Chriſtianus ſum. Hoc ille & nominis ſui, & ciuitatis, & generis & omniũ aliorum loco frequenter confitebatur, nec aliã vocem ex illo audiebant Gentiles. Vnde & vehementer contra eũ & præſes, & tortores contendebant. Itaq; cũ nihil haberent amplius quod illi facerent, tandem æneas laminas ignitas tenerrimis corporis illius membris applicabãt. Et illa quidem comburebãtur, ipſe verò permanebat im-

Sancti cõſtantia.

motus, imperterritus ac firmus in confeſsione, è cœleſti fonte aquæ viuæ de vētre Chriſti emanantis irroratus ac corroboratus. Corpus verò illius teſtificabatur de illis quę illata fuerāt. Erat enim totū vulnus & cicatrix, & contractum, ita vt externam illam humanam formam amiſerit, in quo Chriſtus patiens magnā conſequutus eſt gloriā, dū aduerſarium deuicit, & ad documentum reliquorū oſtendit, nihil eſſe terribile, vbi patris dilectio: neq; triſte, vbi Chriſti eſt gloria.

Conditio Chriſtianorum.

Cùm enim iniqui martyrē poſt aliquot dies iterum torquerent, futurumque ſperarent, vt ſi corpori iam tumido & inflato, quando ne manu quidem tractari ſuſtineret, eadem ſupplicia inferrent, victores illius euaderent: vel ſi in tormentis moreretur, reliquis metum incuterent: non modò nihil horum illi accidit, ſed & pręter omnem humanam exſpectationē, corpus illius in poſterioribus tormentis, relaxatum ac reſtitutum priorem formam, & vſum membrorum recepit, ita vt altera illi tortura per gratiā Chriſti non ſupplicium facta ſit; ſed medela.

Mira Chriſti bonitas.

Sed & cum Biblidem quandam, vnam ex illis qui negauerant, diabolus iam animo concidiſſe putaret, ac per blaſphemiam cōdemnationi obnoxiam reddere vellet, quaſi iam fragilem & puſillanimem ad ſupplicium duxit, impia de nobis edicere cogens. Illa verò in tortura ad ſe reuerſa, & velut è profundo ſomno excitata, per temporarium illud ſupplicium, de æterna gehennæ pœna cogitauit, & contra ſpem terrori-

bus

bus contradicens. Quomodo, inquit, infantes ederẽt illi, quibus ne irrationaliũ quidẽ pecudũ ſanguine veſci licet? Ex eo, cũ Chriſtianam eſſe confeſſa eſſet, ad martyrum ſortem eſt appoſita.

Satanas cruciatuũ inuentor.

Cùm autem tyrannica illa tormenta per beatorum patientiam à Chriſto eſſent abrogata, alias machinas excogitauit diabolus, nempe vt in carceres coniecti fideles, locis tenebroſis ac moleſtiſsimis includerentur, in eculeo pedibus ad quintum vſq; foramen extenderentur, & reliqua ſupplicia, quæ irati miniſtri, diabolicis furoribus pleni inferre ſolent, incluſi paterentur, ita vt plurimi in carcere ſtrangularentur, quos dominus ad hunc modum vitam hanc egredi, & gloriam ſuam oſtendere voluit.

Etenim ſancti vſq; acerbâ adeò torturâ confecti, vt etiamſi omnis generis medela adhiberetur, amplius viuere poſſe nõ crederentur, mãſerunt in carcere, humanâ quidẽ ope deſtituti, à domino verò corroborati, & corpore pariter & animo confirmati, ita vt & reliquos excitarẽt & conſolarentur. Iuniores verò qui recens erant comprehenſi, quorũ corpora antea non fuerant verberibus cæſa, moleſtiam incluſionis non tulerunt, ſed in carcere ſunt mortui.

Pothinus.

Beatus autẽ Pothinus, cui Lugd. epiſcopatus diaconatus fuerat cõcreditus, ãnos ſupra 90. natus, & corpore admodũ imbecillis, cùm vix ſpiritũ traheret, propter incũbentẽ corporis imbecillitatẽ, ſpiritus alacritate, propter conceptum martyrij deſideriũ corroboratus, etiã ipſe ad tribunal

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

bunal ferebatur, corpore quidem cùm propter ſenium, tùm propter morbũ elanguido, anima verò ad hoc in illo ſeruata, vt per eam Chriſtus triumpharet. Hic à militibus ad tribunal deportatus, cõcomitantibus ipſum ciuilibus poteſtatibus, & omni multitudine varijs modis, quaſi ipſe Chriſtus eſſet, inclamante, bonum dedit teſtimonium. Interrogatus autem à pręſide quisnam ſit Chriſtianorum Deus. Si dignus, inquit, fueris, cognoſces. Hoc dicto, atrociter tractus, varias plagas ſuſtinuit.

Perſecutorum ingenia & mores.

Etenim qui è vicino erant, manibus illi ac pedibus contumeliam inferebant, nec ætatẽ illius reuerebantur; qui verò remotiores erant, quod quiſque in manu habebat, in ipſum iaculabantur, putabantq; cuncti, magnoperè ac impiè delinqui, ſi quis ab hac contumelia illi inferenda abſtineret. Putabant enim ſe hoc pacto deos ſuos vlciſci. Ægrè autem adhuc ſpirans coniectus eſt in carcerem, ac poſt biduum expirauit.

Declarata eſt in magna prouidẽtia Dei, & immenſa miſericordia Ieſu Chriſti, quę rarò quidẽ in fraternitate facta, arte tamen Chriſti non eſt deſtituta. Etenim qui in prima perſecutione negauerant, ſimul & ipſi in carcerẽ ſunt recluſi, & afflictionũ participes facti. Neq; enim illo tempore aliquid iſtis, quòd negauerant cõducebat, ſed, qui, quod erant, confitebantur, includebantur tanquã Chriſtiani, nec alia illis culpa imputabatur: iſti verò iam quaſi homicidæ ac ſceleſti detinebantur, ac duplo magis quàm illi puniebantur.

bantur. Illis recreatio erat gaudiũ martyrij,ſpes promiſſorũ,dilectio erga Chriſtũ,ac Spiritus paternus ; iſtos verò conſcientia magnoperè cruciabat, ita vt in tranſitu cunctis reliquis vultus eorũ conſcientię objicerent indicia. Nã illi prodibant hilares, vultus habentes gloria & gratia plurimùm illuſtres, ita vt & vincula decentẽ illis ornatum, perinde atque ſponſæ deauratis ac variegatis fimbrijs ornatæ, præſtarent, ac ſimul bonã Chriſti fragrantiã olerent, ſic vt nonnulli eos mundano vnguento vnctos eſſe putarent: iſti verò triſtes,abiecti,deformes, omni dedecore pleni, deinde ab ipſis gentilibus probris affecti,vt degeneres,& puſillanimes, homicidij crimen habentes, & precioſiſsima, glorioſa & viuificaChriſtiani nominis appellatione deſtituti.

Chriſti potentia in ſuis Martyribus.

His autẽ viſis,confirmati ſunt reliqui,& comprehenſi abſq; vlla hæſitatione confeſsi ſunt,ne cogitationem quidem diabolici ſenſus habẽtes. Iſtis paulo poſt iterum ſubjiciunt. Poſt iſta iam martyria in omnes formas terminantur ac diuiduntur. Ex varijs enim coloribus ac floribus vnam coronam conſertã Deo patri obtulerunt.

Oportebat itaq; generoſos athletas,variũ certamen perpeſſos, ac magnificã victoriã nactos, magnã referre incorruptionis coronã. Maturus igitur & Sanctus, & Blandina & Attalus, ducti ſunt ad beſtias ad populare & publicum ethnicę inhumanitatis ſpectaculũ, data per noſtros huiuſmodi beſtialis pugnæ conſtituta die. Et Maturus quidem & Sanctus rurſus in Amphitea-

Fideles beſtijs objiciuntur.

tro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Amphitheatrorũ vſus, Lugduni & Viennæ.

tro omnes generis ſunt ſupplicijs ſubiecti, quaſi hactenus nihil eſſent perpeſsi. Imò potius tanquam pluribus iã ſortibus, repulſo aduerſario, de ipſa corona certamen ſuſtinẽtes, rurſus verborum illationes eo loco conſuetas, beſtiarũq; lacerationes, & quæcunq; populus inſanus, alij aliunde vociferabantur & iubebant, ac ſuper omnia ferream ſedem perferunt, in qua corpora ipſorum velut in ſartagine cocta nidore adſtantes replebant. Interea tamen ne ſic quidem ceſſabant, ſed adhuc amplius inſaniebant, volentes ſanctorum vincere patientiam.

Inuicta fidelium patientia.

Verùm ne hoc pacto aliud audiebant ex ore Sancti, niſi vocem illam confeſsionis, quã inde ab initio proferre conſueuerat. Itaq; ſancti iſti cùm animas ſuas per magnum illud certamen diu retinuiſſent, tandẽ cæſi ſunt, poſteaquã toto illo die, loco varietatis quæ in monomachijs exhiberi ſolet, ſpectaculũ fuerant huic mundo.

Blandina verò in ligno ſuſpenſa, beſtijs irruẽtibus ad vorandum eſt propoſita: quod vel ob id eſt conſilio Dei factum, vt dũ in forma crucis ſuſpenſa videretur, per indefeſſam orationẽ, plurimum alacritatis inderet ſanctorum decertantiũ mentibus, in agone illo etiã externis oculis in ſorore cum contemplantiũ, qui pro ipſis eſt crucifixus, & vt credentibus in eum perſuaderetur, omnes eos communionem habere cum Deo viuente, qui pro gloria Christi patiuntur.

Beſtiæ perſecutoribus mitiores.

Cùm autem ita pendentẽ nulla beſtia contingeret, ligno deponitur, & iterũ in carcerẽ alteri

certa-

certamini ſeruanda cõijcitur, vt plurium certaminũ victrix tortuoſũ ſerpentẽ inexcuſabili cõdemnationi redderet obnoxiũ; & fratres excitaret,modica illa,imbecillis & contẽpta magnũ & inſuperabilẽ athletam Chriſtũ induta,multis nominibus aduerſarij victrix,& per certaminis illius tolerãtiã incorruptionis coronã cõſecuta.

Attalus autẽ & ipſe vehementer à populo ad ſuppliciũ poſtulatus (erat enim nominatus) ad certamẽ propter conſcientiam paratus progreditur.Etenim generosè in Chriſtiana profeſsione exercitatus,veritatis quæ apud nos eſt,sẽper teſtis & aſſertor fuerat.Itaq; cũ in Amphiteatro circumduceretur, & tabula ante eũ portaretur, in qua Romana lingua ſcriptũ erat, Hic eſt Attalus Chriſtianus:& populus vehementer in eũ fremeret,cognito præſes quòd Romanus eſſet, iuſsit eum in carcerẽ recipi,vnà cum reliquis in cuſtodia exiſtentibus, de quibus Cæſari ſcripſerat,illiusq; adhuc ſententiam expectabat.

Formula perſecutorum.

Tẽpus autẽ intermedium non erat illis ocioſum & infrugiferum, ſed per ipſorum patientiã immẽſa Chriſti miſericordia reluxit.Per viuentes enim viuificabãtur mortua; & martyres his qui martyres nõ erãt,benefaciebãt,lætabaturq; plurimũ virgo mater,quę quos velut abortiuos ac mortuos amiſerat, viuẽtes recipiebat. Plurimi nãq; qui negauerãt, per illos refingebantur, regenerabãtur,excitabãtur,ac cõfiteri diſcebãt, iãq; viuentes & corroborati, ſuauitatemq; eius experti, qui mortem peccatoris non vult, ſed

placa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

placabilis eſt pœnitentibus, ad tribunal accedebant, vt iterum à præſide interrogarentur.

Quoniam enim Cæſar reſcripſerat, confitentes eſſe plectendos, negantes verò dimittendos: & panegyris iam ordiretur, quæ ex eo quod omnes circumquaq; Gentes coibant, frequentiſsima erat, beatos confeſſores ſpectaculi gratiâ ad tribunal ducebat, ac populo oſtētabat, atque ita iterum inquirebat, & quotquot Romanæ ciuitatis ius habere videbantur, illos capite truncabat, reliquos verò beſtijs objiciebat.

Romanæ ciuitatis reſpectus.

Glorificabatur autē Chriſtus plurimū per eos qui antea quidem negauerant, tum verò præter Ethnicorum expectationem confitebantur. Illi ſiquidē ſeparatim quaſi dimittendi inquirebātur, & confitentes martyrum choro adiungebātur. Manebant autē foris, qui ne veſtigia quidē fidei, neq; ſenſum nuptialis indumēti, neq; cogitationē timoris Dei vnquā habuerāt, imò per vitæ ſuę conſeruationē viam Dei blaſphemauerant, perditionis videl. filij. Reliqui verò cuncti Eccleſiæ coniungebantur, qui cū interrogarentur, Alexander quidā natione Phryx, arte medicus, anos multos in Gallia moratus, ac omnib. ferè notus propter dilectionē erga Deum, & loquendi fiduciā (nō enim expers erat Apoſtolici chariſmatis) propè tribunal ſtabat, & eos qui interrogabātur, nutibus ad cōfitendū hortabatur, ita vt tanquā dolēs ac geſtiens manifeſtus fieret adſtantib. Turbę autem moleſtè ferentes, quod qui antea negauerant, denuo confitebantur, A-

Alexander Medicus.

lexan-

lexandro reclamabant tanquã eius rei authori.

Vrgente autem præſide, & percunctante quiſnam eſſet, reſpondit, Chriſtianus ſum, quo audito, præſes beſtijs eum adiudicauit.

Sequenti die vnà cũ Attalo producitur. (Nam & Attalum præſes populo largitus, iterũ beſtijs tradiderat.) Hi cùm omnia in Amphiteatro ad ſupplicium parata organa experti, & maximũ agonẽ perpeſsi eſſent, tandem cæſi ſunt & ipſi, è quibus Alexander ne ingemuit quidẽ, nec vllo modo mutiuit, ſed ex corde cũ Deo locutus eſt.

Attalus verò cũ ferreæ cathedræ impoſitus iã cõbureretur, & nidor ardentis corporis ſẽtiretur, ad multitudinem Romanâ voce dixit; Ecce hoc eſt homines vorare, quod vos facitis: nos v. nec homines voramus, nec aliud quoddã malũ facimus. Interrogatus autẽ, quod Deo nomẽ eſſet, nomen, inquit, Deus, ſicut homo, nõ habet.

Poſt hæc omnia, poſtremo ſpectaculorum die Blandina iterum vnà cum Pontico puero quindecim annorũ producebatur, idq́; ſingulis diebus factum fuerat, vt reliquorum ſupplicia cernerẽt cogebantq́; eos per nomina idolorũ ſuorum iurare. Quoniã verò conſtanter in ſẽtẽtia perdurabant, & idola illorũ contemnebant, efferata eſt contra eos multitudo, ita vt nec pueri ætatẽ miſerarentur, nec muliebri ſexui parcerent, ſed omnib. eos pœnis ſubijcerẽt, & omnibus circuli ſupplicijs afficerent, ac ſubinde iurare cogerẽt: quod illi tamẽ facere nequiuerũt. Ponticus enim ita à ſorore animatus, vt & Eth-

Ponticus 15. annorum puer.

nici adſtantes viderét, quod illa puerum hortaretur & corroboraret, omnis generis ſupplicijs toleratis, ſpiritum reddidit. Beata verò Blandina omnium nouiſsima, poſtquam tanquam nobilis mater filios adhortata fuiſſet, ac victores ad regem permiſiſſet, & cuncta liberorum certamina reputaſſet, ad eos propter exitum gaudens & exultans quaſi ad nuptiale conuiuium vocata, & non beſtijs proiecta, properauit, & poſt flagella, poſt beſtias, poſt ſartaginem, tandem reti incluſa tauro obijcitur, & cùm ſatis ab ea beſtia eſſet cornibus ventilata, nec vllum eorũ quæ acciderant ſenſum haberet, propter ſpé & animum in ea quæ credebat intentum, colloquiumq; cũ Chriſto, cæſa eſt & ipſa, fatentibus hoc ipſis Ethnicis, nunquã apud ipſos talia ac tanta vllã perpeſsã eſſe mulieré. At ne ſic quidé inſania illorum & crudelitas in ſanctos quieuit.

Blandinæ victorioſa mors.

Etenim feræ ac Barbaræ gentes à fera beſtia exagitatæ quieſcere neſciebãt. Aliud itaq; incitamentum aduerſum corpora noſtra ſæuiendi contumelia eorum cœpit. Neq; enim eo placabantur quòd vincebantur, eò quòd humano ſenſu deſtituti erant, ſed hinc magis, inſtar beſtiarum, & præſes & populus irritabantur, pari nos odio perſequentes, vt ſcriptura impleretur, quæ dicit: Qui iniquus eſt, iniquus ſit adhuc, & qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc.

Etenim eos, qui in carcere ſuffocabãtur, canibus proiecerunt, adhibitis nocte ac die cuſtodibus, ne quiſquam illorũ à nobis ſepeliretur,

prola-

prolatisq; reliquijs cùm à beſtijs tum ab igne
relictis, ac partim laceratis partim aduſtis, de-
inde & reliquorum capitibus vnà cum truncis
pariformiter inhumatis, complures dies milita-
ris curæ cuſtodiam deputarunt.

Piis facilis iactura ſepulcri.

Et alij fremebant ac dentibus in eos frende-
bant, quærentes, quomodo ampliorem de illis
vindictam ſumerent, alij verò ridebant ac ſub-
ſannabant, idola ſua magnifacientes, illisq; ſup-
plicium noſtrorum tribuentes.

Qui verò mitiores eſſe & aliquantulum con-
dolere videbantur, admodum exprobrabãt, di-
centes, *vbi eſt Deus eorum? Et quid profuit eis iſta re-
ligio, quã etiã animabus ſuis præpoſuerunt?* Ad hunc
quidẽ modũ erant infidelium varij affectus, nos
verò in magno eramus mœrore cõſtituti, quòd
non liceret nobis corpora ſanctorũ martyrũ ſe-
pulturæ tradere. Neq; enim nox ad eã rẽ quic-
quã nobis conferebat, neq; data pecunia cuſto-
dibus perſuadebat, neq; eos ſupplicatio flecte-
bat, ſed reliquias ſanctorum perinde cuſtodie-
bant, ac ſi magnum aliquod inde emolumentũ
conſequerentur, ſi non ſepelirentur.

Pij de ſuorum ſepultura ſolliciti.

Hiſce poſt alia quædam ſubijciunt.

Itaq; ſanctorũ martyrũ corpora omnib. modis
ludibrio expoſita, ac totis ſex diebus ſub dio ia-
cẽtia, deniq; cõbuſta, & in fauillã ab iniquis re-
dacta, in Rhodanum fluuium è vicino præterla-
bentem ſparſa ſunt, ne quicquam ex illis ſuper
terram amplius reliquum eſſe videretur.

Martyrum cineres in Rhodanũ proiecti.

Et iſta fecerunt, quaſi Deum vincere & ſan-

ctorum regenerationem impedire poſſent, ne vllam amplius,(ita dicebant illi) reſurrectionis ſpem habeāt, qua perſuaſi peregrinam nobis ac nouā religionē inducunt,& pœnas contemnūt, parati & cum gaudio ad mortē accedentes. Iam videamus an reſurgant, & an Deus eorū ipſos iuuare, & è manibus noſtris eripere poſsit,&c.

Non igitur mirum fuit, quòd Deus illā prouinciam poſtea tantoperè caſtigarit. Año enim Chriſti 462. vt Iornandes in Annalib. prodidit, crebris in illa Galliа portentis eſt laboratum: villę,homines,pecudes,paſsim de cœlo tacti,&, quod horrorem maiorem incuſsit,duo iuuenes aduſti cadaueribus concretis inuenti, Viennæ mœnia frequentibus terræmotibus conquaſſata,ignibusq́; accenſis caducæ culminum criſtæ ſuperiecto,fauillarū monte ſepultæ: quin etiam lupi ac cerui portas vrbis ingreſsi, atq; impunè per forum vagati,terrorem ingentem in hominū mentibus excitarunt. Quæ mala quòd cœleſtem oſtentare iracundiam viderētur,expiare cupiens Mamertus vrbis Epiſcopus,vir ſanctiſſimus, Niniuitarum exemplo, ad Dei opē ſuppliciter implorandam confugit. Cùm autē ſæuientibus adhuc prodigijs populus fermè totus ex vrbe,formidine conſternatus,ceſsiſſet,ac reſurrectionis diem,tanquam certum eorū malorum terminum, ſuſpenſis animis exſpectaret, factum eſt vt in vigilijs,dum res diuina perageretur,repentè palatium vrbis exarſerit, quo pauore perculſis, ac templo egreſsis, qui aderant omni-

Gallia crebris laborat portentis.

Mamertus Viennenſis Epiſcopus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

omnibus, quod plane ſibi perſuaderent, aut vrbem totam hoc incendio flagraturam, aut dehiſcentem terram omnia vno hauſtu eſſe deuoraturam, rurſus Mamertus ante altare proſtratus, cum gemitu & lacrymis Dei miſericordiã inuocauit. Itaq; quod incendium ingens vis aquæ certatim allatæ lenire non potuerat, repẽtè ipſe piarum lacrymarum vbertate reſtinxit. Ea de cauſa aduentante Aſcenſione, in qua ſupplicationes Deo, pro impetrandis imbribus, aut ſerenitate adhiberi, ſed frigidè, & oſcitanter, lapſa veteri diſciplina, ſolebant, eaſdẽ populo indixit, ſed nouam orandi, ieiunandi & erogandi rationem, priſco ritu reuocato, inuexit. Sigon.

TVRONIVM.

VRbs Epiſcopatu, & Bibliotheca inſtructiſsima celebris: è regione Tinnium habet.

Hypomnemata.

Ann. Sal. 1537. Turnonij Franciſci I. Regis filius primogenitus, Delphinus, maximæ exſpectationis princeps obijt; cuius mortem cùm pater Valentiæ ſubſiſtens, ex Cardinale Lotharingo intellexiſſet, inter ſuſpiria & lacrymas, aperto capite, ac manibus oculiſq; in cœlũ ſublatis, ſtans ad feneſtram cubiculi, in hæc verba prorupit: *Mi Deus, non ignoro, æquiſsimum eſſe, vt patienter & æquanimiter ſuſcipiam, quicquid à manu tua proficiſcitur. Vnde autem mihi proueniet hæc patientia & conſtantia, quàm à te ipſo? Afflixiſti me diminutione imperij, & exiſtimationis: nunc adieciſti iacturam filij: quid nunc ſupereſt aliud, quàm vt me totũ* Pia regis oratio.

proſternas. Et ſi tuum beneplacitum fuerit hoc facere, doce me ad minimum & inſtrue me in voluntate tua, ne reſiſtam, confirma me in hac patientia, tu qui ſolus potens es hoc præſtare, vt qui ſuccurris humanæ naturæ & infirmitati. Bellæus.

Non defuerunt qui ſuſpicarentur, Delphinum veneno fuiſſe ſublatum. Cuius nefarij criminis repentè reus factus quidam Sebaſt. Montecuculus, pœnas dedit, cùm ab equis in compito in diuerſa currẽtibus diſcerperetur. Nõnulli præcipiti iudicio eum damnatum ferebant, tanquam inſontem, qui dolore victus inter immania tormenta, vt calamitati ſuæ finem imponeret, ſe reum miſer feciſſet, & authores tanti facinoris Antonium Leuam, & Ferrandum Gonzagam, Cæſarianos duces nominaſſet. Qui obruti tantæ infamiæ nomine, calumniam temerè impoſitam anxiè diluere contendebant. Cùm nonnulli Delphinum ex nimia iactatione, ludo paruæ pilæ æſtuantem, ſudoreq; madentem, frigidam intemperanter hauſiſſe prædicarent (nullis præſertim apparentibus veneni indicijs) quando præcordia viſceraq; eo immodico rigore correpta, extincto penitùs innato calore, mortem accerſerint. Iouius.

Suſpicio ex hibiti veneni.

Sub Carolo VII. Gall. rege, in montana Narbonenſis Galliæ parte, iuxta Valentiam vrbẽ, Rhodanus ſepulcrum detexit, cuius magnitudo permultos ad eam rem viſendam pertraxit. Aperto enim tumulo, inuenta in eo ſunt hominis oſſa, cuius dimenſio triginta pedes impleuit. Fulgoſ.

Gigantis ſepulcrum.

Anno

An.Sal.1572.Ob relig.orthodoxam Lugduni immaniſsimè trucidatorũ cadauera,tanta copia & multitudine ſecũdo Rhodano Turnoniũ affluxerunt, vt ciues cũ claſsico ad arma cõcurrerint,exiſtimãtes hoſtium agmina adnatare, qui vrbẽ ex improuiſo inuadere vellent. Martyrol. Laniena Lugdunẽſis ſæuiſſima.

VALENTIA ET ARAVSIO.

CEleberrimæ olim Romanorum Coloniæ. Hæc Marij Triumphali arcu & circo atque munitiſs. caſtro, illa Academia nobilitatur, in qua Charitũ & Muſarũ deliciæ D. Iulius Pacius à Beriga, Themidis ille Sacerdos venerabilis ſuperioribus annis maximo cũ cõcurſu docuit.

AVENIO.

VRbs hæc pulcherrima à Saracenis fuit poſſeſſa vſq; ad Carolum Martellum.

Hypomnemata.

IOanna Siliciæ Regina illã Clementi VI. Pontifici addixit nomine eius pecuniæ,quæ ingẽs à Siculis regibus debebatur, aliquot añis vectigali non penſo,quod dari conuenerat. Æmil.

Clemens V. Burdigalenſis Epiſcopus, mortuo Benedicto XI. Peruſij à Collegio Cardinalium abſens, poſt longam contentionem Pontifex creatus. Is autem electioni conſentiens ex Burdigala Lugdunum profectus, eò Cardinales omnes ad ſe vocauit, qui ſine mora Pontifici obtemperarunt, atq; ita curia Romana in Gallias translata eſt. Romana curia Aueniončm translata.

Anno Salut. 1305. Vbi etiam ad ſeptua-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ginta quatuor annos remanſit, cum magno Chriſtianorum incommodo, potiſsimum verò vrbis Romæ, cuius templa magna ex parte ob ſolitudinem & ſitũ corruêre, abſentibus his, ad quos ea reſtituere pertinebat. Tres Cardinales cum ſenatoria poteſtate Romam miſit, quorum auſpicijs vrbs ipſa atque Italia gubernaretur. Abſente autem Pontifice, bellis inteſtinis, & Tyrannorum crudelitate, miſera Italia, miſerimè afflicta eſt, Clemente V. Ioanne XXIII. Benedicto XII. Clemente VI. Innocentio VI. Vrbano V. Auenione reſidentibus. Tandem Gregorius XI. de profectione Italica cogitare cœpit; inflammatus præcipuè Epiſcopi verbis, qui ab eo reprehenſus, quod non rediret ad Eccleſiam ſuam, tam diu ſine paſtore nudam, reſpondit: Et cur neque tu, Pater ſancte, cæteris exemplum daturus, Epiſcopatum Romanum repetis? Ergo peractis in Rhodano vna & viginti triremibus (aliò ſe iturum ſimulans, ne à Gallis emolumenti cauſſa retineretur) Genuam primò, inde Cornetum contendit: vnde terreſtri itinere nauigationem pertæſus, hyeme præſertim, Romam peruenit, Anno Sal. 1376. idib. Ian. pontificatus ſui 7. migrationis verò Romanæ curiæ in Gallias, anno 70. Platina.

Pontif. Romam redit.

Sub Paulo II. agebatur de Andegauenſium, & Aragoniorum concordia. Placebat quibusdam Auenionem dari à Pontifice Andegauenſibus, & ab Aragonijs viciſsim Aquilam vrbem

bem accipere. Ioannes verò Caruaialus Cardinalis ſummoperè reſtitit, Auenionẽ nunquam dimittendam aſſerens, vt Tranſalpini populi ex hac tanquam ſpecula in officio continerentur, & Itali metu ne Pontifex Auenionem migraret, Eccleſiæ minus infeſti eſſent. Garimbert.

Auenio à Pontifice reſeruatur.

Circa ann. Sal. 1212. Pontifex, Raimundo Comite Tholoſano, quòd Waldenſibus addictus eſſet, excõmunicato, comitatum Veniſsinum, cum elegantiſsimis vrbibus Epiſcopalibus Carpentoracto, Caballione, & Vaſione, ad ſe traxit, eundemq; hactenus detinuit.

PONS GARI.

QVem Romanæ Magnificentiæ monumenta ſpirent geniũ, vel ex ſolo hoc ponte cum admiratione, ſeu potius ſtupore animaduertes, modò ſingula diligenter conſiderare volueris, tantopere me opus hoc auguſtiſsimum affecit, vt illud nunquam ſatis intueri potuerim.

Perluſtraui illud bis, Anno Sal. 1504. 27. Iunij cum CL. V. D. Iohanne Steckio, I.C. & poſtea Ann. Sal. 1607. 6. Septemb. cum amiciſsimo meo D. Ioann. Georgio Eckenſtenio, ac nobiliſsimo D. Leuino de Schullenburg, cùm in Italiam proficiſcerer.

Illuſtre vetuſtatis monumentũ.

Theodorus Beza operis excellentiam ſingulari commendauit epigrammate.

Montibus impoſitos cantauit Græcia montes,
Pyramidum oſtentat barbara Memphis opus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Plus eſt quod cernis, triplicis coniungere pontis
Fornicibus, montes ſic poſuiſſe duos.
Et plus eſt, victam quo ſe natura fatetur,
Impoſuiſſe ipſis flumina fluminibus.
Et rurſum hoc plus eſt, contemto laudis honore,
Artificem nomen non poſuiſſe ſuum.
Mire opifex, quod tu feciſti, ſit licet ingens,
Quod non feciſti, plus ego miror opus.

Fontes circa Vticam, elegantem vrbem, antiquitatibus inſignem, colligebantur, qui per Aquæductum huius tergemini pontis Nemauſum deducebantur, auſpicijs procul dubio Antonini Imperatoris.

NEMAVSVS.

VRbis huius fundaméta Hercules ieciſſe creditur, occaſione filij Nemauſi, cùm interfecto Geryone, ex Hiſpanijs illac in Italiam tenderet. Hinc Stephanus de Vrbibus:

Νεμαῦσος, πόλις τῆς Ἰταλίας, ἀπὸ τοῦ Νεμαύσου Ἡρακλείδου· *Nemauſus vrbis Italiæ, à Nemauſo Herculis filio.*

Italiæ autem vrbem vocat, quòd ab Italis, hoc eſt, Romanis habitaretur. Quemadmodum etiam Gothica vocabatur, teſte veteri codice, quod à Gothis poſſederetur, vt & Regia Gothorum; vnde regio Langedoc, quaſi Land der Goth, Gothland.

Exſtant duæ inſcriptiones Nemauſo, Loci genio, ſacræ.

Colonia. Auguſtus victor ex Ægypto redux Nemauſum

ſum Colonia illuſtrauit, vnde freques numus cū Crocodilo Palmæ alligato, & litteris. Col. Nem.

Strabo teſtatur, plurimos Nemauſo Romam iuiſſe, vt Magiſtratum peterent.

Claret Amphitheatro, Templo & fonte Dianæ, Baſilica, ſeu Domo quadrata, & plurimis vetuſtatis monumentis.

Turrem magnam, quæ fontem deſpicit, quidam Pharum, ob vicinū mare, alij Mauſoleum fuiſſe arbitrantur, commoti Teſtamento quod ad portam Coronæ legitur.

SI QVIS. EX. IIS. QVI. SVPRA SCRIPTI SVNT. CVM. MORIAR. NON. VIVET. SIVE POST. MORTEM. MEAM. MORIETVR. TVM QVI. RELIQVI. IN. EORVM. LOCVM. QVI MORTVI. ERVNT. ALIOS. PER. SVFFRAGIA SVBSTITVANT. QVOS. DIGNISSIMOS. PVTAVERINT. DVM. NON. MINVS. IN PERPETVVM. TRIGINTA. SINT. LICEATQVE. IIS. QVI PRÆSENTES. ESSE. IIS. DIEBVS. NON. POTERVNT. IN. LOCVM. SVVM. CONVIVAM EX. AMICIS. SVIS. MITTERE. EIVSQVE. MAVSOLEI. CLAVES. DVÆ. PENES. ALIQVEM LIBERTORVM. MEORVM. ET. CVRATOREM CVIVSQVE. ANNI. SINT. Memorabile teſtamētum.

SVBSTITVTI,

TROVCIVS MATERNVS.
C. LICINIVS SOTERICVS.
A. FVLVIVS TARENTINVS.
L. IVLIVS COSMVS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

TI. CLAVDIVS EROTEMVS.
P. ACILIVS PHILODESPOTVS.
Q. CANINIVS EVTYCHVS.
Q. IVVENT. VENVSTVS.

Pegaſus. Non procul à Domo quadrata Tabula conſpicitur, in qua artificioſiſsimè Pegaſus ſculptus, cum inſcriptione,

PROCVL ESTE PROPHANI.

Reliquiæ procul dubio alicuius templi Muſis olim dedicati, quandoquidem ob vicinum Maſſilienſe Athenæum, Nemauſi bonas literas floruiſſe, vel ſolus Domitius Afer Nemauſenſis, de quo Euſeb. ad annum Chriſti XLVI. teſtatur: quantum ille autem Muſis dilectus fuerit, docti norunt. Perpende etiam epigramma ibidem inuentum.

——ATRONI. FAMAM. BARBA————
CVIVS. ROMA. LIBRIS. ADSERIT.——
AMISSOS. ORNAT. TITVLIS. EN. ASPICE.--
QVOS. HABET. INCOLVMES. FOVIT. AMORE.———
SVPREMAS. ERROR. NE. POSSIT. RVMPERE. CER---
ARTE. SVA. CAVIT. CLAVSIT. OPERTA. FIDE
EXCIPIET. MANET. SVA. QVI. SINE. LITE. RELIQVIT
LAVDABIT. STVDIVM. CVI. SVA. CVRA. CAV--

Ælius Spartianus in vita Adriani, vt & Dion Caſsius

Caſsius mentionem faciunt Baſilicæ, Nemauſi in honorem Plotinæ Traiani vxoris exſtructæ, cuius ne veſtigia quidem Gothicus furor poſteris reliquit. Aquis Sextijs lapis ſupereſt, qui magnificentiæ nos certiores facit. Plotina Baſilica.

PLOTINA.TRAIANI.VXOR.SVMMA HONESTATE. INTEGRITATE. FVLGENS. STERILITATIS. DEFECTV SINE. PROLE. FECIT. CONIVGEM QVI. EIVS.OPERA. HADRIANVM ADOPTAVIT. IN. IMPERIO. SVCCESSOREM. HABVIT. A. QVO. IN. BENEFICIIS. MEMORIA. NEMAVSI. ÆDE.SACRA.MAXIMO.SVMPTV SVBLIMIQVE. STRVCTVRA. AC HYMNORVM. CANTV. DECORATA POST. MORTEM. DONATA. EST.

Statuæ nonnullę antiquę cùm in plateis,tum in ædibus viſuntur. inter omnes autem nitidiſſima illa Cintiæ eſt,cum inſcriptione,

CINTIÆ. HONORAT.
FIDELIS. TABVLA.

Videmus faciem affabrè factam, cum capilitio elatiore, quali hodie nobiles feminæ turritam Cybelem referunt. Solebant autem antiquitus lautiores Dominæ crinem faſtigiare, & in ſummum verticem adſtringere, in modum turris: vnde Iuuenalis ſatyra 6.

—tot adhuc compagibus altum
Aedificat caput.

Inſue-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Adſciti crines.

Inſuebant etiam adſcitos crines,quibus prõmiſsi non erant. Apuleius lib XI.Mil. *Adtextis capite crinibus feminam mentiebatur.* Habebant inſuper adulterinorũ crinium ſutiles quaſdam formas,quas capiti vt veras adponebãt. Firm.Aſtr. l.8.cap.7. *Appoſitis alienis crinibus fictam pulchritudinem mentiantur.* Tertull.de cultu fem. *Adfigitis neſcio quas enormitates ſutilium capillamentorum, nunc in galeri modum,nunc in ceruicem retro ſuggeſtum.* Iuuenalis interpres *crinẽ ſuppoſititium* appellat. Vide plura apudHieron.Epiſt.ad Demetriad.Man. Artemidorum.lib.1. Clement.Alexand.Xiphil.

Num autem viris hoc in vſu quoque fuerit, relinquo ; hodie inveniri qui turpiſsimis his nugis delectantur, ridiculum eſt.

Acus crinalis.

Acus etiam crinalis,quam mulieres hodie capillamento circa aures infixam gerunt, olim in vſu fuit. Petron.in ſatyr. *Pſyche acu comatoria cupienti mihi inuocare Quiritium fidem,malas pungebat.* Martial.lib.6.Epigram.66.

Vnus de toto peccauerat orbe comarum
Anulus incerta non benè fixus acu.

Iſidorus lib.19. *Acus ſunt quibus in feminis ornandorum criniũ compago retinetur,ne laxius fluant.* Hieronymus aduerſus Rufinum: *Fecerunt hoc & Fuluia in Ciceronem, & Herodias in Ioannem,quia veritatem non poterant audire, & linguam acu diſcriminali confodiebant.* Ex Vlpiano liquet, acus illas gemmis ornatas fuiſſe, quod & hodie fieri videmus.

Qui plura Vrbis huius quondam magnificentiſsimæ monumenta deſiderat, Legat diſſertatio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ſertationem meam de eiuſdem Antiquitatibus cum Poëmatijs meis excuſam.

MONSPELIVM.

GEneroſiſsimorum receptaculũ animorum, orthodoxæ Religionis propugnaculum: ſic vel ipſa Inuidia vrbem hanc celeberrimam nuper vocabat.

Ex Phocenſium Colonia Agathopoli, & ad mare quondam ſita Laterra, ac Magalona excreuit. Monſpelij ortus.

Epiſcopus Magalonenſis Baſileę Cartuſianorum Cœnobium, tempore Concilij ibi habiti, cum plurimis alijs Præſulibus & Legatis, ſua beneficentia honorauit.

Fuit Magalona vna ex Balearicis inſulis, Maioricæ & Minoricæ Regibus ſubiecta, vt & Monſpeliũ, quò Epiſcopatus eius translatus eſt. Magalona.

Petrus Aragoniæ Rex ſeptimus, vxorem habuit Mariam Guilhelmi Montispeſſulani filiã, quæ ipſi Monſpelij filium Iacobum peperit, Anno Salutis M CXCVI.

Eodem Anno Academia fundata eſt, quam poſtea Vrbanus V. priuilegijs & ædificijs auxit.

Commendatur Confectio Alkermes Monſpeſſulana, quam Ioannes F. Meſuæ, ex Regio Damaſceno ſtemmate oriundus, circa Ann. Salut. 1158. Cordubæ, quò ſe cùm ſub Friderico I. Imp. à Godofredo Bullioneo ſubacta Paleſtina receperat, vt Laurentius Catalanus, Pharmacopæus Monſpelienſis excellentiſsimus, in ſuo de Confectione hac Tractatu annotauit. Alkermes. Meſue.

Tam

Tam excellentibus in facultate Medica profeſſoribus ſemper floruit, vt illam Ludouicus Viues meritò omnibus reliquis Academijs prætulerit.

Beli Lucus. Magalonēſes ex Phenicia oriundi, in vicinia Beli Lucum coluerunt, cuius nomen Thermæ eius loci huc vſq; retinuerunt.

Viri celebres. Ego ob dulciſsimi hoſpitij, & cum Nobiliſsimis ac clariſsimis viris, D. Pacio, Gigordo, Perollio, Sanrauijs, Serrano, Saraceno, Saporta, Varandæo, Chironio, Chalaſſo, Barnerio, Maraud erio, Gaiſado, & alijs Monſpelij & Nemauſi Proceribus, excultæ amicitiæ memoriam, non poſſum non toto pectore, vrbium his duobus ocellis, quam optime precari.

Monſpelium Charitū, Muſarum & Apollinis hortus
Floreat, & Clarijs clara Nemauſus aquis.
Ignea circundent veſtros munimina muros,
Et foueat patrios Pax veneranda lares.

FANVM S. ÆGIDII, VVLGO SAINCT GILLIS.

OPpidum comitatus titulo, & templo quondam magnifico celeberrimum.

Cùm circa annum Sal. 1207. Nobilis quidam Sanct Ægidianus, monachū Petrum de Caſtro nouo, Dominici Hiſpani, in perſecutione Walden ſium, collegam, ob maximas ſibi ab eo illatas iniurias, è medio ſuſtuliſſet, Pontifex in Lateranenſi Concilio Raimundum Comitem Tholoſanum, S. Ægidij Dominum, tanquam facinoris

Raimundi Tholoſani comitis excommunicatio.

facinoris fautorem, diris deuouit, eundemq́; per Legatum circa ſepulcrum interfecti monachi, nudum cum flagello deduxit, potentiſsimumq́; Heroëm ignominioſiſsimè tractatũ, ſupra corpus Dominicum, & ſanctorum reliquias, ſedi Romanæ obedientiam, & in Waldenſes odium iurare coëgit, ſpectantibus Principibus, Comitibus, Equitibus, & Præſulibus quamplurimis. Vide hiſtoriam Waldenſium nuper à me Germanicè editam.

Narbonenſis quidam Gallus, Vir alioquin litteratus, vxoris, propter impudicitiam ſuſpectæ, è medio tollendæ, tale cepit conſilium. Mulum triduana ſiti excruciatum, ſummo mane rus profecturus, ruſticationis prætextu, vxori ſubiecit. Vbi ad Rhodanum ventum eſt, mulus concitato curſu in flumen ſeſe præcipitem dedit, ſimulq́ue ſuam, & Domini ſui, in adultera coniuge punienda, ſitim extinxit. Lud. Guicciard. *Adultera in Rhodano perit.*

DE ARELATE.

VRbs hæc antiquiſsima à Phocenſibus exſtructa, Romani illam Gallulam Romam vocarunt. Quid Conſtantinus Imp. de illa ſenſerit, ad Agricolam Galliarum, Prætorio præfectum, perſpicuis verbis ſcripſit: Cùm propter priuatas & publicas neceſsitates de ſingulis ciuitatibus, non ſolùm de ſingulis Prouincijs vel honoratos confluere, vel mitti Legatos, aut poſſeſſorum vtilitas, aut publicarum ratio exi- *Cæſar de Imperij ſalute ſollicitus.*

gat functionum, maximè oportunum & conducibile iudicauimus, vt ſeruatâ poſthac quotannis conſuetudine, in conſtituto tempore, in Metropolitana, id eſt, in Arelatenſi vrbe incipiant ſeptem prouinciæ habere concilium. In quo planè tam in ſingulis, quàm in commune couſulimus: primùm vt optimorum conuentus ſub illuſtri præſentia Præfecturæ, ſi id tamen ratio publicæ diſpoſitionis obtulerit, ſaluberrima de ſingulis rebus poſsint eſſe concilia. Tum quicquid tractatum fuerit, & diſcuſſum, ratiocinijs conſtitutum, nec latere potiores prouincias poterit, vt parem neceſſe eſt inter abſentes æquitatis formam iuſticiæque ſeruari. Hinc planè præter neceſsitates etiam humanæ conuerſationi non parum credimus commoditatis accedere, quòd in Conſtantinâ vrbe (ſic Arelatem vocat) iubemus annis ſingulis eſſe concilium. Tanta eſt enim loci opportunitas, tanta eſt copia commerciorum, tanta illic frequentia commeantium, vt quicquid vſquam naſcitur, illic commodius diſtrahatur. Neque enim vlla Prouincia fructus ſui facultate lætatur, vt non niſi hæc propria Arelatenſis ſoli credatur eſſe fœcunditas. Quicquid enim diues Oriens, quicquid odoratus Arabs, quicquid delicatus Aſſyrius, quod Africa fertilis, quod ſpecioſa Hiſpania, quod fœcunda Gallia poteſt habere præclarum, ita illic exhibetur affatim, quaſi ſibi naſcantur omnia, quæ vbique conſtant eſſe magnifica: &c.

Arelatis encomium.

Cæſa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Cæſarius Epiſcopus Arelatenſis, cuius 40.
exſtant Homiliæ, apud Theodoſium Italiæ Regem accuſatus, quòd monaſterium à ſe ſorori & ſacris alijs virginibus conditum, ac deinde in obſidione vrbis euerſum inſtaurare cœpiſſet, Rauennam ſub cuſtodia miſſus eſt. Cùm autem ad Regem in Palatium acceſsiſſet, interrito illum animo ſalutauit. Cui Theodericus venerabundus aperto capite aſſurrexit; ac de labore itineris, de Gothis, & Arelatenſibus percontatus eſt. Dimiſſo inde illo, conuerſus ad ſuos dixit; Malum eius, qui tam ſancto viro hanc itineris moleſtiam præbuerunt. nam quantus hic ſit, ex eo conieci, quod ad primum eius ingreſſum prope totus cohorrui, & angelicum in eo multum notaui. Quamobrem nefas eſſe arbitror, durius aliquid in tam venerabilem virum conſulere, miſitque ad eum in hoſpitium, loco muneris, diſcum argenteum magni pretij. Cæſarius autem eo vendito, & redacta pecuniâ, captiuos omnes Gallicos, ſuperiore bello factos, redemit. Erant autem ferè ex ijs qui vltra Druentiam incolebant, atque Arauſienſes, quas liberare omnes Arelate nequiuerat. Cæterùm cùm tanta ad eum pauperum conflueret multitudo, vt vix pateret acceſſus, ſenatores ac nobiles certatim ad eum diſpenſandas pecunias contulerunt. Eo factum eſt, vt Symmachus Pontifex & Clerus Romanus vniuerſus, miro tanti viſendi Antiſtitis flagrare deſiderio cœperit. Itaq;

Honor Sacerdotibus exhibendis.

In captiuos beneficentia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Romam accitum, benignè cuncti exceperunt, Gratias Deo agentes, quòd Sanctum virum ſuis demum oculis ſubieciſſet, de quo ſępiſsimè antè auribus accepiſſent: præcipuè verò Symmachus, qui eum non ſolùm Metropolitani honore, ſed etiam pallij dignitate ornauit. Itaq; Arelate regreſſus, qui in exilium in Italiam venerat, captiuos redemtos reduxit, & dignitate auctus, octo ſolidorum millia reportauit: quibus Carcaſſonem profectus, reliquum captiuorum recepit. *Sigonius.*

Boſo Arelatenſium Rex vltimus, Epiſcopo Arelatenſi in vigilia Natalis Chriſti, ne officium in Eccleſia nocturnum celebraret, niſi ipſo præſente, mandauit. Epiſcopus cùm aliquandiu cum ſacerdotibus aduentum Regis fruſtra exſpectaſſet, proſecutus eſt ſacra. Superueniens rex, dedit Epiſcopo alapam in medio populi. Otho I. Imper. facinore cognito eum decollari iuſsit, & intercedentibus multis: Non eſt æquum, inquit, vt rectum Imperatoris Iudicium ſuſpendatur, cùm non conueniat, vel vllum verbum ex principis ore fruſtra egredi. Munſt.

Iniuria Epiſcopo facta vindicatur.

Regnum Arelatenſe.

Arelatenſe Regnum poſt mortem Caroli M. ſub Ludouico incepit.

Sub Carolo IV. bona pars huius regni venditionis titulo ad Galliæ regnum deuenit.

Comites Prouinciæ Arelati ſederunt.

Extra vrbem ad D. Honoratum viſuntur ſepulcra longè elegantiſsima, Romanæ magnificentiæ admiranda monumenta.

Quàm

Quàm ſoliciti autem veteres Romani de honorifica ſepultura fuerint, vel ex hac inſcriptione in Luſitania reperta, & poſtea à Lazio, & Sigonio publicata, conſtat. Veteres de ſepultura ſolliciti.

Ego Gallus Fauonius Iocundus, L.F. qui bello contra Viriathum occubui, Iocundum & Pudentem filios è me, & Quinta Fabia coniuge mea, ortos, hæredes relinquo, & bonorum Iocundi patris mei, & eorum quæ mihi acquiſiui: hac tamen conditione, vt ab Vrbe Roma huc veniant, & oſſa mea intra quinquennium exportent è Luſitania, & via Latina condant ſepulcro marmoreo iuſſu meo condito. Si ſecus fecerint, niſi legitimæ oriantur cauſſæ, velim ea omnia, quæ filijs relinquo, pro templo Dei Siluani reparando, quod ſub Viminali monte in vrbe eſt, attribui: maneſque mei opem Pont. Max. & Flaminum Dial. qui in Capitolio ſunt, implorent, ad impietatem contra filios meos vlciſcendam. Teneanturque Sacerdotes Dei Siluani me in vrbem referre, & ſepulcro me condere. Volo quoque, quotquot domi meæ vernæ ſunt, liberos à Prætore cum matribus dimitti, ſingulisque libram argenti & veſtem dari. Actum VI. Kalend. Quintiles Ser. Galba, & L. Aurelio Cos. Decur. hoc teſtamentum ore eiuſdem Galli emiſſum lapidi iuſſerunt adſculpi.

Vaniſsimus eſt eorum luxus, qui cùm in vita obſcuriſsimi fuerint, poſt mortem ſepulcrorum ſplendore apud ignotos inclareſcere cu-

Modus in faciendis ſepulcris. piunt. Illuſtri ille ſepulcro quieſcit, cui Pietas Epitaphium facit.

Turcæ Chriſtianorum inſaniam ſatis mirari nequeunt, qui magnos ſumptus in ſepulcra faciunt, quaſi nunquam reſurrecturi ſint. Cuſpinianus.

AQVÆ SEXTIÆ.

CVm Caius Sextius Caluinus, Conſul Romanus cum exercitu ſuo hîc hybernaret, Thermarum cauſſa vrbem exſtruxit, anno ante natum Chriſtum 120. Veſpaſiani tempore, vt apud Solinum legimus, non magnus adeo harum thermarum vſus fuit.

Hodie Archiepiſcopatus & Parlamenti ſedes, vrbs amœniſsima, & pluribus Antiquitatis reliquijs clara.

Hypomnemata.

Ad Sextias Aquas à Caio Mario Ambronum & Teutonum ad decem myriades, id eſt, ſupra centum millia hoſtium, aut cæſa, aut capta dicuntur. Liuius ducenta millia cæſa, & nonaginta capta, auctor eſt, & in his Theutobochum eorum Regem, hominem eximia magnitudine, & qui quaternos ſenosque equos ſolitus erat tranſcendere. Maſsilienſes quod ad magnitudinem cædis attinet, procedente tempore, humanorum oſsium congerie vineas muniuiſſe dicuntur, terraque, dilutis crebro imbrium caſu cadaueribus, humano cruore, & adipe macerata, in vbertatem & frugum copiam

C. Marij Victoria.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

piam incredibilem reſoluta eſt. Supra ſexaginta milli a capta dicuntur, bis totidem & ampliùs cæſa, nec multò poſt prope Vercellas Cimbri à Mario & Catulo victi. Sabellicus.

MASSILIA.

CVm Græci Darium fugerent, Phocenſes Maſsiliam condiderunt, & terræ fœcunditate, & portus opportunitate commoti.

Hypomnemata.

Maſsilia Phocenſium Colonia, cùm morum probitate eruditionem quoque è Græcia ſecum in Galliam attulit, ita vt ciuitas illa & Philoſophiæ, & ſanctiſsimorum morum Academia fuerit habita, non Gallis modò, ſed & Romanis ipſis, teſte Strabone lib. 4. *Maſſilienſis Academia.*

Scribit Cor. Tac. Maſsiliam Agricolæ ſocero fuiſſe ſedem ac magiſtram ſtudiorum, Ciuitatem Græca comitate, & prouinciali parſimonia mixtam, ac bene compoſitam. Nobiliſsimus quiſque ex Romanis pro Attica peregrinatione, eò ad ingenij cultum proficiſcebatur. Galli, gens alioqui barbara, pronis animis ad Maſſilienſium imitationem ſe tandem compoſuerunt. Cæl. lib. 16.

Maſsilienſes rem vrbanam per optimates & Ariſtocratiam regentes, omnes legum ęquitate ſuperant, conſiliū D. C. ex viris inſtituentes, qui quo ad vita ſuperſit, id honoris genus habent, quos Τιμȣ́χȣς, id eſt, honore præditos, appellant.

Quindecim verò ſenatus ſunt Principes, quibus quæ indies accidunt, moderari ac regere datum eſt. Rurſum ex hiſce quindecim tres ſunt præſides, quibus plurimum poteſtatis attribuitur. Verùm ex his nemo Timuchus creatur, niſi liberos habeat, & de ciuium ſanguine tertiam per generationem ortus ſit. Eorum leges Ionico more ſunt publicè propoſitæ. Strab. lib. 4.

Politia bene conſtituta.

Apud Maſsilienſes à condita vrbe gladius eſt, quo noxij iugulantur, rubigine quidem exeſus, & vix ſufficiens miniſterio: ſed index, in minimis quoque rebus omnia antiquæ conſuetudinis monumenta ſeruanda. Valerius Maximus.

Legum ſeueritas.

Seruabatur Maſsiliæ Iouis patera.

Duæ ante portas Maſsilienſium arcæ iacent, altera qua liberorum, altera qua ſeruorum corpora ad ſepulturæ locum plauſtro deuehuntur, ſine lamentatione, ſine planctu, ſine luctu: funeris dies domeſtico ſacrificio, adiectoq; neceſſariorum conuiuio, finitur.

Mortis memoria.

Maſsilienſibus libertus ter doli admiſsi reus aduerſus patronum, velut mancipium ſeruire cogebatur, per ſingulas vices libertate reſciſſa: Si quam verò offenſam quartò admiſiſſet, Domino imputabatur, & inultus ibat, quòd toties deceptus Patronus, quartò ſe ei crediſſet. Valer.

Seruis prudēter ignoſcendum.

Venenum cicutâ temperatũ in ciuitate Maſſilienſium publicè cuſtoditur, quod datur ei, qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

cauſſas ſexcentis exhibuit, propter quas mors ſit illi expetenda: cognitione virili, beneuolentia temperata, quæ neque egredi vita temerè patitur, & ſapienter excedere cupienti, celerem fati viam præbet, vt vel aduerſa vel proſpera nimis vſi fortuna (vtraque enim finiendi ſpiritus, illa ne perſeueret, hæc ne deſtituat, rationem præbuerit) comprobato exitu terminetur. Quam conſuetudinem Maſsilienſium non in Gallia ortam, ſed è Græcia translatam inde exiſtimo, quòd illam etiam in Inſula Creta ſeruari animaduerti, quo tempore Aſiam cum Sex. Pomp. petens, Iulidem oppidum intraui. Fortè enim tunc euenit, vt ſummæ dignitatis ibi femina, ſed vltimæ iam ſenectutis, reddita ratione ciuibus, cur excedere vita deberet, veneno conſumere ſe deſtinarit, mortemque ſuam Pompei præſentia clariorem fieri, magni æſtimarit. Nec preces eius vir ille, vt omnibus virtutibus, ita humanitatis quoque laudibus inſtructiſsimus, aſpernari ſuſtinuit.

Temperati veneni vſus apud Græcos.

Venit itaque ad eam, facundiſsimoque ſermone, qui ore eius quaſi eloquentiæ fonte manabat, ab incœpto conſilio diu nequicquam reuocare conatus: ad vltimum propoſitum exſequi paſſus eſt. Quæ nonageſimum annum tranſgreſſa, cum ſumma & animi & corporis ſinceritate, lectulo, quantum dignoſcere erat, quotidiana conſuetudine cultius ſtructo, recubans, & innixa cubitos: Tibi, inquit, Sex. Pom-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

pei, Dij magis quos relinquo, quàm quos peto, gratias referant, quia nec hortator vitæ meæ, nec mortis ſpectator eſſe faſtidiſti. Cæterùm ipſa hilarem fortunæ vultum ſemper experta, ne auiditate lucis triſtẽ intueri cogar, reliquias ſpiritus mei proſpero fine, duas filias & vnum nepotum gregẽ relictura ſuperſtitem, permitto. Cohortata deinde ad concordiam ſuos, diſtributo eis patrimonio, & cultu ſuo, ſacrisq́ue domeſticis maiori filiæ traditis, poculũ, in quo venenum temperatum erat, conſtanti dextera arripuit. Tunc defunctis Mercurio delibamentis, & inuocato nomine eius, vt ſe placido itinere in meliorem ſedis infernæ deduceret partẽ, cupido hauſtu mortiferam traxit potionem: ac ſermone ſignificans, quasnam ſubinde partes corporis ſui rigor occuparet, cùm iam viſceribus eum & cordi imminere, eſſet locuta, filiarum manus ad ſupremum opprimendorum oculorum officium aduocauit: noſtros autem, tametſi nouo ſpectaculo obſtupefacti erant, ſuffuſos tamen lacrymis dimiſit. Val. Maxim. lib. 2. cap. 1.

Morientis ſermo.

Conſtantinus Magnus Maximianum Tyrãnum Maſſiliæ obſidebat, milites eius tanta fiducia inuaſerunt, vt muros ſtatim occupaturi fuerint, niſi parandis, quos admouerent ſcalis coniecturam oculorum, altitudo mœnium fefelliſſet. Poſtea noctu militibus ad vrbem reductis, vt ſe tueri poſſe diffiſi, vrbem dediderunt. Maximianus in poteſtatem Conſtanti-

ni ad-

ni adductus, iuſſu eius ſtrangulatus, pares merito pœnas inuenit. Sigon. Maximianus ſtrangulatur.

Hic eſt ille Maximianus de quo Nicephorus ita ſcribit lib. 7. cap. 6. Conuenerant Chriſtiani in templum cuiusvis ætatis & ſexus, memoriam natiuitatis Chriſti celebraturi. Maximianus nactum ſe occaſionem explendi ſui in Chriſtianos furoris ratus, miſit eò, qui templum incenderent, ſed prius per præconem ſignificarent, vt qui viuere vellent, ex templo exirent, & proxima Iouis ara adolerent; qui nollent, cum ipſa æde conflagraturos. Tum aſſurgens in templo vnus, cæterorum omnium nomine reſpondit: *Chriſtianos ſe omnes eſſe; atque vnum eumqúe ſolum Deum & regem credere eſſe Chriſtum, ipſiqúe ac Patri eius, & Spiritui Sancto ſe ſacrificare. Nunc verò etiam omnes ſeſe offerre paratos eſſe. Ad hanc vocem ignis ſuccenſus, ac cremati ſunt homines vicies mille, &c.* Chriſtianorum cõſtantia.

Anno Sal. 1423. Maſsilia ab Alfonſo Aragonum & Siciliæ rege Hiſpaniam petente, cùm negligenter cuſtoditam videret, direpta & incenſa eſt. Barcell. Tunc temporis D. Ludouici corpus fuit ablatum. Maſſilia diripitur.

TAVRANTIVM.

VOcabatur etiam Trocentium, Maſsilienſium Colonia Portu clara.

FORVM IVLII.

COlonia Octauanorum, ob ſpatioſum & opportunum portum Colonia Claſsica dicta,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Amphitheatri, & aliorum operum ruderibus conſpicua.

ANTIPOLIS.

MAſſilienſium Colonia, potens quondam, & ſui iuris facta. Theatrum ibi quondam. Habuit proprium Epiſcopatũ, qui Graſſam translatus eſt. Non procul inde celeberrimi S. Honorati cœnobium in Inſula Lirinenſi.

NICÆA.

NIcea excelſo adiacet promontorio, quod initium habet ab Alpibus, perpetuoq; dorſo deſcendens in mare excurrit. Huius extremo in iugo arx poſita eſt, antiquorum Prouinciæ regum opus, clariſsimorum ſæpe Ducum carcere, & miſero vitæ exitu nobilitatum. Hæc ſubiecta maria latè deſpectat, arduoq; colle vrbi coniungitur. ſub rupe iuxta littus ſalubris aquę copioſiſsimus fons erumpit, maximarum claſſium aquationi peropportunus. Mœnia vrbis, vti vetuſti operis, non magnoperè munita ſunt, ſed ea Nicenſes nouis propugnaculis adauxerunt. Iouius lib. 34. hiſt.

Nicæa Maſſilienſium opus hodie Sabaudo paret.

Cùm anno Chriſti 1536. Carolus V. Cæſ. & Galliæ Rex Franciſcus, hortatu Pauli III. Pontif. ad Nicęam in colloquium venturi crederentur: ſtaretq; in anchoris Cæſariana claſsis in ipſo Villa Francæ portu, nonnulli ſub meridiem

otioſè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

otioſè maria & colles à tergo, in altiſsima Alpium iuga aſſurgentes, proſpectantes, denſam nubem fumi inſtar in altum eleuatam conſpexêre, è proxima turrita villa editiore: quæ cùm ex interuallis continenter augeretur, plerique ſignificationem eſſe aduentantis inimicæ claſſis affirmabant, & Barbaruſſam Turcicæ claſsis Imperatorem ad opprimendos ſummos Chriſtiani nominis Principes, Pontificem & Cæſarem, aduentare proclamabant. **Terror panicus Niceæ exortus.**

Ea vox incredibilem cunctis pauorem attulit, ſic vt Alfonſus Vaſtius pedeſtris exercitus dux, Cęſarem in ardua Apennini iuga aſcendere hortaretur, & Andreas Auria Claſsi præfectus tolli anchoras, & triremes obuerti præciperet. Stetit impauidus Cæſar, nec de periculo quicquã temerè credidit. Compertum eſt tandem à Villico eam nubem denſi pulueris, quæ fumi ſpeciem referret, excitatam fuiſſe, cùm ille in area fabarum aceruũ cribrando, & ventilando à ſiliquis ſecerneret. Multis ſiquidem ex interuallo ventilationibus, quæ triginta ſex triremium numerum repræſentabant, ab initio notatæ numeratæq; fuerunt: vt primum Barbaricæ claſsis anteeuntis partem eſſe; vel nautici homines iudicarent. Iouius hiſt. lib. 17.

DE ITA-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

DE ITALIA,

& primò

De beneficijs ab Imperatoribus Romanis, Italiæ collatis.

PОntificem Romanum, cuius ſacrorum ergò authoritas fuit maxima, Gothorũ tyrannide preſſum, Iuſtiniani armis per Beliſarium & Narſetem, cum tota Italia liberatum fuiſſe conſtat, & Exarchatum conſtitutum Rauennæ, cùm reliqui Italiam Longobardi occupaſſent.

Papa à Gothis ſupprimitur.

Mox Græcorum Exarchatu, qui propter cultum imaginum à Pontificibus diſsidebat, eorundem hortatu à Longobardorum regibus ſublato: Longobardi deinceps, cùm contra Pontificem arma ſumerent, Caroli magni armis à Zacharia, Stephano II. & Hadriano I. P. P. euocati, euerſi ſunt.

Labente inde poſt Carolum, ob inſtitutam regnorum inter filios diuiſionem, & regnandi libidinem, Imperio, quantum de Francorum dignitate potentiaq; deceſsit, tantum Italicorum libertati, amplitudiniq; accreuit.

Carol. Magnus Italiam liberat.

Mortuo enim Carolo Craſſo Imp. ſine liberis, Itali decreto Hadriani III. regium titulum à Bar-

à Barbaris ad Italos transferendum cenſentis, ſummã ſibi rerũ aſciſcere nixi, inteſtinis populorũ diſcordijs Italiam perturbarunt, ac ſeipſos prorſus vnà cũ Eccleſia perturbarunt, ea tẽpora in Remp. inferẽtes, quibus nulla alia tetriora ac fœdiora fuiſſe, vel Principũ nequitia, vel populorum inſania, in tota antiquitate reperiuntur.

Primus enim Berengarius anno Sal. 888. Regni titulum ſumſit: Berengarius II. ann. 960. cũ Ducatum Spoletanum, Sorbione Duce mortuo, ad ſe traheret, Ioannes XII. P. P. Otthonem I. Germaniæ Regem, ſpe regni Italici, & Imperatorij tituli euocauit. Italiæ reges.

Itaq; Italia deinceps ſub Othonibus, & Henrico II. & III. floruit.

Otho enim regni ciuitates pleraſq; liberas, tributarias omnes reliquit, nam quorundã etiam perpetuos Marchiones, aut Comites, ſuperiore ſibi reſeruato iure, conſtituit. Libertatem autẽ ciuitatũ in eo ferè poſuit, vt leges, conſuetudines, iuriſdictionem, magiſtratus, vectigalia, ſui fermè iuris atq; arbitrij haberent, ita tamen vt ſacramentum regibus dicerent. Italia ſub Othonib. Impp.

Quocirca alios ſibi præfectos rex, alios Ciuitates ipſæ conſtituerũt. Ac quos quidem rex ad iura reddenda, & populos in fide continendos in Prouincijs collocauit, ij Miſsi, ſiue Nuntij, ſiue Legati Imperatoris vocati. Quos verò populi ad regendam ciuitatem & iura moderanda poſthac crearunt, ij Conſules duo, aut plures fuerunt, ex antiqua Romana Reipubl.

con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

conſuetudine ſumpti, qui quotannis ex ſingulis ciuitatibus creati, aut apud Epiſcopum ciuitatis, aut apud Nuntium Regis iurarunt, atque eos ante Friderici primi Imperium Prætoribus peregrinis, quos Poteſtates dixerunt, ac vulgo poſt vſurparunt, prætulere.

Iam verò Henrico IV. dignitatum ſacrarum inueſtituram per baculum & anulum, & non tantùm per ſceptrum, ad ſe trahente, Simoniacæ hæreſeos titulo, diris à Gregorio VII. exagitato, cùm à fide ei data omnes paſsim abſoluerentur, via quodãmodo defectionis oſtenſa, & fundamenta libertatis Italicæ iacta. Nam cùm Patri deiecto Henricus V. f. ſucceſsiſſet, Mediolanenſes primùm, deinde etiam eorum exemplo alij libertate luxuriantes, ac regis arma deſpicientes, controuerſias, quæ regis antè componi ſententia conſueuerant, armis diſceptare inſtituerunt.

Henrici IV. fortuna.

Mediolanenſes iugũ excutiunt.

Quin etiam cùm Henricus eadem de cauſſa cum Paſchali II. diſſentiret, Italicorum alij Imperiales, alij Pontificias partes ſequerentur, libertatis vſurpandæ ſtudio adhuc magis exarsêre. Ergo quod Henrico aut patiente, aut certè uon vindicante, Mediolanenſes cum vicinis inſtituerunt, vt de omnibus controuerſijs inter ſe non iure, iudicioq́ue contenderent, ſed bello armisq́ue decernerent, id proximis regibus, Lothario IV. Conrado III. rerum potientibus, pleræque omnes ciuitates facere perrexerunt.

Fauit

Fauit autem neſcio quo modo eorum cœptis conſilijſque fortuna : quòd Reges ipſi Germanicis ſedandis ſeditionibus occupati, aut res reſpicere Italicas nequiuerunt, aut demum in ipſo conatu rerum exſtincti, ſubitò deceſſerunt.

Itaq; cùm Fridericus I. eos ad officium reducere conaretur, Mediolanenſibus ſubactis & euerſis, reliqui metu paruêre.

Quamprimùm verò Friderico ob inueſtiturum ſacram cum Hadriano IV. mox etiam cum Alexandro III. contentio interceſsit, ſacris interdictis inuitati Itali, fœdus inter ſe percuſſere, *Italorum rebellio.* ab Imperatore defecêre, & dũ Pontificias partes ſequuntur, ſenſim libertatem ſunt adepti, ab ipſo etiam Friderico, vt Henrico VI. F. regni Italici reliquias conſeruaret, in celebrata illa pace, Conſtantiæ data, confirmatam.

Henricus Siciliæ regnum, per vxorem Conſtantiam ſibi debitum, armis vindicauit. Eo mortuo, & Friderico II. puero relicto, Philippus Henrici frater, & Otho Saxo per decenniũ integrum de regno Germanico contendunt, Innocentius III. Pp. Tuſcię & Spoletanæ ditionis occupandæ facultatem habuit ampliſsimã, reliquis Italis à iugo Germanoũ liberis. Sigon.

Rhodolpho Habsburgenſe Italicis Ciuitatibus libertatẽ pecuniâ vendente, Honorius IV. Pont. venditionem hanc, licet indignam tanto *Itali libertatem emunt.* principe, non improbauit : quòd ea ratione Eccleſiaſtica ditio futura ſecurior videbatur, cùm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

nihil amplius iuris Imperator in eas haberet,& ſeipſum ſua ſponte, vili delinitus auro, Italia eijceret. Platina.

DE MVTATIONIBVS STAtuum in Italia.

Longobardorum in Italia imperium.

PLus ducentis triginta an̄is Longobardi maxima Italiæ parte potiti,nihil externi moris religionísue, aut animorum retinuêre. Depoſita, exoleſcentéue illa cum qua, Alboino rege, ven erant, feritate, in Italici cœli ſoliq́ue ingenium moresq́ue tranſiuerunt, veteribus Italis affinitate, atque inde cognatione adeo iuncti, vt in Hetruria, in Spoletino, Beneuentano, Foroiulienſi, & alijs Ducatibus non eſſet facile dignoſcere. Reges Longobardorum in ea Ciſalpina Gallia floreq; Italiæ nobiliſsimas vrbes, ac nitidiſsimos agros, ſibi, proceribusq́ue incolendos delegerunt. Mediolanum, Papiaq; ſedes regni erant.

Longobardiæ termini.

At euerſis per Carolum magnum, Deſiderij Regis opibus, quicquid inter Apenninum & Alpes à cætera Italia lacu Benaco, Mincio, Atheſi, Pado, Rheno Bononienſi, diſiungitur, id nomine Longobardiæ cenſeri, Carolo Auguſto, & Pontifici Leoni placuit. Longobardis iucundum erat, florentiſsimæ regioni ab ſe nomen dari, amiſſo regno, cùm regnantibus nulla fuiſſet eis ſua, peculiarisq; Longobardia: & qui eam habitabant, ſanctiorem eam ſibi arbitra-

bitra-

bitrabantur, & qui alibi incolebant, quamplurimi eò immigrarunt, alij ſponte, alij authoritate Caroli, & benedicente Pontifice adducti. Æmil. lib. 3.

Sigonius lib. 3. regni Italici ait: Longobardorum Imperium ſæuum ab initio, atque impotens, poſt Chriſtianam religionem, catholicamque fidem aſcitam, mitius ac benignius erat effectum. Teſtes ſunt rectæ leges, eorum, quibus furta, latrocinia, rapinæ, cædes, adulteria ſeuerisſimè vindicantur; ac libertas & fortunæ priuatorum ſummo ſtudio conſeruantur.

Longobardorum politia.

Docent templa magnifica, & monaſteria amplisſima, quibus pietatis ergò ipſi potisſimùm citeriorem Italiam exornarunt: Baſilicæ Epiſcoporum, quas amplisſimis præmijs honeſtarunt: indyta oppida, quæ aut noua condiderunt, aut diruta inſtaurarunt: Homines ſanctitate conſpicui, quibus honores eximios habuerunt, &c.

De Gothorum in Italia imperio, ſuis locis dicetur.

Thedaldus Marchio, Dux Thuſciæ, relictis filijs Bonifacio & Conrado, deceſsit. Ex his Bonifacius, qui Beatricem Conradi I. Imp. filiam vxorem duxit, tantas in Italia opes habuit, vt omnium Principum Italicorum fuerit longè illa tempeſtate clarisſimus. Fuit Canuſsij Comes, Parmæ, Mantuæ, & Ferrariæ Marchio, & Dux Thuſciæ, perinde ac pater eius Thedaldus, ſiquidem & is Ducis titulum geſsit.

Thuſciæ Ducatus.

Eo mortuo, Beatrix Gozeloni Lotharingiæ Duci, Henrici III. Imper. inimico nupſit, ac filiam Mathildem Gothofredo, Gozelonis filio, fratri Stephani IX. Papæ collocauit, qui Ducis Spoletani, & Thuſciæ titulum tulit, maximarum, quæ Patris fuerant, in Italia, opum hæredem; ſi quidem à pleriſque, & quidem veteribus ſcriptoribus, Lombardiæ & Thuſciæ Dux, Canuſsijque Comes vocatur. Verùm ipſa ſemet Mathilda Dei gratia, ſi quid eſt (Chriſtianam humilitatem æmulata) ſubſcribere aſſueuit. Marito mortuo, vidua cũ Beatrice matre, vniuerſam inde ditionem adminiſtrauit.

Gregorio VII. Papæ, contra Henricum III. Regem pertinaciſsimè adhæſit. Azoni inde Marchioni Ateſtino, matrimonio ſociata, anno MXXC. Sed per detectam ſanguinis coniunctionem, Gregorii VII. edicto, ab eo poſt annum diſceſsit. Pòſt, Vrbani II. authoritate, Welphoni Bauariæ Duci nupſit. Tandem annos ſex & ſeptuaginta nata, mortem anno 1115. oppetijt: atq; in monaſterio S. Benedicti Mutinæ, ab auo ſuo inter Paduam & Larionem conſtructo, ſepulturam accepit: mulier non ſolùm egregia pietate & religione omnium & ſui, & ſuperiorum ſeculorum mulierum præſtantiſsima, ſed & publicis operibus, arcibus, pontibus, vijs, templis, monaſterijs in Lombardia exſtructis, belliſq; aſsiduis, pro tuenda Eccleſiæ authoritate, adminiſtratis; ſingularibus laudibus, in perpetuum celebranda.

Hæc

Hæc, gliſcente inter Gregorium VII. Papam atque Henricum III. Regem diſcordia, Lombardiæ Thuſciæq; ditionem teſtamento S. Petro donarat. Itaq; ea mortua, non defuere, qui nuntijs miſsis, Henricum V. ad adeundam ditionis eius hæreditatem in Italiam aduocarent.

Itaque Parma, & Mantua ad eum peruenit. Ferraria, quam Thedaldus avus à Ioanne XIV. Pontifice acceperat, Romanam ad Eccleſiam redijt. Multa præterea in Lombardia ad Padum caſtra, & poſſeſsiones fuêre, de quibus poſtea magna inter Imperatorem & Pontificem contentiones exſtitêre, eæq; modò huic, modò illi diuerſorum beneficio Regum ceſſere. Sigonius.

At de Mathilde ſic Crantzius: Mathilde Comitiſſa fuit Egberti Marchionis Saxoniæ filia, Egberti ab Henrico IV. Imper. victi, & in molendino cæſi, Germana, incomparabilis prudentiæ, religionis, & pudicitiæ femina; quam Pater eius Bonifacio in Lombardia Comiti tradidit virginem. Quo mortuo, cùm Azoni Eſtenſi, tertio conſanguinitatis, priori marito cohærenti, nupſiſſet, Pontificis iuſſu ab illo ſeceſsit.

Friderico I. Imp. tertiùm in Italiam deſcendente, ciuitates Italicæ Laude illum adiêre, & tyrannidem Prçfectorum eius dum abeſſet, miſerabili oratione ſunt proſequuti. At Fridericus in vnum Alexandrum III. Pp. intentus, bellum ex omnium ſuorum ſententia aduerſus eũ de- Imperialiũ præfectorũ iniquitas.

creuit, legatos, principesq; ſuperbè repudiauit, & Paſchalem III. Pp. Romam duxit. Interea Italici indignum eſſe, Germanicam vltrà pati arrogantiam arbitrati, de vindicanda libertate & fœdere ad eam rem feriendo egerunt.

Hi fuêre Veronenſes, Vicentini, Patauini, & Taruiſini, qui cùm veteribus incommodis conflictati, tum recenti Friderici ſuperbia irritati, à virtute ſibi petendum auxilium, quod eius clementia denegauerat, cenſuerunt. Itaq; Mediolanenſes, Cremonenſes, Brixianos, Bergomates, Mantuanos, Ferrarienſes, Bononienſes, Mutinenſes, Regienſes, Parmenſes & Placentinos ex Venetorum auctoritate ſollicitarunt, miſsisq; vltrò citroq; occultè nuncijs, ad Puntidenſe monaſterium inter Mediolanum & Bergomum conuenêre. Ibi expoſitis, vt quiſq; grauiſsimè ac criminoſiſsimè potuit, acerbiſsimis Germanorum, quibus ad extrema redacti eſſent, iniurijs, vniuerſi in eam ſententiam conſpirantibus animis deſcenderunt, omnes potius mortis acerbitates perferendas, quàm tantas indignitates vltrà eſſe patiendas.

Italorum conſpiratio contra Fridericũ I. Imper.

Itaq; communi conſilio fœdus in hanc ſententiam percuſſerunt: ſe communibus armis libertatem ſingulorum aduerſus Fridericum & Præfectos eius defenſuros, mutuaq; ad eam rem auxilia, fide Imperatori data incolumi, ſummiſſuros, atque intra certam diem communibus viribus atque impenſis, Mediolanenſes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

nenſes in antiquum ſolum reducturos, & ad eorum vrbem reſtituendam, auxilium allaturos. Ibi conſtituta die, ſingulæ ciuitates Præfectos Friderici per tumultum vrbibus exegerunt, remque publicam, creatis conſulibus, veterem retulerunt. Bononienſes autem Bocij impotentiam indignati, globo armatorum coacto, ipſum publicis in ædibus agentem, inuaſerunt, ac de feneſtra in forum præcipitarunt.

Inde vbi conſtituta inter eos dies venit (ea verò ante quintum Kalendas Maias fuit) omnes armati præſtò Mediolanenſibus affuerunt, eosque veterem in patriam, quanquam deſertam atque deletam, reſtituerunt. Et quoniam, vt inquit Choniata, muris eam nunquam ſe munituros iurarant, foſsis, aggeribusque ingentibus confirmarunt, ita vt egregiè defendi aduerſus quemcunque impetum hoſtium poſſet. Addit idem Choniata, hæc omnia, pecuniâ à Manuele Imper. ſuppeditatâ, eſſe confecta, qui Friderici potentiæ inuidebat, atque Italicorum aduerſus eum animos irritare non deſinebat, Laudenſes quinetiam armis ad ſocietatem coëgêre. Veneti ijſdem acceſsêre. Græcorum In Italia corruptiones.

Ea res non ciuitates ſolùm in diuerſa ſtudia traxit, ſed nouas in ſingulis etiam ciuitatibus ſeditionum procellas exciuit, vt alij Eccleſiæ, alij autem Imperij partes aſſererent,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Veronæ quidem Monticuculi, & Sambonifacij: Ferrariæ, Taurelli & Adelradi, fœda inter ſe factionum certamina ab hoc tempore miſcere ceperunt, ac ciuitates ſuas præ potentia ſua modò ad hanc, modò ad illam partem traxerunt. Itaq; Fridericus, poſteaquam peſtilentia Romam relinquere coactus eſt, viribus exhauſtus, in Germaniam abijt. Sigon.

Colluſiones cum Græcis.

Nulla fuit vrbs Italiæ, aut etiam ab Italia remotior, in qua Græcorum Imperator Manuel Comnenus non vnum coniuratũ, & hominem ſibi fidelem haberet. Vnde, quæ in conclauibus Romanorum aduerſarij clam conſultabant, ea omnia reſciſcebat. Nicet.

Italicæ vrbes, quæ cum Alexandro III. Pont. contra Fridericum I. Imp. ſenſerant, pace demũ facta, ius conſulum eligendorum obtinuerant. Ardebat in pleriſq; conſualaris inter ſuos poteſtatis cupiditas, ita vt eius adipiſcẽdæ cauſa pernicioſos ciere tumultus non vererentur. Ea verò vulgo & priuatis, & maximè potẽtib. ita cõtemnebatur, vt cædes, latrocinia, ac grauiſsima quæq; flagitia impunè ſe patrare poſſe confiderent. Cuius coërcendi mali cauſſa, Prætorẽ peregrinum pleræq; aſciſcere, eiq; ſummum in ſe imperium cõmittere perrexerunt, eaq́; vna via inuenta eſt ad eos puniendos, qui aduerſus Rempubl. aut per libidinem, aut per ſcelus, aut per ſeditionem aliquid commiſiſſent. Sigon. Sic Mediolanenſes, cùm ciuilibus diſcordijs patriciorum plebeiorumq́; tumultuarentur,

tur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

tur, peregrini prætoris eligendi morem introduxerunt, qui nulla cognationis aut factionis contagio labefactatus, ſincerius ius diceret.

Alberto Imp. à Ioanne fratris ſui filio interfecto, circa annum Salut. 1307. magna eſt rerum mutatio facta in Italia, præſertim in Ciſalpina Gallia. Pleræque vrbes fama & opibus celebres, ſubita animorum inclinatione ſibi Dominos conſtituere, qui præfecturâ apud ſe antea functi eſſent. Et hi ferè Gibellini erant, Pontificibus in Gallia abſentibus, Guelfis paſsim ex vrbibus eiectis.

Scalani Veronam ſortiti ſunt. Paſſerini Mantuam, Patauium Carrarij. Eſtenſes aliquanto pòſt Ferraria potiti, freno Mutinæ, alijſque locis Ferrariæ finitimis iniecto, eouſque creuêre, vt Carolus Calabriæ, & Apuliæ Rex Beatricem filiam Azoni ea tempeſtate florenti, matrimonio locauerit. Regulorũ in Italia initium.

Inde cùm Ioannes XXIII. & Benedictus XII. Pontifices Ludouicum Bauarum Imp. diris deuouiſſent, vt nouo beneficio Italiæ Principes viros ſibi deuincirent, fecit Benedictus ann. Salut. 1339. ratum ſuo aſſenſu Principatum Luchino Vicecomiti, Ioannemque eius fratrem Mediolanenſem creauit Antiſtitem. Fecit & Guilelmo Gonzagæ, Maſtino Scalæ Vbertino Carrariæ, Obitioni Eſtenſi, vt vicaria fungi vice in ijs vrbibus dicerentur, quas ad id tempus adepti eſſent: quandoquidem omnia Italiæ iura, quia Imperator nullus eſſet, ad Pontificem, Imperiales vicarij in Italia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Chriſti ſummi regis vicarium, deuoluta viderentur, Obitionem vectigalem fecit Eccleſiæ, vt annua dena aureorum numûm millia Apoſtolicæ ſedi penderet.

Viceecomitum authoritas.

Clemens VI. quia Italia inteſtinis motibus fluctuabat, ſolis Vicecomitibus Inſubriæ principatum fecit, ratum ſuo aſſenſu, aliosque ſilentio præterijt: idque illis datum quod ſoli omnium ſatis eſſe credebantur, ad Ludouici Bauari in Italiam deſcenſum inhibendum. Is vbi compertum habuit, Pontificem ſuis conatibus obſtare, vt eiuſdem authoritas aliquo modo infringeretur, multas Italiæ vrbes Pontificiæ ditioni exemtas, cuicunque libitum eſt, ac præter paucos, cunctis ferè nouis hominibus dedit habendas.

Italicarum ciuitatum ſtatus.

Viterbium Ioanni Vicano; Piſaurum & Fanum Fortunæ Gallioto Malateſtæ, & fratribus. Alegretto Clauillo Fabrianum, Matelicam Bulgarucio; Seuerinum Iſuarducio; Camerinum Gentili Varaneo; Cingulum Pongonio; Eſium Nicolao Poſcareto; Rauennam Guidoni Polentano; Forum Liuij & Cæſenam Sinibaldo Ordelaſo; Ioanni Manfredo Fauentiam. Hos ille Principes in Italia conſtituit, quorum plerique partim vi, partim ciuium ſtudijs, iam antea in his vrbibus Principatum fuerant adepti. Sabell. Blond. & Platin.

Alexander VI. Pontifex, cùm amplum Cæſari Borgiæ filio imperium pararet, cum Ludouico XII. Gallorum Rege fœdus inijt, cui

& Venetus ad augendi imperij maximè auidus aderat, ea conditione, vt Ludouico Sfortia Ciſalpinæ Galliæ imperio depulſo, Venetus Cremona vrbe; Alexander verò Togatæ Galliæ vrbibus, circa Flaminiam viam potirentur, & Reguli omnes qui Pontificiæ ditionis eſſent, multandi delendique, Cæſari Borgiæ traderentur. Ita Columnij vim imminentis procellæ, felici coniectura metuentes, ſpontè atque opportunè diffugerunt. Secutus eſt Iubilei ſecularis annus, funeſto totius Italiæ motu inſignis: quo Ludouicus Sfortia, & Aſcanius Cardinalis frater, operâ Heluetiorum capti, detruſique in Gallicum carcerem, paterno imperio exciderunt. Catharina Sfortia bello capta, Forocornelij & Foroliuij poſſeſsione ceſſit. Euſtorgius Manfredus adoleſcens necatus, & in Tiberim proiectus, Fauentiam cum vita reliquit. Varanij Camertos Reguli quatuor ſtrangulati. Vrſini nullo ſalubri conſenſu ad Borgiam coëuntes necati. Baptiſta Cardinalis Vrſinus in arce Catharidum veneno ſublatus. Bernhardinus, & Iacobus Sermonetæ in Latio reguli; hic ferro, ille aconito extincti. Præterea Malateſtæ Arimino; Sfortiæ Piſauro; Feltri Vrbino pulſi, & in exilium acti: ita vt vni omnium Columnij proceres admodum prudenter in ea turbulentiſsima tempeſtate egiſſe ſint viſi, quòd paternis oppidis, quæ Borgiarum nefariæ cupiditati inuadenda reliquerunt, ſalutem prætuliſſent.

Borgię Tyrannis.

Illuſtrium Italicarum familiarum fortuna.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Iouius, qui in Alfonſo Ateſtino ſequentia habet: In Italia paſsim Illuſtrium familiarum decus aut interijſſe, aut amiſſo principatu, defeciſſe videmus.

Montisferrati enim familia Imperatorij ſanguinis à ſtirpe interijt, quæ omnium nobiliſsima cenſebatur.

Turriani bello pulſi, & Vicecomites, demum Philippo mortuo, Mediolani Principatũm amiſerunt.

Scaligeros & Carrarienſes obliuio deleuit.

Aragoniorum regnum Neapoli ad Pronepotes non peruenit.

Sfortiani paucis annis ad vnum fato functi, externis regnum reliquerunt.

Mantuani à Paſſarino interfecto, vix ducentos Imperij ſui annos enumerant.

Sanſeuerini, qui in Brutijs & Picentibus latè dominãtur, ſpe prolis prope deſtituti, nequaquam altius, quàm à Guiſcardo Tancredo nobilitatem ſuam repetunt.

Malateſtarũ ſoboles amiſſo principatu, à Virtute, amplitudineq; maiorum degenerauit.

Malaſpinæ antiquitùs clari, diuisâ & valde extenuata ſtirpe, infirmis opibus, antiquum decus ægerrimè tuentur.

Liberarum verò ciuitatum familiæ, inprimisq; Romani ſanguinis, nequaquam à principatu atq; opibus, ſed à maiorum ſuorum virtute, nobilitatis famam quærunt.

Itaq; vni omnium Ateſtini, qui Eſtenſes imperitè

peritè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

peritè vocantur, perpetua atq; incorrupta ſtirpis ſerie, quod ſummæ felicitatis fuit, incolumem Principatũ, verùm mutuato dignitatis titulo, ad hanc vſque ætatem protulerunt. Cùm Marchiones aliquandiu, & demum Cæſaris atq; Pontificis authoritate Ferrariæ Duces appellati ſint.&c.

DE FACTIONIBVS ITALIÆ.

ITALICI, ſtudio libertatis, contra Impp. Germanos, honoris ſtudio, inter ſe crudeliſsima bella geſsêre. Nam dum Pontificis partes ſequuntur, contra Fridericum I. vt iugum Imperatoris excuſſerunt, ſic in mutua viſcera horrendum in modum ſæuire ceperunt. Sigon.

Nunquam gentium maiora iræ argumenta extiterunt, quàm in factioſis Italiæ vribibus: vbi principes factionum in inimicorum poteſtatem redacti, viui quidam combuſti ſunt, in crepundijs pueri interfecti, prægnantes matronæ, exe- cto vtero, cum partu crudeliter peremtæ, multi præcipitati, exenterati quidam, cordaq; ad opprobriũ ſuſpenſa ac diuerberata. Sed quales fuerint eiuſmodi carnificinæ, illud declarat, quod clementia fuit, hominem ſubijcere ſecuri, aut laqueo necare. Sabellicus.

Factionum crudelitas.

Olim inter digladiantes quaſdam familias inimi-

inimicitiæ ortæ ſunt. Captus quidã ex factione altera, eueſtigio conciſus in minutiſsima fruſta fuit: moxq́; exemtũ illi iecur, in prunis candentiſsimisq́; carbonibus eius principibus toſtum, perq́; buccellas minutim diſſectũ, inter cognatos ad id inuitatos, in ientaculum diſtributum. Allata etiam poſt deguſtationem tam execrabilem pocula, non ſine collecti cruoris aſpergine. Congratulationes habitæ inter ſe, riſus, ioci, lepores q́; cibum ipſum condientes: deniq; & dijs ipſis propinatũ, tantæ vindictę fautoribus. Hanc hiſtoriã ſe Pontanus lib. de Immanitate, ab Auia ſua Leonarda, etiamnũ puerũ audiuiſſe ſcribit.

Guelfi & Gibellini. Guelforum & Gibellinorũ factiones in Germania ortæ, relicto natali ſolo in Italiam prouectæ, miſerè omnes vrbes, oppida, pagos peruagatæ ſunt. De earum ortu non conſentiunt authores. Volunt quidã à duabus illuſtribus Principum Germanorum familijs, Henricorum ex Weyblingen, & Welforũ ex Altorf, pagis Sueuiæ ducis F. Duce Franconiæ, qui circa annum Domini MCXXXVIII. imperiũ inijt, ex bello ciuili initium ſumſiſſe. Nam cùm Welfo Henrico Superbo fratre, Saxoniæ & Bauarię Duce à Cæſare, ob affectatum regnũ proſcripto, Ducatibus ſpoliato, & dum eos recipere conatur, mœrore animi extincto, Bauariæ ducatum hæreditario iure ſibi vendicat: cum Conrado Imp. Vinſpergum oppidum Sueuiæ obſidente, prælio congreſſus, & fugatus eſt. Welfo auxiliares copias habebat plurimas ex Sicilia, à Rogerio Rege à

Pont.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Pont. Innocentio ex Italia, id ſedulò conantibus, vt bellis implicatus ciuilibus Conradus, Italiam adire non poſſet, neq; Calabriam & Siciliam Normannis extorquere. Itaq; teſſeræ loco auxiliares copiæ Welfonis, Hîc Welf, clamabant ex Ducis ſui nomine: Imperatoris verò, hîc Wayblig, à nomine pagi Sueuię, in quo nutritus ferebatur Cõradus Imperator. Itali ergo factioſa hæc nomina (condignũ ſanè impiæ ſuę militiæ contra optimum ac legitimum Imp. pro Tyranno Guelfone ſumtũ ſtipendium) ex Germania domum reportarunt: vt quamuis per Friderici Barbaroſſæ electionem peſtes hæ in Germania deſierint, in Italia tamen pertinaci ſtultitia permanſerint, & ſub Friderico II. Piſis agẽte & Alexandrum III. armis perſequente, mirificè inualuerint. Qui Pontifici fauebãt, Guelfi, qui Imperatori, Gibellini dicebantur. Apud Piſtorienſes primùm ea nominum factioſorum diſtinctione frequentata, ſerpſit hoc factionũ ſtudium adeò latè, vt nulla ciuitas, nullum oppidũ, nullus populus ea labe pernicioſiſsima manſerit intactus. Vrbs enim in vrbem, prouincia in prouinciam, populi pars in alteram, nulla impellente alia quàm harũ partium cauſſa, bella geſſere abinde vtque ad noſtra tempora. Nec modò diuiſa ſunt inſignia in prælijs deferenda: ſed colores terræ fructus, veſtium habitus, ipſe inceſſus, digitorum concrepitus, & oris hiatus, ſuarum habent partium ſignificationem. Nauclerus. Italię ruina.

Populus Romanus in partes diſciſſus, Vrſinæ

aut

Columnij & Vrſini.

aut Columniæ factionis ſtudia ſequi ſolet. Columnijs Sabellij vetuſtate familiæ & frequenti ſobole militarium iuuene potentes: Vrſinis verò Comites, cognomento Grapellij, claritate atq; opibus fermè pares, adhærent. Horum opibus Romani Pontifices, dum per varias temporum ac bellorum occaſiones licuit, ſemper infenſi, infeſtique fuêre: nihilque vnquam antiquius habuerunt, quàm alterutram factionem fouere, atq; alere eorũ controuerſias: vt cùm attritæ mutuis cædibus, atq; iacturis amborũ vires forent, ipſi poſtea deletis reliquijs, oppidis eorum Vrbi proximis potirentur. Romani etenim ſiue priſtini decoris ac antiquæ libertatis memores, ſiue vt ſunt naturâ turbidi atq; feroces, ſacerdotum imperia, quòd plerique eorum parum moderatè avareq; imperitent, æquo animo ferre non poſſunt. Propterea cùm iniurijs aut contumelijs exagitati fuerint, quò minus omni maleficio deſæuiant, neque vi, neque legibus, neque Pontificis auctoritate deterrentur. Cepêre aliquando atq; interemêre Bonif. IIX. quin & Eugenium IV. ſede atque Vrbe expulêre: alios palàm oppugnauêre armis, alios coniuratione facta, ac obſeſsis itineribus, in maxima vitæ atque amittendæ dignitatis pericula coniecêre. Iouius.

Vicecomites & Turriani.

Sub Friderico II. Mediolanẽſes in duas abiêre factiones: Nobiles Vicecomitibus, populus Turrianis fauebat. At pulſis Vicecomitibus, Turriani rerum potiti ſunt, quo ad Otho Vice-

comes

comes Archiepiſcopus Mediolanenſis exulum manu ſtipatus, victis ſepties Turrianis, eorumq; principe Napo ad vicum Decinium capto, ſibi ſuiſque reditum in patriam, poſteris imperium peperit. Iouius.

Circa annum Chriſti 1494. viguêre in Liguria duæ factiones, Adurnia atq; Fregoſia, ambæ populares & Gibellini nominis: ipſa enim ciuitas in nobiles & populares familias plebemque tripartitò diuiditur. Nobilitas duplici factionū morbo laborabat, nam patricij cùm ex profeſſo partim Guelfi eſſent, partim Gibellini, etiam Adurnium, vt Fregoſium nomen, pertinaci quadam inſania ſequebantur: accidebatque ſæpius, vt Guelfi Gibellinos, quos maximè odio habere conſueuiſſent, nouarum partium libidine cæci, acerrimis ſtudijs iuuarent: idq; propterea fiebat, quòd nobiles lege quadam antiquitus lata, ſupremum in ciuitate magiſtratum, qui ad ſolos Gibellinos pertineret, capere non licebat: plebs quoque, quæ mirum in modum incertis rumoribus ſeruit, incredibili mobilitate tumultum excitare, ad arma diſcurrere, atq; eodem nonnunquam die commutatis voluntatibus, modò his, modò illis fauere conſueuerat. Quibus de cauſſis effectum eſt, vt cùm diſcordiâ atque inteſtinis confecti malis, ſeſe regere non poſſent, diſſociatis animis, attenuatisque opibus, facilè veram libertatem amiſerint. Adurnij & Fregoſij.

Iouius.

L

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

DE LAVDABILI ITALORVM ERGA BONAS LITTERAS affectu.

ITali hoc præ cæteris Chriſtiani orbis gentibus peculiare habent, quòd mirifico ſcientiarum amore flagrent. Mitto nunc priuata ſtudia, in quibus fortaſſe Bàrbari, quos vocant, illis non magis ceſſerint, quàm cuiuis è Græciæ ſapientibus Anacharſis: publica verò eruditionis exercitia, quas vocant Academias, quæ in ſingulis fere vrbibus celebrioribus inter nobiliſſimos ciues, ſymbolã ſuam ſingulis, in ſumptus, ſi qui ſunt faciendi, annuatim cõferentibus, inſtituũtur: illa tanti ſunt facienda, vt ſi cum Galliæ, & Germaniæ nobilibus, quos, paucis exceptis, arma, pocula, choreæ, venationes, luſus tantum delectant, conferantur, barbaries nomine, illos merito videantur condemnare poſſe.

Nouę Academiæ nobilium.

Ortus Academiarum illarum incertus eſt. Videtur tamen, renaſcentibus in Italia litteris, ſub Coſmo Medice, litterarum Patrono, Florentiæ primò cœpiſſe, cuius æmulatione motæ ceteræ vrbes, Florentinorum Academicorum gloriam & æquare, & ſuperare, ſedulò contenderunt.

Hinc apud Neapolitanos Sereni & Ardentes, apud Senẽſes Inthronati, apud Papienſes Clauigeri, apud Patauinos Eleuati, Inflammati, apud Vicentinos Cõſtantes, ſunt exorti, ex ipſo vitæ inſtituto, aliud atq; aliud nomen ſuę ſcholæ imponentes. Zuing. Theatr.

DE

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

DE POPVLIS ITALIÆ.

ITaliæ populi ex Arcadibus, Traianis, Sicanis, Gallis, Græcis, Gothis, Hunnis, Vandalis, Herulis, Longobardis, Pœnis, Normannis miſti ſunt & confuſi. Itaque colluuies quædam omnium gentium de Italia triumphantium, in Italia fæcis inſtar reſedit, & pulcherrimam regionem ſibi parêre coëgit. Bodin.

Sed ex hac fæce ſpiritus generoſos admodum, ſummus ille Chymiſta Deus per multos iam annos elicuit. Spiritus generoſus ex fæcibus.

Primæ regni Italiæ origines à Longobardis inductæ, acceſsiones à Francis adiunctæ ſunt: quæ relinquuntur omnia, beneficio Germanorum debentur: qui rerum Italicarum potiti, vetera Francorum inſtituta magna ex parte retinuerunt, regnumque ipſum nouis inſtitutis ac legibus temperarunt. Sigonius.

DE SITV ET QVALITATE ITALIÆ.

ITalia inter plurima dona habet tria ampliſsima, quibus ad tantum maieſtatis faſtigium res Romana conſcendit. Vnum quidem, quòd inſtar inſulæ tuta in circuitu maria cuſtodiat, paucis exceptis partibus, quæ tamen inacceſſis, vti muro, montibus vallatæ ſunt. Secundum eſt maxima ex parte ipſius importuoſitas: & quod ſic vbi portus exiſtunt, magnitudine, & excellentia admirabiles adſtant, aduerſus ex- Portus Italiæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ternorum impetus commodi, nec minus ad inferendas incurſiones, quàm ad ipſam mercaturæ commoditatem, & abundantiam. Tertium aëris vniuerſi temperies, cui ſubiacet. Ad quam varietatem animalia, arbores, &, vt paucis ſimpliciter dicam, cuncta, quibus vtiliſsimus mortalibus victus ſuppeditatur, plurimam diuerſitatem habent, ſiue bonum, ſiue malum dixeris. Strabo.

Italię vrbes. Tempore Hadriani Imp. in Italia 1166. vrbes fuerunt. Ælianus.

Guido Rauennas, qui vixit circa annum Salutis 900. teſtatur ſua ætate ſolummodo 700. vrbes in Italia fuiſſe.

Blondus circa Annum Chriſti 1430. in Italia 264. veras & bene excultas vrbes numerat.

Leand. Albertus in ſua deſcriptione Italiæ, vrbes Epiſcopales numerat 300.

DE LIGVRIA.

LIGVRIA olim fuit quàm maxima, vt quæ Maſsilia ſe vſque ad Tyberim extenderit. Iam olim ab Ægyptijs, circa Iacobi Patriarchæ tempora habitata.

MONACO.

AD portum hunc, iuxta Strabonis ſentētiam, olim Herculis Monæci templum fuit famoſiſsimum. Locus ab Ægyptijs piſcatoribus antiquitus excultus.

Dictus

Dictus autem Monæcus, vel quòd pulſis omnibus illic ſolus Hercules habitauit: aut quòd in eius templo nunquam aliquis Deorum ſimul colitur. Cæſar ex Gallijs veniens, illac deſcendit in Italiam. Et Lucanus lib. 1. Vnde Monœcus.

Quaq; ſub Herculeo ſacratus nomine portus
Vrget rupe caua pelagus, non Corus in illum
Ius habet, aut Zephyrus, ſolus ſua littora turbat
Circius, & tuta prohibet Statione Monœci.

Nunc Genuenſium imperij terminus. Eum ſiue ſcopulũ, ſiue collem Fridericus I. Imp. Genuenſi populo mœnibus communiendum dedit. Blondus.

Non procul hinc in montibus conſpicitur Torbia, à Ptolomæo Trophæa Auguſti, patria Pertinacis Imperatoris.

VINTIMILIA.

VRbs Epiſcopalis ſub Genuenſium imperio, olim Intimelium, Plinio, Straboni, Ptolomæo & Antonino notum.

SAN REMO.

VRbs pulcherrima, ob fructuum excellẽtiam nobiliſsima.

CASTELLVM TABIA.

VIno claret, quod ſuauitate ſua nec Candiano, nec Cyprio cedit.

MORISO.

POrtus vetuſtiſsimus, aliàs Portus Mauritius dictus. Prope ibi Vallis Oneglia, longe fertiliſsima, & Andoria Caſtellum pulcherrimum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ALBENGA.

OLim Albitaunum, & Albium Ingaunum, vrbs antiquiſsima & celeberrima in planicie ad fluuium Certum ſita, Epiſcopatu, & pulcherrimis ædificijs claret. ſocia fuit Magonis Amilcaris filij contra Romanos.

Anno 1175. Piſani hanc vrbem occuparunt, & abductis ciuibus Piſas, incenderunt. Poſtea verò auſpicijs Alexandri III. Pont. & auxilio Genuenſiũ inſtaurata. Patria, vt Eutropius & Spartianus annotarunt, Proculi, qui Ann. Salut. 283. Imper. inuaſit.

Fruitur aëre non adeo ſalubri ob cannabis macerationem, hinc prouerbium:

Albenga piana, ſi foſſe ſana,
Si dimandarebbe ſtella Diana.

NOLI.

POrtus & vrbs Epiſcopalis, olim à mercatoribus ditiſsimis habitabatur, & Naulum dicebatur. Exemplum diuinæ vindictę ob nefariam auaritiam, qua inducti eius mercatores Turcis Chalybem, ferrum, & omnis generis arma, contra Chriſtianos vendiderant, ſpretis omnibus pij Epiſcopi dehortationibus.

SAVONA.

OLim Sabbatia, à Senonibus Gallis exſtructa, vrbs munitiſsima & pulcherrima, varios experta Dominos, belli Punici tempore Magoni,

Magoni, in conſeruandis ſpolijs, & bello contra Romanos amica, portu vtitur non vulgari, ſed non adeo tuto, vt quem Pyratæ nonnunquam inuadere ſoliti fuerint.

Hypomnemata.

Genuenſes libertati Gallico præſidio deiecto, per Andream Auream ciuem ſuum reſtituti, vt benè multatos Sauonenſes relinquerent, in eorum portu duo magna nauigia plena ingẽtibus ſaxis, demerſerunt, vt victis & æmulis, omnem eius portus opportunitatem adimerent, impoſita etiam grauiori pœna, ſi portum repugnare vllo vnquam tempore tentauiſſent. Iouius. Partus deuaſtatio.

Petrus Riarius Sauonenſis, Cardinalis, Sixti IV. ſpurius, Heleonoræ Aragoniæ, cùm Ferrariam Herculi Eſtenſi Duci nupta proficiſceretur, conuiuium Romæ fecit: quod propter ferculorum numerum, quæ precioſis atq; delicatiſsimis cibis conſtabant (inter quæ ludi inſignes plurimis interuallis edebantur) horas ſeptem perdurauit: architriclinique in eo, atque miniſtri omnes, ſæpiùs, vt conuiuij magnitudini reſponderent, amictum pro ferculorum genere mutauêre: populoque ea ex cibis ſpargebantur, quæ de menſis auferri cõtingebat. Fulg. lib. 9. cap. 1. In eo conuiuio XX. aureorum millia conſumſit. Brutus lib. 5. Hiſt. Flor. Cardinalis luxus.

Ferdinandus Magnus Aragoniæ Rex, poſt generi ſui Philippi Maximiliani I. Imp. F. mortem Caſtellæ adminiſtrationẽ repetiturus, Ann. Sal. 1507. è regno Neapolitano diſcedens, Sauo-

Duorũ regum congreſſus.

nam, vbi cũ Galliæ rege Ludouico colloquium erat conſtitutum, nauigauit. Galliæ verò rex, qui hanc ob cauſſam in Italia hæſerat, quam primùm illum Neapoli ſoluiſſe cognouit, ſe Mediolano eò contulit. In hoc congreſſu omnia vtrinque libera, & raræ fiduciæ plena fuerunt: & talia, vt poſt hominum memoriam, nullo in congreſſu ſimilia fuerint. Quoniam cæteri principes, inter quos aut æmulatio, aut veteris iniuriæ, aut ſuſpicionis cauſſæ erant, ita conueniebant, vt neuter in alterius poteſtatem venerit: hîc autem omnia ſecus. Nam quamprimùm Aragonia Claſsis ad Sauonenſem portum appulit, Galliæ rex, qui ea conſpecta, in portus molem deſcenderat, per ligneum pontem, ad id exſtructum, cum paucis è ſuis, & abſque cuſtodia, in regiæ triremis puppim tranſijt: vbi incredibili lætitia à rege & regina nepte ſua acceptus, cùm aliquandiu iucundiſsimis verbis inter ſe confabulati eſſent, per eundem pontem egreſsi pedibus, non mediocri per ingentem virorum ac mulierum, qui ex omnibus vicinis locis concurrerant, multitudinem tranſeundi difficultate, vrbem ſunt ingreſsi, & ibi per triduum occultiſsima habuerunt colloquia, vt euentus indicauit, belli potiſsimùm coniunctis viribus, conciliato Maximiliano Cæſare, Venetis inferendi. Guicciard.

Magna vtriuſq; regis humanitas.

Sauonâ duabis leucis diſtat Albiſola, inde tribus leucis Calle, & alijs tribus caſtellum celeberrimũ Viragine, ſeu Voragine, vnde prodijt Iacobus

Iacobus de Voragine Archiepiſcopus Genuenſis eruditiſsimus.

Hinc petitur Corneglia, à Cornelio Romano olim exſtructa, hodie nobilibus Spinulis paret.

Inde tranſitur vallis amœniſsima, à præterlabente fluuio Porcifera, vt illum Plinius vocat, Pozzeuera, Valle di Pozzeuera dicta.

In vallis huius vicinia conſpiciuntur magnifica illa Palatia Genuenſium, San Pietro di arena, vulgo nominata.

GENVA.

VRbs hæc celeberrima in loco admodũ ſaxeo exſtructa eſt, olim à Magone occupata.

Genuę primam mentioné facit Liuius lib. 21. ubi P. Scipionem dicit cum admodum exiguis copijs Genuam repetijſſe. Et lib. 29. dicit, Lucretio prorogatum imperium vt Genuam oppidũ in Magone Pœno deſtructum exædificaret. *Genuæ antiquitas.*

Poſt quæ tempora Romani Liguribus Genuenſibusque amicioribus vſi fuerunt. Ea tamen multitudiné conſiderans Coloniarũ, quas Romani per omnia penè Italiæ loca deduxerunt, mirari ſoleo, nec Genuam, nec aliũ quempiam in Liguſtinis locum pro Colonia captum fuiſſe: quod à ſitus ſterilitate, quam milites horruerint, ctediderim proceſsiſſe. Blond.

Paruit Longobardis ab ann. Sal. 660. vſque ad Carolum magnum.

Paſſa eſt à Saracenis Lanienam & captiuitatem Anno Sal. 935.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Tempore Friderici I. Imp. ſuos habuit Conſules, & Senatores, cum Prætore.

Commiſit ſe fidei Ioannis XXII. Pont. & Roberti Regis Siciliæ, ann. Sal. 1318.

Ann. Sal. 1464. ſubiecit ſe Franciſco Sfortiæ Mediolanenſi. Ann. 1499. Ludouico XII. Gall. rege, qui Caſtellum La Briglia exſtruxit, dicens, Io voglio imbrigliare talmente queſt' ardito, & gaillardo cauallo, che per l' auenire non poteſſe ricalcitrare al ſuo patrone. Quinquennio poſt Iulii II. Pontif. & Venetorum auxilio Gallorum iugum excuſsit.

Hypomnemata.

Aemulatio & inuidia.

Veneti & Genuenſes, duo illuſtres populi, ac re maritima præpotentes, æmulatione & mutuis officijs eò venerunt, vt aperto inter ſe bello decertarint. Diſcordiæ cauſſa ex inuidia orta eſt. Genuenſes iam inde, ex quo Creta Inſula Veneto nomini ceſſerat, nunquam cogitare deſtiterunt, qua vi, quave arte Venetos ex illius poſſeſsione deturbarent. Vix erat adhuc Veneto præſidio firmata, cùm per homines ſuæ gentis, aliquot ad id nauibus inſtructis, ſollicitare adorti ſunt eius Inſulæ ſtatum. Verùm Gregorij IX. auctoritate inducias in nouem annos inter ſe duo populi pacti ſunt, quæ vt inuiolabiles eſſent, interpoſuit Pontifex anathematis edictum, quo vtriſque cauebatur, ne illis tenentibus vis vlla fieret. Aňo tandem 1258. in apertum bellum ſimultas erupit, ob templũ Diuæ Sabæ, Ptolemaide. Sabell. & Platin.

Petrus

Petrus Fulgoſus Genuenſis Claſsis Admiratus, aduerſus Cyprios partâ victoriâ atque in poteſtatem redacta vrbe Famaguſtâ in Patriam redijt: Ei Genuenſes præter prædæ partem, decem aureorum nummûm millia addidêre, cum immunitate perpetua. Decreto quoque edito, vt in poſterum quotannis omnes vrbani Magiſtratus in victoriæ memoriam, religioni Minorum pallium perferrent, qui ex Petri recta linea perferendo muneri intereſſent, omnes, poſt Principem ciuitatis eo die anteirent. Fulgoſ. lib. 5. cap. 2. Strenitatis præmium.

Ann. Sal. 1284. cùm bello inter ſe Genuenſes atque Piſani decertarent, Genuenſes, captis duabus Piſanorum triremibus, cum Syracuſis in Sicilia appropinquaſſent, atque per noctem extra vrbis muros Triremium patronos in furcis ſuſpendiſſent, reliquam naualem turmam vendiderunt, pretio in ſingulos vnius cæpæ conſtituto, eam ignominiam longe grauiorem quàm ipſam mortem arbitrati. Fulgoſ. Genuenſium in Piſanos odium.

In vrbe Genua, Duce Iohanne Morta, cùm inſtituere claſſem neceſſe eſſet, neque ad inſtruendã claſsẽ è publico pecunia vlla in promtu eſſet, edictum propoſitum eſt: Si quis tunc priuata pecunia onus inſtruendæ claſsis ſubire vellet, intra breue tempus ei pro impenſa; quæ facta foret, ciuitatem ſatisfacturam. Ea re moti, nouem & viginti Ciues plebeij, quorum primarius Simon Vignoſus fuit, ſinguli ſingulas

triremes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Quorundā ciuium in patriā prōtitudo.

triremes inſtruxerunt priuata pecunia. Cùm autem poſtea per Cycladas nauigarent, in publicam expeditionem, propter quam inſtructæ fuerant, non amplius neceſſariæ, quia eâ tempeſtate Chius Inſula à Græcis tenebatur, petere eam, atque ſub patriæ Imperium redigere decreuerunt. Eo quoque tempore: In Orientem Viennenſis Delphinus tendebat. Qui cùm Genuenſem claſſem Chium petere velle intelligeret: Simoni dena aureorum millia annua, & alijs triremium Dominis triginta millia, ſemel tantùm obtulit, ad reſarciendam impenſam, quam in claſſem fecerant, ſi ei, vt inſulam illam peteret, permiſiſſent. Quanquam omnibus ipſis integrum eſſet, (neque enim amplius ciuitatis nomine claſsis tenebatur) conditionem, quæ offerebatur accipere, tamen propter patriæ vtilitatem, Delphini poſtulata abnuerunt, & in Chium profecti ipſi Inſula, vrbis Genuæ auſpicio potiti ſunt, Salutis Inſulæ prouentus ſibi, ad impenſam quam fecerant, reſarciendam. Fulgoſ. lib. 5. cap. 6.

Venetias obſident & premunt.

Genuenſes cum Ludouico Rege Hungariæ, Franciſco Cararienſi Principe & Aquileienſis Antiſtite fœdere inito, Clodiâ captâ, Venetam vrbem arctè obſidebant. De pace per legatos agi cœptum, quibus licet mandatum eſſet, quantumuis iniquis conditionibus, pacem non reſpuerunt: tamen tot & tanta vndique petebantur, vt ſi quadruplo maiores fuiſ-

ſent

ſent Venetorum opes, quàm eâ tempeſtate e-rant, vix hoſtium auaritiam explere potuiſſent. Hoſtibus omnia Veneto adimentibus, & vt planè apparebat, nil victo præter vitam reli-cturis, quam muneris etiam loco conceſſam videri volebant: dolore quem ignominiâ affe-cerat, in iram verſo, decreto Patrum iuben-tur Legati in ea actione abſtinere, atque ita in-fectâ re, domum confeſtim redire: Ergo mu-tatâ fortunâ Genuenſes Clodiæ obſeſsi, x. poſt menſe turpiſsimam deditionem coacti ſunt fa-cere. Sabell.

Lamba Auria, Præfectus Genuenſium claſ-ſis, captiuas triremes cæſosque qui in mare è more proijciebantur recenſens, Andreę Dan-duli, Venetæ claſsis Imperatoris corpus ad Curzulam delatum, inſigni funere tumulauit, ipſeque cum nauium Prefæctis omnium adeſ-ſe voluit: Licet ipſe eo in prælio amiſiſſet, quem gregatim projici cum alijs iuſſerat. Ful-goſ.

Alfonſus Siciliæ & Aragonum Rex, Boni-faciam vrbem in Corſica Inſula (quam olim Syracuſanum portum vocabant) Genuen-ſium Coloniam arctâ premebat obſidione. Ge-nuenſes ſuis auxilia miſêre, An. M. CCCCXXI. in portu ipſo acre prælium nauale committi-tur. Alfonſi nauis vna, caput rotundum di-cta, arcis inſtar, Genuenſibus plurimum ne-gotij exhibebat. Andreas igitur Mergus, Ge-nuenſis, cui profundum maris petere, & ſi

Prælium nauale in Corſica.

quid

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

quid peſſum cecidiſſet, ſurſum referre, ludus ac iocus erat; Ioannis Campo Fulgoſi Ducis iuſſu, in medio pugnæ ardore, galea tectus, & breui cultro accinctus, clàm ſe in mare præcipitem dedit, & ima petens; illius maximæ regiarum nauium funes anchorarios nullo negotio præcîdit. At vaſta illa moles, quam duæ hoſtiles naues ita vrgebant, vt vix ſiſti anchoris poſſet, vbi omni retinaculo ſoluta eſt, fluitare primùm, deinde proram aliò vertere, poſtremò ſemel motæ, alias quoque naues ſecum trahere cœpit, ita vt Alfonſus retrocederet, & Genuenſes Bonifaciam tutò ingrederentur. Iacobus Bracellus lib. 1. bell. Hiſpan. & Fulg. lib. 7. cap. 4.

Elegans factum.

Franciſcus Marcheſius I. C. à Genuenſibus ad Galeacium Mediolanenſem Ducem orator miſſus, cùm difficilem ad eum haberet aditum, die S. Iohannis Galeacio munus baſilicæ herbæ vas plenum miſit. Dux Franciſcum ſtatim acciuit, vt miſſæ herbæ cauſſas intelligeret. Franciſcus omiſsis ijs, quæ à Genuenſibus mandata erant, paucis explicauit: Ego, Princeps, Genuenſium ad te orator veni: quorum ingenia baſilicæ herbæ perſimilia ſunt: leuiter tacta, ſuauem perfundunt odorem: contrita, ſcorpiones procreant. Hac parabola adeò Principis animum promouit, vt qui anteà nullis flectebatur rationibus, tum æquas aures in poſterum præberet. Fulgoſ.

Genuen-

Genuenſis quidam nauarchus Anglico bello Gallis militans, geſtabat ſcutum, in quo bouis caput depictum erat. Conſpicatus hunc Gallicus nobilis, cùm illud armorum inſigne ſibi vendicaret, ortâ altercatione, Gallicus Ianuenſem ad certamen prouocauit. Ianuenſis, acceptâ conditione, in campum ad certamen nullo apparatu deſcendit: alter autem multis impenſis ornatiſsimus in campum conſtitutum venit. Tum Ianuenſis: Quid eſt, inquit, propter quod certaturi hodie ſumus? Ille, aſſero, inquit, tua inſignia mea meorumq́ue priuſquam tuorum fuiſſe. Et Ianuenſis; Quænám ergo tua ſunt? Caput bouis, ait. Hîc Ianuenſis, Non eſt opus certamine aliquo, inquit, nam hoc quod porto, non bouis, ſed vaccæ eſt caput. Poggius in facetijs.

Contentio de ſcuti pictura.

Genuenſes Lanfrancum Barbarinum maritimarum copiarum Ducem, cùm ſeptem triremium Præfectis antè domibus magno auri pondere, ac præterea exilio mulctârunt, quòd in Sicilia à Venetis quatuor ac viginti triremibus, cùm ipſe ſeptem & viginti haberet, nullo antè tentato prælio, in terram deſcendens, fuerit ſuperatus. Fulgoſus.

Puſillanimitas punitur.

Ludouicus duodecimus exules Genuam reducturus, Genuenſes obuiam ſibi egreſſos magna clade repreſsit, factaque deditione, Anno 1507. Genuam eſt ingreſſus armatus;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

tus. Verùm ſupplici obſecratione omnium ordinum delinitus, Rempubl. mille auri libris multauit, & munitionem apud Codifenſem turrim ædificari iuſsit: quæ quia totum portum, & partem ciuitatis perdomare poteſt, non immeritò Briglia, hoc eſt. Fænum nuncupatur. A Genuenſibus monetis antiqua ſigna remouit, & ſuum in poſterum imprimi iuſsit, quo abſolutum in eos ſe imperium habere declararet. Securi percuſsit Paulum Novium, paulò antè Genuenſium Ducem, qui dum Piſis Romam nauigaret, à quodam Corſo, qui eius miles fuerat, deceptus, Gallis venditus fuit. Guicciard. lib. 7. Hiſt.

La Briglia.

Antonius Spinula à Genuenſibus Corſicæ Præfectus, cùm datâ fide, in conſilium ac ſimul in conuiuium multos Corſorum Principum vocâſſet, contra datam fidem caput omnibus ademit. Cuius perfidiam etſi Genuenſes nequaquam probârunt, minimè tamen vlti ſunt; quoniam veneno à Corſis ſublatus, nunquam in Patriam reuerſus eſt. Fulgoſ.

Perfidiæ præmium.

Genuenſes, populi rerum quondam geſtarum gloriâ & maris imperio clari, cùm Venetis dominatum & vrbem ipſam penè ademiſſent: tandem ab illis fracti ſeipſos primùm Carolo VI. Gallorum Regi, deinde Mediolani Vice-comitibus ſponte dediderunt. Quibus temporibus cùm Fregoſij & Adurnij Rempub. in partes diſtraherent, plebs, arreptis armis, patricios omnes eiecit: Tribunos plebis octo crea-

Fortunæ inconſtantia.

creauit: præſidia Gallorum expulit: arcem vi recepit: Ducem fullonem creauit, quem poſtea Ludouicus XII. egit in crucem, & vrbe expugnatâ, ciues grauiſsimè multauit. Sed cùm Inſubria Carolo V. Imp. ceſsiſſet, Andreas Dorias, à Gallis ad Carolum ſe recipiens, Remp. omni bellorum ac tyrannidis metu liberatam, quaſi Aratus aut Lycurgus alter, optimis legibus ac inſtitutis informauit. Optimatum Imperium, quod antè populare fuerat, vel potius plebeium, ex generis antiquitate opibus ac ſplendore inſtituit, & in Tribus, octo ac xx. diuiſit, ſublatis partium nominibus, quæ Rempubl. perturbarant. Iohan. Bodin.

Andreas Aureus Genuenſi Vrbi, varias viciſsitudines imperij ſub Fregoſijs & Adurnijs expertæ, quorum hi Gallorum partes, illi Cæſarianorum ſequebantur, libertatem reſtituit; ea propter populus vniuerſus, præclarâ, ideoque perenni gratiſsimorum animorum teſtificatione, legem rogauit, quam Decuriones cunctis ſuffragijs ſanxerunt, vt Aureæ ſtatua Coloſſeæ magnitudinis è Lunenſi marmore decerneretur, locareturque Redemtori, cuius baſi his verbis titulus inſcriberetur, ANDREÆ AVREÆ CIVI OPT. FELICISSIMOQVE, VINDICI ATQVE AVCTORI PVBLICÆ, LIBERTATIS, SENATVS POPVLVSQVE GENVENSIS POS. Iouius. *Genuæ liberatio.*

Anno 1139. Genuenſes à Conrado tertio Germanorum Rege pecuniæ ſignandæ ius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

impetrârunt. in hunc vſq; diem accepti beneficij monumento nummos aureos ipſius Conradi Regis nomine ſignant. Placentini etiam ius ſignandæ pecuniæ à Conrado obtinuêre. Sigon.

Luchinus Viualdus Genuenſis, iuuenis opulentus Genuenſem matronam fruſtra deperibat. At cùm non haberet vnde ſibi filijsq; aliméta pararet, miſit qui Luchinum ad colloquiũ inuitaret. Lætus Luchinus, veniſſe tempus arbitratus amata potiundi. Mulier pedibus eius prouoluta manantibus lacrymis, dixit: Mentem quidem ſibi ſemper fuiſſe, vt inuiolatam fidem coniugi ſeruaret; ſed extrema inopia preſſam, victamq; paruulorum pietate liberorum, quos fame iam confectos videbat, cogiſſe, vt ſuam filiorumq; vitam eius miſericordiæ commendaret: Quibus verbis auditis Luchinus, amore in pietatem conuerſo, ne manu quidem mulierem contigit, ſed ſtatim domum reuerſus, omnia vxori narrauit, atq; per eam mulieri pecuniam, & cætera ad victum neceſſaria miſit. Fulgoſus.

Paupertas magna tẽtatio.

Carolus V. Cæſar, cùm intercedente Andreâ Auriâ arcem Genuæ imponere, h.e. iugum ceruicibus ciuium, non liceret; Genuenſium pecuniam, quâ ferè illorum opes continẽtur, mutuo ſumſit, eamq; graui fœnore pauit. Sicq; hominum quæſtus dulcedine electorũ opes ſenſim ad ſe contraxit, & vrbem in ære ſuo, h.e. ciuium ſtudia in poteſtate habuit. Thuan. lib. 61.

Hiſpani apud Genuenſes potentia.

Et

Et hodie hoc reſpectu liberiùs Genuenſibus quàm Mediolano imperare Hiſpaniorum Regem aſſerit Thomas Campanella: cùm Genuæ nihil publicè decernatur, niſi volente & ſciente Rege: verentibus ciuibus, ne ſi ſecus faciant, poſſeſsionibus & reditibus, quos in Hiſpania habent ampliſsimos, ſpolientur.

Sanctus Crater Genuæ in ſacrario templi maximi religioſiſsimè cuſtoditur: refertq; immenſi precij ſmaragdum hexagonam, eſcariæ patinæ modo cauatam. Partum id fuit antiquitùs ex Syriaca victoria: & ad publicum ciuitatis decus Diuo Laurentio conſecratum. Iouius in Conſaluo. Sanctus crater.

Cùm filius Principis Doriæ, cum ſponſa ſua, Columna, recreandi animi gratia Loanum, ſuæ ditionis caſtrum, nauigare vellet, triremem iuſſit præparare. Impoſitis Sclauis, ſeu Barbaris captiuis remigibus iter inſtituitur. Cumq; iam in mari eſſent, conſpirantes inter ſe remiges, Doriam cum triremi in Barbariam abducere decreuerunt. Sed cùm longè proceſsiſſent, ecce contrarius ventus tam vehemens exortus eſt, vt fruſtra illis operi incepto incumbentibus, triremis Genuam ventorum vi repulſa ſit, vbi conſpiratione detecta, Barbari omnes diminuti ſunt, & Doria ſingulari beneficio Dei periculũ euaſit, Anno 1593. menſe Februario. Mancipijs nunquam fidendum.

Laudabile eſt Genuenſium inſtitutum, apud quos quinque viri ſunt, Syndicatorũ nomine: quorum officiũ eſt, in omnes Magiſtratus, finito

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

officio, inquirere, & in malè geſtæ Reipubl. damnatos animaduertere. Theſaur. Polit.

Cauetur Zenonis lege, vt prouinciarum pręſides, alijq; Magiſtratus, poſt depoſitam adminiſtrationem, quinquaginta dies in loco, quo Magiſtratum geſſerunt, permaneant, vt pateat omnium facultas, ſupra rapinis aut concuſſione, alijsq; criminibus conueniendi illos.

DE GENVENSI LITTORE.

VOcatur littus hoc Riuiera di Leuante, quẽadmodum Maſſilienſe, Riuiera di Ponente. Ad inſtar ſuburbanæ Prouinciæ oppidis, & caſtris excolitur, Neruio, Buliaſco, Sori, vel Soli, Recca, Cameglio, Porto Fino, olim dicebatur Portus Delphinus, ab huiuſmodi piſcium illuc obuerſante frequentia, Lauagno, cui Nobiles Genuenſes da Fliſco dominantur; Seſtro, Leuante, Monte Roſſo, Vernaza, Manarola, generoſiſſimis in ſaxoſis collibus vineis nobiliſſima oppida ſunt, quarum Plinius ob meri excellentiam meminit.

DE HETRVRIA.

REgio hæc fertiliſſima à fluuio Magra, ſe ad Tyberim vſque extendit, à Septentrione Apenninum, & à Meridie mare habet Liguſticum. Metropolim habuit Vetuloniam, de qua Silius Italicus lib. 8. ita ſcribit:

Mœonia

Mœoniæ decus quondam Vetulonia gentis,
Biſſenos hæc prima dedit præcedere faſces,
Et vinxit totidem tacito terrore ſecures:
Hæc altas eboris decorauit honore curuleis
Et princeps Tyrio veſtem prætexuit oſtro:
Hæc eadem pugnas accendere protulit ære.

Arcadij & Honorij tempore Gothi & Longobardi Hetruriam inuaſerunt, eandemque ad Caroli magni vſque tempora poſſederunt: qui illam inter Pontificem & filium diuidit, cui Aretium, Florentiam, Volaterras, Piſas, Lunam, Lucam & nonnullas alias nobiliſsimas vrbes attribuit. Iacuit aliquandiu tota Hetruria tota deſerta, cùm videlicet Vngari circa Ann. Salut. 940. illam inuaſiſſent, incendiſſent, & incolis ſecum abductis ſpoliaſſent. Barbarorũ inuaſio.

PORTVS VENERIS.

VRbs elegans in colle ſita, olim templo Veneris clariſsima, portu ſatis opportuno vtitur.

LVNA.

INculta iacet, olim potens & magna, à Romanis, Carthaginenſis belli tempore Colonia facta, & ob portus commoditatem plurimum exculta fuit, quæ tamen circa Iulij Cæſaris ætatem non adeo amplius floruit, vt ex Lucani verſibus conſtat:

Hæc propter placuit Thuſcos de more vetuſto,
Acciri vates, quorum qui maximus æuo
Aruas incoluit deſertæ mœnia Lunæ.

De portu ita ſcribit Strabo lib. 5. Lunæ vrbis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

in Hetruria maximus & pulcherrimus portus eſt, multos intra ſe portus amplectens, magnæ profunditatis vniuerſos, vſq; adeo vt omnium qui maris teneant imperium, facile fieret receptaculum. Celſis montib. portus ipſe circumcluditur, qui proſpectum longè pelagi præbeant. Nam & Sardiniæ & magna littoris vtriuſq; pars cernitur. Tanta verò candidi & varij lapidis lucidiſsimi ac talis effoſsio eſt, vt vnico integræ ſaxo tabulæ, atq; columnæ præbeantur.

Lunenſis portus.

Silius Italicus portum Luneatem mirificè extollit, canens:

Tunc quos à niueis exegit Luna metallis
Inſignis portu, quo non ſpatioſior alter
Innumeras cœpiſſe rates, & claudere Pontum.

Martialis Caſeos & bonitatis & magnitudinis ergo commendat:

Caſeus Hetruſcæ ſignatus imagine Lunæ
Præſtabit pueris prandia mille tuis.

Normannorum in Italiam nauigatio.

Anno Chriſti 857. Normanni Liguſticum mare ingreſsi, Lunam Ciuitatem Italiæ primã habuerunt in conſpectu. Ibi cùm Romam ſe videre putarent, Haddingus Dux, incredibili deſiderio illius euertendæ ardens, in vrbẽ miſit oratores commeatum petẽtes & hoſpitium: ſimul etiam prætexentes principis ſui morbum, qui ante obitum Chriſtianis ſacris initiari cuperet. Nec mora, benignè à Lunenſibus ſuſcipiũtur. Paratis omnibus, aduenit Princeps Haddingus, baculo innixus, morbum ſimulans Magnus

gnus ordo præibat iuuenum honeſta facie, & veſte; maior ſtipabat numerus militum & præfectorum. Ventum eſt ad Baptiſterij locum. Ibi ſolemni ritu ſacris initiatus eſt. Speculatus vrbem, redit ad naues, manibus deportatus famulorum. Proxima luce fama ſpargitur, morte functum principem, ſimulatur luctus in toto exercitu, locus poſcitur ſepulturæ in templo, viro principi, qui præclara legata Eccleſijs fecerit, arma & equũ cum auro plurimo, & gemmis.

Parantur in vrbe regio more funeralia. Feretro armatus imponitur: omnis exercitus Principem ſuum ad tumulum conſequitur. Pontifex ſacris indutus, diuinum peragere parabat officium. Feretrum deponitur auro fulgens, operimentum detrahitur. Armatus exſurgit Haddingus, dat ſignum militibus. Primus ipſe gladio ferit aſtantes. Direpta ciuitate, captiui in naues cum præda deferuntur: vrbs incenditur. Haddingus prædâ onuſtus reuerſus in Franciam: inito cum rege Francorũ fœdere, Carnotum cum vicinis agris accepit habitandum, vt in reliquum Regi militaret, Chriſtianis ſacris initiatus, vſq; ad tempora Rollonis, qui poſt omnem Neuſtriam de ſuo ac ſuorũ nomine Normanniam appellauit. Crantzius.

Deteſtabilis proditio, & perfidia.

SARZANA, MASSA & Carrara.

VRbes hæ elegantiſsimæ ex ruderibus veteris Lunæ prodierunt. Nicolai Quinti Pont.

Nicolaus V. gratus in patriam.

patria, ab eodem muris cincta, & veteri Lunenſi Epiſcopatu donata, à Genuenſibus præſidiario milite contra finitimorum irruptiones defenditur.

Maſſa & Carrara Marchioni Malaſpinæ Genuenſi parent; de marmore Carrarienſi Faccius Vbert. canit.

E vedemmo Carrara oue la gente
Troua il candido marmo in tanta copia,
Che aſſai n' haurebbe tutto l' Oriente.

Plinius ait lib. 36. cap. 15. inter plurima alia Italiæ miracula, ipſa marmora in lapicidinis creſcere, auctor eſt Papyrius Fabianus naturæ rerum peritiſsimus: Exemtores quoque affirmant, compleri ſponte illa montium vlcera. Quæ ſi vera ſunt, ſpes eſt, nunquam defuturam luxuriam.

LVCA.

LVcium Lucumonem nobilem illum Hetruriæ regem authorem & Conditorem habet, à Romanis Colonia facta, & à Deſiderio Longobardorum Rege, muro ex quadrato lapide eleganter munita, à Rhodolpho I. & Carolo IV. pecunijs libertatem redemit.

Caſtrucius Caſtrocanis Lucenſis Princeps, Anno Sal. 1326. Lucam vrbem triumphali curru, Raimundo Florentinorum Duce captiuo præeunte, ingreſſus eſt. Egnat.

Hypomnemata.

Ann. Sal. 1258. cùm in Syria propter priuatas contentiones, quibus nulla adhibita fuerant

remedia,

remedia, inter Genuenſes Venetosq́ue graue bellum ortum eſſet, non ſine Genuenſium detrimento, quòd eodem tempore Piſani quoque hoſtes erant. Lucenſis ciuitas Oratores Genuam miſit, qui marcarum auri duo millia Genuenſibus dono offerrent: rogantes, ne munus Genuenſes, ſed animos mittentium inſpicerēt; eoq́ue interim auro vterentur, dum Lucenſes aliam quoque pecuniam pararent. Genuenſes hilari vultu Lucenſium munus poſtridie integrum Oratoribus reſtituerunt, atque vt ad grauiores caſus eam ſeruarent, hortati ſunt. Fulgoſ. Lucenſium in Genuenſes amor.

Eo bello quod Florentini contra Lucenſes geſſere, magnam ſibi gloriam Lucenſes & nomen apud populos Italiæ omnes compararunt. Preſsi enim graui ac diuturna obſidione, perpeſsi rerum omnium inopiam, lignandi copia nulla, ſorte ductis ciuium nominibus, quorum ædes in vrbe haberentur, eas demoliti, tignis cæteraq́ue materia lignorum vice vſi feruntur. Brut. hiſt. Florent. Lucenſium prudentia.

Lucius III. Pont. vt ſuos ciues Lucenſes eximio aliquo beneficio inſigniret, tantam ſibi dignitatem, miſſa ad ſe legatione honeſtiſsima gratulantes, ius Friderico Imp. aſſentiente indulſit, vt pecuniam cuderent, Tuſciæ, Marchiæ, Romaniæ, Campaniæq́; communem. Sigon. Monetæ priuilegiū.

Paulus Guiniſius, ex priuato ciue patriæ ſuæ Lucę factus tyrannus, inter opulentiſsimos Italiæ principes habitus eſt. Cùm bello tota Italia arderet, is in ſumma pace ac rerū ſuarum quiete

verſabatur. Triginta iam annos Lucæ rerum potitus, cùm liberos adultos haberet, militari arte præſtantes, ad omnes fortunæ caſus ſatis ſe munitum tutumque arbitrabatur, cùm repentè à populo Florẽtino bellum eſt illatum. Sed cùm ſubſidio ei Philippus Mediolanenſis Dux Franciſcum Sforciam miſiſſet, ortâ ſuſpicione, tanquam cum populo Florentino Paulus de vendenda ei Luca ageret, captus à Franciſco cum liberis ac fortunis, Mediolanum miſſus, in arce Medœcienſi, tetro carcere conditus, miſerè vitam finiuit. Filijq́ue tandem liberati, vitam per omnia extrema traxerunt. Aurum quod Venetijs à Paulo, cùm felix eſſet, vt ad grauiores caſus ſubſidio foret, depoſitũ erat, Veneti inuaſerunt: quia quibuſdam in rebus à Paulo violatam fidem eſſe criminabantur. Fulgoſ.

Lubrica Tyranni fortuna.

Caſtrucius Caſtracanis Lucenſis Tyrannus, cùm diſpenſatorem ſuum, Lippum nomine, de ſuo locupletatum noſceret, non paruam pecuniam ab eo per ludum exigere cupiens, ſubmiſit, qui ad eum tunc abſentem pergeret, & domini verbis pecuniam flagitaret. Stetit in dubio diſpenſator, literas Caſtrucij non videns, quamuis id varietate negotiorũ, quod in illo viro veriſimilimum erat, omiſſum diceretur. Statuit tamen inconſulto Domino nihil agere. Cuius voluntatẽ cùm per litteras exquireret, ille ſcripſit tam ambiguis tamq́; ſupplicibus verbis, vt licet ſuperficie affirmationem claram continere viderentur, introrſus tamen ad vtrumlibet flecti poſſent.

Sic ars illuditur arte.

poſſent. In fine verborum addidit: vt petitam ante pecuniā numeres, omnino volumus. Hoc autem tanta primæ litteræ confuſione ſcriptum erat, vt non magis nolumus quàm volumus legi poſſent. Lippus litteras Domini iubētis, cum verbis nuntij petentis conferens, pecuniam numerauit. Interiecto tempore cùm rationem redderet, negabat Caſtrucius iuſſu ſuo traditam pecuniam. Lippus litteras manu eius ſcriptas proferebat. Caſtrucius illas relegens, ſuas quidem non negare, ſed omnia aduerſus illius ſententiam interpretari. Et cùm ad finem perueniſſet, ſine vlla hæſitatione legit, & non volumus. Intertexit ludum Lippus, & ſubridens ſiluit. Petrarcha.

PISÆ.

VRbs antiquiſsima, vt quæ à Neſtoris ſocijs poſt bellum Troianum condita ſit.

A Romanis Colonia facta, & multis priuilegijs donata.

Auxilio Genuenſium Corſicam ſubegit, relicta ſocijs præda.

Carthaginem occupauit, eiusq́ue regem Romam ad Pontificem deduxerunt, Ann. Sal. 1030.

Ex aliquot bellis contra Genuenſes victoriam deportauit.

Gallos iuuit in occupatione terræ ſanctæ.

Gelaſius III. cùm Henricum III. Imp. fugeret, Calixtum II. in reditu ex Burgundia, à quo Sardiniæ inueſtiturum acceperant, & Innocen-

tium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

tium II. Pontifices in fuga ſua, honorificentiſſimè ſuſcepit.

Pandectæ. Pandectas Conſtantinopoli adportauit, quibus nunc Florentia gaudet.

Salernum obſidione preſſit.

Friderico II. Imp. fideliter adhæſit, & in eius gratiam aliquot Prę́ſules, qui ex Gallia Romam ad concilium contra ipſum indictum, deſtinabat, ad Maioricam intercepit.

Archiepiſcopatu & Vniuerſitate, quæ Anno Salutis 1309. ab Henrico VII. Imper. inſtituta, gaudet.

Regulos habuit, Agnellum, Faiolam, Donarciaticum, Faccium, & Gambacortam.

Gerardus Appiani filius, vrbem Ioanni Galeacio vendidit.

Paulo pòſt vrbs Florentinis vendita, iugi pertæſa, ſe Ioanni Gambacortæ ſubmiſit.

A Carolo VIII. Gallorum Rege, in priſtinam reſtituitur libertatem.

Anno Chriſti 1509. à Florentinis occupatur, melioribus ciuibus Panormum abeuntibus, vt qui mallent in exilio libertate frui, quàm in patria tyrannide premi.

Academia à Laurentio Medices reſtauratur, ad ſolatium amiſſæ libertatis.

Templum Cathedrale & Archiepiſcopi palatium ex præda Panormitana, cùm Saracenos in Sicilia inuaſiſſent, exſtruxerunt.

Hypomnemata.

Potens Piſana ciuitas olim, ac clara maritimis

timis rebus, poſt captos in Friderici gratiam Pontifices, qui ex Gallijs ad Innocentium Romam nauigabant, vt indicto concilio adeſſent, nihil vnquam poſtea feliciter aggreſſa eſt: quin potius à Genuenſibus petitæ Piſanarum res, vno nauali admodum memorabili prælio, nunquam ad priſtinam fortunam opesque redierunt, donec clade alia ſuper aliam à Florentinis affecti, poſtquam multiplicem multorum tyrannidem paſsi ſunt, nomen & imperium cum libertate penitus amiſerunt. Egnatius lib.1.cap.2.

Rerum Piſanarū declinatio.

Hugolinus Girardeſcus ciuis Piſanus, Guelfarum partium princeps, initio contrariâ factione partim pulſa, partim perculſa, eò potentiæ domi peruenerat, vt pro nutu omnia adminiſtraret, patriæque Dominus & eſſet, & haberetur. In feſto frequentiq; natalis ſui celebrandi conuiuio, ad quod ſuos omnes inuitarat, adhibueratque: dum fortunam ſuam ipſe fando effert, admiratur, cœloque æquat: auſus eſt quendam ex intimis amicis Marcum, quid tandem abeſſe videretur, interrogare. Ille vel reputatione rerum humanarum, quàm fluxili fallacique ſpecie, quàm volucri orbe circumagantur: vel mente diuinitus admonita: *Sola, inquit, ira Numinis procul diuq; abeſſe à tam ſecundis rebus non poteſt.* Et neceſſe erat congeſta in vnum hominem nondum alteram fortunam expertum bona, excipi calamitate ingenti. Guelforum viribus conſeneſcentibus, Gibellini ductu Ro-

Crœſi vanitas.

gerij

Fortuna vitrea eſt, dũ ſplendet frangitur.

gerij Vbaldini Archiepiſcopi Piſani armis correptis ædes eius circumſiſtunt, oppugnant: vnum è filijs, vnumque nepotum, vim arcere conatos, occidunt: ipſum & duos præterea filios, tres nepotes comprehenſos, in turrim incluſêre, obſeratis foribus, clauibusque in Arnum propinquum flumen deiectis. Ibi fame in oculis, in gremio ſuo cariſsima pignora parens moriens morientia vidit. Vociferanti, expoſcentique, vt ſupplicijs humanis exigendis inimici contenti eſſent, ſacræ confeſsionis ſacroſanctiq; viatici poteſtas facta non eſt. Hæc inhumanitas partes Gibellinorũ magis inuiſas effecit. Circa annum 1288. Æmil. lib. 8. Platina in Nicolao III.

Pisani Carolo IV. inſidias ſtruunt.

Carolus IV. Imper. conſtitutis Italiæ rebus, diſceſſum parans, dimiſsis auxiliaribus copijs, magnis precibus à Franciſco Gambacurta ex familia Piſanorum nobiliſsima, rogatur, vt Piſas ad diuerticulum ſibi notum, & nuper haud ignotum diuertat. Nihil mali ſuſpicans, Piſas remeat, & in domo Prætoria publico hoſpitio accipitur: coniurati primò ignem multa nocte Prætorio ſubſiderunt, cuius magnitudine propè fuit, vt Cæſar cum Anna coniuge exureretur, niſi regiæ cuſtodiæ ſatellites, ambos penè ſeminudos ſubductos, in alium ſecuriorem locum deduxiſſent. Facta luce, cum armatis in forum deſcendunt, & ad popularem tumultum excitandum exclamant, Cæſarem non vt hoſpitem, ſed vt manifeſtum incẽdiarium vrbem ſubijſſe, vt illam Florentinis hoſtibus traderet,

ſi ipſi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ſi ipſi tempus tradendi illam non acceperint. Diſcluſis ponte fluminis hoſpitijs Boëmi & Moraui, qui cum Cæſare venerant, tenebantur, eaque res longè maximam dimicationem attulit, dum Piſani tranſitum pontis Boëmis prohibere, & illi viciſsim illum vi ſuperare conãtur, vt Domino & Regi ſuo obſidione in hoſpitio Epiſcopi Olomucenſis (quo Erneſtus quoque Archiepiſcopus confugerat) laboranti, ſuccurrant. Pro Piſanis multitudo erat, ſed in compoſita & inordinata. At Boëmis quantum de numero detrahebatur, tantum animi virtus, nobilitasque & vſus militiæ ſupplebat (maior enim illorum pars ex proceribus & equeſtri ordine conſtabat) equeſtri deniq; procella victoria parta eſt, Piſanorum multo ſanguine ex vtraq; pontis parte cadentium, antequam Franciſcus caperetur, & eo capto, cæteri per tecta, & templa diſsiparentur, vetante Cęſare diſsipatos inſequi, ſed confeſtim Franciſco torqueri iuſſo, vt conſcios ederet, vtque auctores tanti ſceleris proderet. Auctores Florentinos nominauit, ac ſatis multos conſcios. Sed de ſex tantum Gambacurtis ſupplicium ſumtum, reliquis vita condonata, pro auro præſenti ex quo militibus donatiuum diſtribuit. Dubrau.

Quibus modis Florẽtini Piſis ſint potiti.

Florentinis magni ad Piſas facilius adipiſcendas momenti fuit, fœdus ab illis cum Galliæ atq; Hiſpaniæ regibus Anno 1509. ictum: quo ſi intra annum vnum proximum Piſas recuperaſſent, ſingulis quinquaginta aureorũ nu-

mûm

mûm millia certis temporibus numerare tenebantur. His publicè conſtitutis, Hiſpano Rege Ferdinando inſcio, noua capita, quibus ſe Galliæ Regi Ludouico XII. ijſdem temporibus, ijſdemque legibus, alia quinquaginta aureorum numûm millia daturos promiſerunt, addere neceſſe fuit: præterea duorum regum miniſtris aureorum numûm quinque & viginti millia promittere. Quæ pacta etſi cum grauiſsimo Florentinorũ ſumtu eſſent, maiorem nihilominus apud omnes mortales illis regibus infamiæ notam inuſsêre: quorum alter pecunię gratia eam ciuitatem, quam ſæpius in fide ſua eſſe dixerat, & cuius (vt poſtea cognitum fuit) ſpontè deditæ, magnus Conſaluus eius nomine imperium acceperat, deſerendam ſtatuit: alter eorum, quæ ſæpius Florentinis promiſerat, immemor, vel iuſtam Piſanorum libertatem turpi precio vendidit, vel Florentinos, vt propriarũ rerum iuſtè recuperandarum facultatem ab ſe emerẽt, coëgit: Tantum hodie paſsim plus auri vis, quàm honeſti ratio poteſt. Guicciardin.

Antracius Piſanæ arcis à Carolo IIX. rege Galliæ conſtitutus Præfectus, incredibili Delantiæ Virginis ciuis amore deflagrans, in eius gratiam Piſano populo dediturum ſe promittebat. Piſanos igitur ingens cura cõquirendæ pecuniæ magnopere angebat, perſoluendũ enim erat pretium coëmptę arcis, quod publicè & priuatim exhauſtis grauiſsimum erat, quum quadraginta millium aureorum numûm ſummam

Matronarũ in patriam pietas.

omnino

omnino ſuperaret. Sed tanta erat omnium alacritas, pro defendenda libertate, vt vltro nobiles matronæ ornamenta ſua, annulos, monilia, fibulasq; zonarum conferrent: quæ omnia Lucenſibus pecunioſis mercatoribus in mutuam pecuniam pignori mittebant. Tantum enim pecuniæ Piſani vix toto vertente anno in bellicos ſumptus impenderant, vt nihil iam veteris argenteæ ſupellectilis vſquam reperiretur, & vectigalium reditus multò quàm antea deteriores facti eſſent, præuertentibus eos publicanorum vſuris, qui publicam egeſtatem ab initio pręſenti pecunia ſubleuarant, adeo vt iam quoſdam ciues, ſi bellum foret diuturnum, recuperatæ libertatis pœniteret. Iouius.

FLORENTIA.

FLorentia à florenti ſuo ſtatu nominata, à Totila deſtructa, ad Carolum Magnum vſq; deſolata iacuit. olim à ſitu Fluentia vocabatur.

Creabantur tunc temporis duo Conſules, & centum ſenatores.

Anno Salut. 1220. loco Conſulum decem ſeniores, quos Antianos vocabant, eligebantur.

Rhodolphus I. Imperator Florentinos pro VI. M. floren. libertatem dedit.

Anno Sal. 1535. Carolus V. Imp. Alexandrum De Medicis, Ducem Florentiæ creauit.

Hypomnemata.

Euerardus Medices Eques Gallus ſeu Francus, cum Carolo Magno in Italiam proficiſcitur Familię Medicææ illuſtrator.

contra Longobardos, & non procul à Florentia quam Carolus muris & turribus muniuit, eandemque nobilibus diſpenſis habitandam dedit, Mugellum Latronē ingentis ſtaturæ & roboris interfecit, in cuius facinoris memoriā ſex globos ſanguineos, quos ſcuto ſuo deaurato, à Latrone Mugello exceperat, ictu clauæ cū ſex globis ferreis alligatis, qui à recentibus latrocinijs cruore madidi huiuſmodi maculas impreſſerāt. Ab hoc Euerhardo tota deſcendit familia Mediceorum. Ioan. Neſtor. in hiſtor. Florentina.

Inſignia Mediceorum.

Forenſis prudētia

Olim populus Florentinus, quo omnis iniuriæ inter litigantes ſuſpicio tolleretur, duos è peregrinis ſibi iudices elegit. Sic Lucenſium Rota (ita ſummum Tribunal vocant) tribus conſtat Iureconſultis, quorum patria quinquaginta ab vrbe milliaribus abſit. Theſaur. Polit.

Florentini olim decoctores, ac turpi iudicio conuictos, eosque qui Reipub. debitam pecuniam ex magiſtratus præſcripto ad diem non ſoluiſſent, inter ærarios referebant: ſic vt ius ferendi ſuffragij ciuitatisque amitteretur. Is autem, cui ea multa erat irrogata, adigi ad ſpeculum dicebatur: quòd in ea nota, tanquam in ſpeculo, & cenſum, & fortunas ciuium licebat intueri. Brut. hiſt. Florent.

Decoctorū pœna.

Franciſcus Saluiatus Epiſcopus Piſanus à Xyſto IV. Pontifice in Mediccorū odium creatus, indignè id ferentibus Florentinis, cū Franciſco Patio, & Hier. Riario Fori Cornelij Domino, Xyſti cognato, contra Laurentium & Iulianum

lianum Medices,coniurauit:cùm in ſocietatem ſceleris pertraxiſſent Ioann.Bapt.Monteſiccum Pontificis copiarum ductorem, Iacobũ Patium, Iacobus Saluiatos duos,Iacobum PoggijF.Bernardinum Bandinum,Neapoleonẽ Frameſium, Stephanum presbyterũ & Antonium Volateranos.Bis facinus in cõuiuio aggreſſuri,ob Iuliani abſentiam bis euentu fruſtrati,tandẽ in D.reparatæ templo ſacris aſsiſtentes fratres, ſigno edito,cùm Sacerdos hoſtiã eleuaret, adorti, Fr. Patius & Bandinus Iulianum (quem vix blandis verbis,vt in templũ veniret,perſuaſerant) multis vulneribus confecêre Volaterrani duo Laurentium ſe ſtrenuè defendentẽ in vicinũ ſacellum confugere paſsi ſunt. Clientes interea Medicum cũ vrbis vexillifero Franc.Saluiatum curiam occupare conãtem cœpêre, & cum ſuis de feneſtris Curię ſuſpendêre. Corpora vnco tracta in Arnum pręcipitata.Patiorũ domus & familia omnis exciſa. Laurentius ſuperſtes, oppreſsis inimicis, gratiâ, & auctoritate florentior, opes Mediceas, ære etiam alieno populi conſenſu de publico ſoluto, confirmauit & auxit. Brut.lib.6. Hiſtor.Florent.Iou.in Leon.

Horrẽda in Mediceos coniuratio.

Laurentius Medices pręclaris ſuis virtutibus etiam apud publicos hoſtes, barbaros ac remotiſsimos reges magnus & clarus euaſit.Nam & Baiazethes Turcarum Imp.Bernardum Bondinum, Iuliani fratris percuſſorem, qui in Aſiam vſq; perfugerat,dignitate hominis & ſceleris atrocitate permotus, ad ſupplicium tradidit.

Turca Virtutẽ amat, ſcelusque deteſtatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Florentini exules à Manfredo Siciliç Rege auxilia,quibus in patriam reſtituerentur,orabant. Rex, quòd forſan res exulum parùm ei cordi erat, rem in longum protrahebat. Tandem inſtantibus exulibus, alam Germanorum equitum præbiturum ſe promiſit. Ridicula auxilij paruitas videbatur; eoq; extemplo abeundum, nec ſubſidium hoc penè nullum accipiendum omnes cenſebant: cùm vnus Farinata, *nunquam,* inquit, *indignationi concedendum, vbi vtilitas perquiritur.* Det modò ſuorum aliquos: nos profectò in eum locum deducemus, vt Regi, ſi modò vlla apud illum Regiæ auctoritatis ratio eſt, maiora mittere auxilia, neceſsitas exprimatur. Factum eſt! Paullò enim pòſt Germani iſti à Senenſibus ad vnũ omnes cæſi ſunt. Ergo aduolant Florentini, Regi caſum Germanorũ, & hoſtium contumeliam nunciantes. Rex irâ & dedecoris impatientiâ accenſus, Iordanũ quendam ex ſuis Ducibus cum magnis copijs in Hetruriam miſit, quarum ope & auxilio Florentini patriam & omnia ſua recuperarunt. Leon. Aret. 2. Hiſt. Flor.

Reges contumeliç impatientes.

Ann. Sal. 1498. Florentini Butrium aggreſsi, per deditionem oppidum cepêre, eo tamen ita capto, omnibus tormentorũ magiſtris, ne amplius exercere artem poſſent, manus dextras præciderunt, ſuaq; cuiuſq; collo appenſa eos dimiſerunt: quorum pars Venetias veniens ſeſe Patribus cõmendauit. Patres, quoad viuerent, ſtipendium ſingulis cum vacatione omnium munerum tribuerunt. Illi manibus ferreis fabrefactis

Florẽtinorum crudelitas.

Venetorũ benignitas.

brefactis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

brefactis ſe ad artem redituros, & Reip. vſui futuros, ſuasq; iniurias, ſi Piſas remittantur, vindicaturos, fidem Senatui fecerunt. Bemb.

Cùm Florentini miſsis Legatis non ſemel fruſtra de mittendis auxilijs aduerſus Philippum Vicecomitem Mediolanenſem Venetos ſollicitâſſent: Tandem Nicolaus Vſanus vltro Venetias profectus, Patrum tamen conſenſu, & in conſpectu Ducis Senatusque Veneti introductus, enumeratis cladibus Florentini populi, & egeſtate ærarij, alienatione inſuper animorum vicinorũ: nouiſsimè addidit, *Nos, quandoquidem à vobis repellimus, Philippum Regem facimus. Vos poſtea Cæſarẽ vel inuiti facietis.* Ea verba cùm indignantis & præceps conſiliũ capientis eſſe videntur, inflexerunt tandem Venetorũ animos, fœdusq; contra Philippum cum Florẽtino populo ictum eſt, Anno 1425. Bracell, lib. 1. bell. Hiſp. Florentini Venetos attrahunt.

Eo anno, qui aduentũ Caroli IIX. in Italiam anteceſsit, in vrbe Florentia S. Reparatæ fanum in ſublimiori parte de cœlo tactũ fuit: lapidemq; immenſæ magnitudinis quo fornix claudebatur, ad terrã fulgur deiecit. Poſtera die mortem obijt Laurentius Medices, cuius opera plurimùm fines ſuos Florentini propagauerant. Aduentante Carolo, Sergianę, Petraſanctæ ac Piſarum imperium Florentini amisêre: Laurentijq; liberi, Petri culpa, qui inter eos maior natu erat, bonis omnibus ſpoliati, in exilium abiêre. Sabellicus lib. 1. cap. 4. Portentũ.

Pipus Florentinus cum decem millibus e-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

quitum ex Pannonia in Forumiulij erupit, Vtinumq; in poteſtatẽ redegit. Triſtanus, qui ſummam rei ad Venetos ſemper traxerat, ſub primã ditionis mentionẽ ad Venetos transfugit, magna clientum & amicorũ manu. Pipus cùm pręclara belli facinora edidiſſet, corruptus, vt aiunt, auro, infectâ re in Pannoniam abijt. Nam multi pòſt Sigiſmundus Imp. à quo miſſus fuerat, ratus, quod erat, cupiditate auri prouinciam demandatam non obiuiſſe, eum liquefacto auro atque in fauces coniecto peremit: illud interim ſæpius dictitans: aurum, Tuſce, ſitiſti, aurum bibes. Sabell. & Bonfin.

Auaricia omnes contaminat Virtutes.

Caſtrucius Caſtrocanis Piſanorum Tyrannus victoria vtendũ ratus, victrices copias Florentiæ mœnibus admouit, ſuburbanas delicias in oculis hoſtiũ euaſtans, & pleraq; ædificia incendens. In ea expeditione Actius Vicecomes Caſtruccio à Patre Galeacio, auxilio miſſus, Florentinis è muro ſpectantibus, ludos equeſtres in Arni inſula edidit, propoſito ad præmium velo ſerico purpurei coloris, vt reddito contumeliæ talione Florentinis illuderet, qui ſimiles decurſiones Mediolano obſeſſo ante Comenſem portam iactanter ediderant. Iouius.

Superba hoſtis inſultatio.

Nicolaus Caponius Florentinorum dictator cùm ſummâ fide Rempubl. diu adminiſtrâſſet, tandẽ populari ſeditione Magiſtratu deiectus, cùm proditionis cauſſam dixiſſet, omnibus ferè Iudicum ſententijs abſolutus eſt, circa Ann. Salut. 1527. Curia excedentẽ, omnes optimatium

ordines

ordines domum deduxerunt, tantâ frequentiâ, vt cùm ad paternæ domus lim**en trans Arnũ agendis gratijs ſubſtitiſſet, nouiſsimi agminis pars grauior & honoratior, præ turba, ad curiæ limen adhuc hæreret: & multi ex his, qui eum damnatũ voluerant, aſtutâ diſsimulatione comitatibus admiſcerẽtur: inſtarq; magni triumphi ea frequentiæ pompa, intermixto lacrymis gaudio, Caponij gentiles & propinqui probiq; ciues maximè lætarentur. Tantùm verò abfuit, vt quidquam priſtinæ exiſtimationis in ipſo, ex tanta ſummi honoris iactura, deperiret, vt ſuperata inimicorum acerbitate, noua quadam incorrupti conſtantisq; animi gloria adaugeri & refloreſcere cenſeretur. Sabell. Iniuriarum obliuio.

Multi erant Florentiæ Græcarum ac Latinarum litterarum clariſsimi Profeſſores, alijq; ingenio atque facundia inſignes, quibuscum Laurentius familiariſsimè viuebat; in ijs fuerunt Picus Mirandula, Politianus, Marſil. Ficinus, Chriſtoph. Landinus: & ex Græcis Iohan. Laſcaris, & Demetrius Chalcondyles & Marull. Tarchaniotes, qui præclaris ingenij operibus editis, cum immortali laude in omnem poſteritatem viuent. Iouius. Viri Docti.

Donatello Statuario inſigni ſtatuam quendam Florentini ciues faciendã locare volebant: ſed L. aureorum pretio territi, Ioanni cuidam, nullam prius mercedem pacti, eam cõmiſerant. Is cùm multum diuq; operi inſudâſſet, tandem perfectum dedit, ſed pro mercede octoginta pe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

tijt. Placuit vtrinque cauſſam Donatelli iudicio ſubmitti. Is ſepcuaginta aureos dandos cenſuit. Cauſſam mirantibus Florentinis, cur cùm ipſe L. petijſſet, alteri ſe longè inferiori LXX. adiudicaret. Namq; hic, inquit, vix quatuor menſium ſpatio opus iſtud, quod ego vnico menſe perfeciſſem, abſoluere potuit: & in eo omnes ſui ingenij neruos ſollicitos habuit, in quo ego veluti iocabundus verſatus fuiſſem. Guicciard.

Piſtoris iuſta ſententia.

Florentini in legendis Cancellarijs non iuris ſcientiam, vt pleræque ciuitates, ſed oratoriam ſpectant, & quæ vocant humanitatis ſtudia. Nolunt enim rectè ſcribendi dicendiq; artem, non Bartolum aut Innocẽtium, ſed Tullium, Quintilianumq; tradere. Itaq; tres in ea vrbe, Græcis & Latinis litteris illuſtres, Cancellariatum ordine tenuêre, Leonardus & Carolus Aretini, & Boggius, qui Secretarius Apoſtolicus tribus quondam Romanis Pontificibus dictarat Epiſtolas. Præceſſerat illo Collenucius, de quo Galeacius Mediolanenſiũ Dux dicere ſolebat, non tam ſibi mille Florentinorum Equites, quàm Collenucij ſcripta nocere. Æneas Sylu.

Florẽtinorum Cancellarij.

Florentini Carolum VIII. Gall. regem Neapolim proficiſcentem, vt eo minus infeſto vterentur, in vrbem admiſerant armatum; domos tamen ſuas ſinguli militibus clam impleuerãt, & ſi qua vis ab hoſtibus fieret, ad maioris campanæ pulſum omnes in armis ad certa loca adeſſe iuſſerant. Iam cũ Rex vrbis dominatũ poſtularet, & intolerabilem pecuniæ ſummã exigeret,

Florẽtinorum prudẽtia, & magnanimitas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

geret, quatuor primarijs ciuibus Reip. negotiũ cum Regijs tranſigendum committitur: inter quos & Petrus fuit Caponicus. Is cùm à Regio ſcriba compoſitionis capita iniquiſsima recitarentur, libellum Scribę extortum ſpectante Rege diſcerpſit, & exclamauit: Veſtras vos tubas inflate, nos campanas noſtras pulſabimus. Carolus hac voce motus ab incepto deſtitit. Et hinc prouerbij loco iactatum, Gallum à Capo victum fuiſſe. Guicciardin.

Obſeſsi grauiter à Cæſarianis Florentini, vt militi ſtipendium expedirent, ſuaſu Franciſci Carduccij dictatoris, è fanis cuncta donaria ſublata ſunt & vendita: inter quæ, præter auream crucem prægrandibus gemmis ornatam, quæ erat in delubro D. Ioannis, etiam fuit mitra inſignis precioſiſsimis redimita gemmis, à Leone X. Pontifice templi maximi altaribus dicata. Sed nemo reperiebatur, qui ea ornamenta profanis manibus attrectare vellet: & Bernardus Baldinus gemmarum æſtimator periſsimus, id officium ſe præſtare poſſe pernegabat, niſi alienis manibus detractæ gemmæ ipſi æſtimaturo proferrentur. Sed in mora non fuit Leonardus Bartholinus, qui ſacrarij armaria, ſublatis auidè donarijs, vel inhorreſcente tremeſcenteque æditu, perfregit. Sunt etiam xenodochiorum, hoſpitaliumque domorum, & templorum prædia confiſcanda venundaque propoſita, & non comparentibus emtoribus, ea locupletibus ſub pœna maieſtatis coë-

Florentinorum anguſtiæ in bello.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

muntibus addicta. Idem Carduccius matronas nuptialibus ornamentis, ſingulasq; familias vetere argenti atq; auri ſupellectile ſpoliandas cenſuit, veterum Romanorum exemplo, cùm extremis Punici belli caſibus matronæ dites generosâ propenſione omne aurum & argentum ex ſuo mundo, vt pecunia cuderetur, in ærarium detuliſſet. Iouius lib. 27. Hiſt.

Florentini olim cum Venetis contra Mediolani Ducem fœdus fecerant, erogatis in belli ſumtus tercenties mille & quingentis aureis Hungaricis. Aſt Veneti, pace factâ, Breſciam & vniuerſum Bergomatium agrum ſibi ſeruarunt: hocque modo Florentini liberalitae ſua Venetis potentiam, ſibi egeſtatem acquiſiuerunt. Iterum fœdus erat Florentinis cum Venetis contra Maſtinum. Scaligerum: cui cùm Veneti Veronam & Taruiſium eripuiſſent, neglectis ſocijs, Florentinis, cum ipſo tranſegerunt. Machiav.

Arlottus Plebanus Flauentinus, homo facetiſsimus & ingenioſiſsimus, conuitiatori in ſe debacchanti, & hoc vnum, vt reſponderet vrgenti: Vti tu linguæ tuæ, reſpondit, ſeruus es, ita ego aurium mearum dominus. Nunquam pœnituit tacuiſſe, ſæpè verò eſſe locutum Auct. vit.

SENÆ.

SEnarum vrbs in loco ſaluberrimo ſita, primùm à Gallis, cùm Romam inuaderent, cõdita,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

dita, à Romanis poſtea Colonia facta, hodie Florentinis ſubiecta eſt.

Hypomnemata.

Anno 1525. ſex viri nobiles Senenſes, vt linguæ Hetruſcæ, Latinæ atque Græcæ exercitia, ad poëſin & eloquentiam facientia, promouerent, ſocietatem iniuêre, legendo, interpretando, ſcribendo, diſputando: cui Intronatorum nomen fecêre. Princeps creabatur bimeſtri quolibet, Archintronatus dictus: Conſiliarij duo illi aderant, cum Cenſore & Cancellario. Cenſor errores vel voce vel ſcripto admiſſos reprehendebat: ſcripta omnia ab Academicis oblata Academiæ ſuo tempore exhibenda cuſtodiebat, eaq; ſucceſſori tradebat. Cancellarius ſeſsiones Academicas ſingulas annotat: lectionum & ſcriptorum authores & argumenta diſputationum Præſides & Antagoniſtas, conſultationes item in album referebat. Conſultare verò non niſi 12. ad minimum præſentibus licebat. Princeps cuicunq; videretur Academico in proximum dominicum (nam hic dies ſtatus erat) legendi munus demandabat: ille die poſtero Viatori Academiæ inſtitutum ſuum atque ſtatam horam indicabat: Viator Academicorum ſingulis denunciabat. Exoteris etiam quibuslibet patebat aditus. Si quis Academiæ nomen dare vellet, à duobus Academicis examinatus, recipiebatur. Academicis inde ornamentis, à Promotore ſuo, corona ſcilicet hederacea, anulo, libroq;

Nobilium academia.

libroque clauſo & aperto donabatur, in conſeſſum recipiebatur: ſed ante quadrimeſtre ius legendi, ſcribendíue publicè non habebat. Calendis Maij natalis erat Academiæ feſtus (quam efflorеſcentiam Zuchæ appellabant) eoque ipſo die quatuor cenſores legebantur, qui ſuperioris anni ſcripta omnia à Cenſore accepta proponerent, cenſerentque: quæ probarentur, Cancellario in Volumen Academicum referenda darent, quæ diſplicerent, autoribus ſuis redderent.

Leges.

Leges & decreta ſcripto breui comprehenſa erant, in cuius prima facie tres gnomæ ſpectabantur. Neminem lædere, Omnibus prodeſſe, & Mundum non curare, hoc eſt, & publica officia & priuatas curas fugere, otiumq; literarium ſectari.

Academicorum cognomina.

Cognomina Academicis ſingulis imponebantur, eorum quæ vel quo ad animum vel quo ad corpus illis inerant malorum notæ. v. g. Duri, Vigilantis, Diſerti, Maniaci, Sicci. Symbolum Academiæ erat vas ſalinarium è cucurbita emedullata, à Tuſcis parari ſolitum, duobus ſupernè piſtillis inumbrantibus, cum hac gnome, Meliora latent. ſcilicet vt ſalis viliſſimi quidem, verùm vtiliſſimi ſuauiſſimique condimenti receptaculum eſt cucurbita, dum illud piſtillo gemino tunditur: ſic Intronatorum

Intronatorum Acad.

(hoc eſt ſtupidorum & Fatuorum, Hetruſca lingua, & per parodiam quandam veluti intus natorum) ſocietas Socratica quadam ironia, ab omni faſtu externo aliena, intus

in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

in ſuis viſceribus Actionis & Contemplationis, iugi exercitio comparatam doctrinam, ad vſum vitæ quotidianæ contineret. Præter multa linguæ Hetruſcæ exercitia, fabulas elegantiſsimas edidêre. Ingannatorum, Amoris conſtantis, Alexandrum & ſimiles. Academicos habuit nobiliſsimos, omni laude doctrinæ clariſsim. ſed & principes viros Marchionem, Vaſtium Florentinum, Biſignanum, Melphitanum, Salernitanum, Paulum Iordanum Vrſinum, Ludouicum Toletanum, Chiapponem Vitellium. Oppreſſa inde Senenſi libertate, Academica exercitia aliquandiu iacuêre. Reſtituta tamen pòſt, ipſo Florentino principe ſpectante, Hortenſium fabulam edidit. Reſtitutione Intronatorum excitati quidam alij nobiles, ijſdem legibus & exercitijs Academiam nouam inſtituêre. Symbolum illis erat Cribrum, quod lingua ſua Hetruſci Vagliuni vocant. Itaque nomen ſibiipſis impoſuêre, Trauagliatorum, quaſi per Cribrum actorum, cum hoc dicterio, Donec impurum.

Exercitia.

Trauagliatorum Acad.

Eodem tempore Ephebi quidam honeſta æmulatione accenſi, Accenſorum nomen ſumpsêre, in lectionibus & ſcriptionibus aſsidui. Inſigne habebant Pinum igne ſubiecto ardentem & fumigantem, cum dicterio, hinc odor & fructus. Annis aliquot poſt exortum Intronatorum, Senenſes quidam Corteſiorum Academiam inſtituêre, imitatione Intronatorum.

Accenſorũ Academia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

rum. Etſi citò deſijt. Alteram Deſioſi condidêre, ſex iuuenes patricij 20. annis Minores, eo conſilio, vt iugi exercitio dignos ſeſe præſtarent, qui ſuo tempore ab Intronatis reciperentur. Et quidem cùm præclara ſpecimina publicis comœdijs edidiſſent, cum laude fuêre recepti, ita quidem, vti cognomina quæ ipſi ſibi-ipſis blandientes impoſuerant, v. g. Aſtuti, Ingenioſi, Sublimis, in contrarium verterentur, Stupidi puta, Lunatici, Fumoſi. Symbolum habebant. Vitem in Myrto arbore aſſurgentem, cum hoc verſu: Queſto mi ſcorge, oue'l deſio mi tira, deſiderium & conatum ſuum emergendi ad altiora, Amorum ſuorum fauore (quandoquidem ſacra eſt Veneri myrtus) foueri ſignificantes. Ex Minoë Celſo ad Fr. Bettum Romanum.

Senenſes Carolum V. Cæſarem Anno Salut. 1535. erectis paſſim Triumphalibus ornamentis, cum exquiſita Tunetanæ victoriæ gratulatione exceperunt: ſubeunti portam, vrbis claues ad declarandam antiquæ propenſionis fidem obtulerunt. Alfonſus Picolomineus Amalphi regulus, equi frena rexit. Cunctique demum ciuitatis ordines, virique ſacrati præcinentes hymnos, ad aram templi maximi deduxerunt. Suſcepit eum pereleganti hoſpitio, miroq; ornatu perpolito Marius Bandinus. Inuiſit Cæſar vrbem, luculentiſſimè omnibus, quæ excogitari poterant, elegantiæ ornamentis inſtructam, ſpectauitque mirabundus

Cæſar magnificè excipitur.

innu-

innumerabilem prope feminarum multitudinem, nam hæ inter Italicas præcellentis formæ, & elegantis ingenij ſingulare decus, conſtanti omnium ferè fama obtinent. Exinde iuuentus extremæ iucunditatis, ſpectanti Cæſari, Theatrales ludos edidit, per hiſtriones variarum linguarum cum multo ſale leporem affectantes, pugilq́; omnis Senenſium ætas, ab inueterato ludicri certaminis ſtudio, ad Cæſaris oblectationem incomparabili ardore dimicauit. Iouius.

Quum Anno Salut. 1530. 6. Kalend. Martij Carolus V. Imper. Bononiæ à Pontif. Clemente VII. coronaretur, Legati Genuenſes & Senenſes de loci dignitate, inter ſe contumelijs pugnisq́; contendentes, templo iuſſu Cæſaris exacti ſunt. Iouius. Arrogantia à Cæſare reprehenſa.

VVLSINIVM.

VNa ex primarijs olim Hethruriæ vrbibus, lacu & multis ruderibus clara.

MONS FALISCA.

VRbs quondá potés, Colonia Faliſca. Memorabile eſt, quod Camillus in eius obſidione ad proditorẽ Pædagogum dixit: Non ad ſimilem tui nec populum, nec Imperatorẽ, ſceleſtus ipſe cum ſceleſto munere veniſti. Nobis cũ Faliſcis, quæ pacto ſit humano, ſocietas non eſt: quam ingenerauit natura, vtriſq; eſt, eritq́ue.

ſunt & belli, ſicut pacis, iura: iuſteque ea non minus quàm fortiter didicimus gerere. Arma habemus non aduerſus eam ætatem, cui etiam captis vrbibus parcitur: ſed aduerſus armatos, & ipſos qui nec læſi nec laceſsiti à nobis caſtra Romana ad Veios oppugnarunt, eos tu, quantum in te fuit, nouo ſcelere viciſti. Liuius.

VITERBIVM.

OLim Veiuza Volturna vocabatur, à Iano condita, & à Tyrrheno amplificata, & tandem à Deſiderio Longobardo reſtaurata.

Pius II. Pontif. Viterbij feſtum Euchariſtiæ peregit inſolito apparatu, ſtrata vndique ſagis purpureis vrbe, velataque linteis, quibus aureæ ſtellæ, veluti Cœleſti affixæ globo interlucebant, vt excluſo cœlo inter flores ad digiti craſsitudinem, & diuerſi generis cantus, ſupplicatio procederet. Sylueſtres etiam homines hederâ veſtiti, cum Leonibus atque vrſis congredi videbantur, artificio mirabili, & verſus paſsim heroici canebantur: fontiúmque fiſtulæ vtrinque ex aduerſo ſeſe ferientium murmure continenti demulcebant: ſtrauitq; omnem templi ambitum purpura. Ant. Campanus.

Mira pompa.

Simon Montis fortis Comes hoſtis ab Henrico III. Britanniæ Rege iudicatus, regi regnum atq; libertatem ademerat. Cùm autem poſtea Eduardi filij opera regnum Henricus

rece-

recepiſſet, Simonem in quatuor fruſta diſcerpſit. Huius mortem Guido filius vlciſci cupiens, quo tempore Carolus primus Neapolitanus rex vnà cum iuniore Philippo Gallorum rege à Tunete venerat, vt Cardinalium collegio ſuaderet, ne vltra noui Pontificis creatio differretur, quia cum eis Henricus Britannus erat, Ricardi iam Imperatoris electi filius (huius autem Ricardi frater fuerat Henricus Rex, qui Simonem interimi iuſſerat) Henricum ſacra in templo Viterbij audientem, atque vtroque genu humi nixum, Guido occidit: & capillis apprehenſum, ſæuè è templo abſtraxit, atque inde fuga ſe in Ethruriam recepit. Fulgoſus. Templi profanatio.

Id Philippo & Carolo Regibus Anglus poſtea crimini vertit, quòd illi tantum facinus impunè præter ſuos oculos fieri, minimè pati debuiſſent. Guido aliquot annis poſt, mortuo ſocero, Comes Anguillariæ factus, à Rogerio Petri Aragonij claſsis Præfecto bello Siculo captus, in cuſtodia perijt,& pœnas fratricidij promeritas dedit. Polydor.

Viterbio egredientibus, obuia eſt ſylua Mæſia, quam Ancus Martius Veientibus eripuit. Sub Iul. 2. Leon. 10. Clemente 7. Paulo 3. & alijs, ob latrocinia admodum fuit famoſa.

Non procul à fluuio & Caſtello Cremera 306. Fabij cæſi fuerunt, de quibus Liu. Fabij cæſi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ROMA.

ROma, Imperio florente, totius habitatæ terræ compẽdium dicebatur; ibi enim omnes ciuitates commorantes facile intueri licebat, & particulatim, & quamplurimas: vt Alexandrinorum auream, Antiochæorum pulcram, Nicomediorum ornatiſsimã, omniũ præterea ſplendidiſsimas, quotquot Iupiter aſpicit, Athenas. Romæ excellentia. Neq; verò dies vnus ſufficiebat, vel connumerandas ciuitates, quæ in vrbe Romana continebantur, ſed omnes vix per anni ſpaciũ, ob multitudinem connumerabantur, omnes namque ibi nationes habitabant, Cappadoces, Scythæ, Pontici & alij complures. Athenæus lib. 1.

Sub Veſpaſiano Vrbis ambitus fuit XIII. MCC. paſſuum, ſeptem complexa montes: Portas XXXVI. anno Vrbis DCCCXXIIX. Plin.

Conſtantius Imperator Romam vrbem intrans Comite Ormiſda, Regis Perſarum filio, nobilitatem Vrbis cum maieſtate eſt admiratus, veriſsimè fuiſſe dicens Cineæ teſtimonium, apud Pyrrhum affirmantis, *Romæ non ciues ſe vidiſſe, ſed Reges.* Cineæ & Ormiſdæ iudicia de Roma. Interrogatus Ormiſda, quid de Roma ſentiret? Id tantum ſibi placuiſſe aiebat, *quòd didiciſſet, ibi quoque homines mori.* Cuſpin.

Roma in ipſa adoleſcentia à Gallis direpta & inciſa eſt, Anno quàm condita fuerat circiter CCCLX. Iam verò omnium gentium victrix,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ctrix, diuq; rerum potita, à Gothis, Alarici ductu, iterum capta eſt ac direpta, atque ex parte incenſa. Alaricus enim Gothorum Rex Romam biennio obſeſſam, tandem fame cepit. Anno Chriſti 412. 9. Cal. Septemb. Vrbis 1164. teſte Oroſ. & P. Diac. cædibus & incendijs omnia miſcuit: ijs tamen pepercit, qui in templa Apoſtolorum confugiſſent.

Roma capitur & diripitur.

Vſus autem fuit Alaricus hoc dolo in vrbis occupatione, Profectionem in Galliam ſimulat, trecentosque iuuenes, corporis & animi vi præſtantes, deligit, quos Romanis Principibus dono dat, inſtructos priùs, vt omni obſequio Dominos ſuos promereri ſtudeant, & ad certam diem circa meridiem, cùm Romani Principes ſomno vel otio vacarent, ad Aſinariam portam aduolent: interfectisque improuiſo inſultu cuſtodibus, portam Gothis præſto futuris aperiant. Interea Gothi cùm reditum alia atque alia deeſſe ſibi ſimulantes differrent, trecenti illi iuuenes occaſione egregiè vſi, portam ſtato die ſuis aperiunt. Egnat.

Qua ratione Roma ab Alarico capta.

Mortuo Alarico ſucceſsit Ataulphus propinquus, qui Placidiam Honorij Imp. ſororem Romæ captam duxerat vxorē. Is Romam regreſſus, cupiebat quicquid remanſiſſet eradere, ſiue Romam funditùs potius euertere, & alteram diuerſo loco vrbem ſtatuere: abolitâque antiqui nominis memoriâ, pro Romanis Gothos, pro Roma Gothiam nominare: vt nomen ſuum Ataulphi tanquam vrbis conditoris,

pro Auguſti nomine poſteri reciperent. Sed Placidia Ataulphi vxor iam legitima, Honorij ſoror, Theodoſij Magni filia, ob generis nobilitatem, & formæ pulchritudinem marito dilecta, Regis animum à propoſito auertit. Et quamvis iterum Gothi vrbem diripuiſſent, à cæde tamen & incendio temperatum eſt. Ita moribus vxoris Placidiæ lenitus eſt Ataulphus, qui tum cœpit de ſancienda pace, iungendaque amicitia cum Honorio agere; cum quo fœdere percuſſo, ad Gallias tetendit. Cuſpin.

Anno Domini CCCC. LVII. vel CCCCLIX. Valentiniano Imp. interfecto fraude ſuorum, cùm Maximus imperium inuaſiſſet, & Eudoxiam Auguſtam ſibi nubere coëgiſſet: illa in mariti vltionem Genſericum Vandalorum Regem cum CCC. millium claſſe ex Africa euocauit. Qui Romam omnibus opibus exuit, diebus 14. incendijs, tamen Leonis pontificis interceſsione abſtinuit, ann. 43. pòſt quàm à Gothis capta fuerat. Paulus Diaconus & Zonaras. Euagr. lib.2. cap. 2. vrbem non ſolùm direptione, ſed etiam incendio deformatam ſcribit.

Vandali.

Itaque Varronis comprobata tum demum ſententia eſt, qui ex Vectij auctoritate prodidit, quando conditori vrbis Romulo duodecim vultures augurium effeciſſent, ipſam ad MCC. annos manſuram, neque ita multò pòſt ruituram, ſiquidem hic MCC. annus vrbis

con-

conditæ numeratur. Sigonius lib. 14. Imper. Occid.

Subinde Odoacer Herulus eam tyrannicè occupauit, An. 476. Odoacer.

Quo ſublato, Theodoricus Oſtrogothorum Rex plures annos eandem cum tota Italia tenuit. Recepta inde à Beliſario eſt, bisque obſidione fatigata, inedia & fame propemodum enectâ. Theodoricus.

Ann. Sal. 537. Vitiges Gothorum Rex cum vniuerſo exercitu equitum peditumque quinquaginta millibus iter Romam intendit, tanta vrbis potiundæ fiducia, vt obuios rogaret, Num Beliſarium Romæ deprehenſurus eſſet? Neque enim illum ſe exſpectaturum putabat. Cæterùm fruſtra in annum integrum ducta obſidione, maioribus acceptis quàm illatis cladibus, in timorem Rauennæ amittendæ adductus: caſtris omnibus (ſena enim fecerat) incenſis, abijt. Sigon. Vana confidentia.

Beliſarius facta eruptione in inſidias incidit, & per integrum diem fortiſsimè dimicans, tandem occidente ſole cum ſuis retrocedere cogitur. Romani, qui muris cuſtodiendis præerant, veriti, ne cum ſuis vnà & hoſtes inuecti intra vrbem reciperentur: portam fugientibus aperire nolebant; vel Beliſario ipſo minaciter clamante. In tanto periculo conſtitutus, iuſsit eos qui circa ſe erant, agmine vno ſubitam irruptionem in hoſtes facere. Quod cùm Gothi viderent, ſuſpicati nouas ex vrbe copias Beliſarij fortitudo & prudentia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

his opitulatum veniſſe, præſertim quia nox ingruebat, ab inſequendo deſtiterunt. Procop.

Totilas.

Demùm ſub Totila miſerabile paſſa eſt excidium. Vbi enim Totilas Gothorum Rex per proditionem vrbe potitus eſt, legationem miſit ad Iuſtinianum pacis cauſſa: quam niſi præſtaret, ſe Romam funditùs euerſurum.

Legatis infectâ re reuerſis, Totilas furenti ſimilis vrbem excindere adortus, primò eam munitionibus nudauit, mœnibus plus tertia parte ſolo æquatis: Capitolium inde incendit: mox paſsim ædificia publica & priuata ſubiecto igni deflagrarunt. Ardere vnà hæc, ſimulque Auentinus, Quirinalis, Cælius, cæterique colles eodem tempore incendio teneri. Exaudiri fragor ruentium tectorum, multarumq; ætatum opus, clariſsimaq; virorum monumenta, miſerabiliter extingui. Incensâ exciſâq; vrbe, omnis ciuium multitudo, ne quis extremis patriæ cineribus dare poſſet lacrymas, per Latij & Campaniæ oppida diſperſa eſt à Totila. Senatum & primores ciuitatis penes ſe ſolùm ioco habuit.

Vrbis conflagratio.

Inde Roma egreſſus, ne vnum quidem viuentium, marem, fœminámve, in ea remanere paſſus eſt, vt omni humano cultu deſerta vrbs, quondam rerum domina, iaceret, magnum omni æuo documentum, quàm parum ſit humanæ felicitati credendum, quæ quò maior eſt, eò grauius ruit, multoque magis affligitur, cùm cadendum ſit. Sabell.lib.4.Enn.8.

Roma deſerta.

Inter-

Interfuerunt à Senonico bello, quo præter Capitolium, omnia ſunt à Barbaris fœdata, ad Viſigothorum tempora, qui Alarici ductu iterum Romam cepêre, anni circiter octingenti.

Vrbis Romanæ fatales periodi.

A Viſigothis ad Vandalicam direptionem, quadraginta quatuor.

A Vandalis ad Odoacrem & Herulorum regnum, duodeuiginti.

Ab his ad Oſtrogothos, & Theodoricũ, quatuordecim.

Ab Oſtrogothis ad Beliſarium, qui Romam ab ea recepit gente, circiter quinquaginta.

Hinc ad exitium, quod ſub Totila paſſa eſt, anni 12.

Ac toties tam breui annorum ſpacio domitrix illa humani generis, arxq́; omnium gentium Roma ludibrio fuit Barbaris. Eam deſertam, viginti quinque dierum ſpacio Beliſarius incredibili celeritate foſsâ, vallo, propugnaculis, munitionibus ſic reparauit, vt eam reuerſus Totilas non niſi proditione recipere potuerit. Quam poſtea Narſes Gothis denuò eripuit. Sabell. lib. 4. Enn. 8.

Totilæ mãſuetudo.

Ingredienti Totilæ Templum Diui Petri, ad quod ex Laterano per mediam vrbem adequitauit, Pelagius Papa (qui iam pridem Romanorum nomine Legatum apud Totilam egerat) ſeſe obuium offert, Chriſti Euangelia in manibus geſtans, ſupplexque omnibus

factus, & in genua procumbens: Parce, inquit, ô Princeps tuis. Tum Totilas arridens: Nunc mihi ſupplicaturus aduenisti Pelagi? Ita quidem, reſpondit, quando Deus te mihi Dominum eſſe voluit. Miſerere igitur ſeruorum tuorum. Motus his Totilas, cædes prohibuit; bona tamen Romanorum militibus conceſsit, corpora libera eſſe iuſsit. Cùm ſuperbirent Gothi, arguebat eos, & fortunæ mutationem memorabat, ducenta millia Gothorum, viginti millia Græcorum viciſſe. Abſoluit item Ruſticianam mulierem nobilem, quæ ob vindictam Boëtij mariti, & Symmachi Patris, Theoderici ſtatuas confregiſſet; iuſtam enim putauit eius iram.

Theoderici cura de Roma cõſeruanda.

Theodericus Oſtrogothorum Rex Romam veniens, Præfectos architectosq; inſtituit, ſacris ædibus, Capitolio, Palatio, Thermis, Theatro, Cloacis, Aquæductibus, & cuiusq; opificij officinis in priſtinam formam melioremue reſtaurandis. Præfecit vigiles, qui curam die noctuq; ſuſciperent, ne Vrbis ornamenta, ſtatuæ, & ingeniorum monumenta, æri aut marmori inciſa, exportarentur. Sepulcrum Auguſti in valle Martia, Tiberim inter & Flaminiam, inſtaurari mandauit. Amphitheatri item (quod iam maiori ex parte corruerat) ſaxa moueri, niſi in ſolam murorum inſtaurationem prohibuit. Statuas principum æneas, aut marmoreas, equeſtres pedeſtresque nominatim multas, & generali edicto omnes iuſsit conſeruari,

uari, adhiberiq; curam, ne illæ interirent, quibus fides poſteris fieret, viros illos fuiſſe præſtantiſsimos, Virtuti magis quàm fortunæ innixos, per quos in id magnitudinis res Romana creuiſſet. Cuſpinian.

Arnulfus Germanorum Rex ann. Salut. 896. vbi Romanos imperium ſuum detrectantes cognouit, ira percitus Vrbem oppugnare inſtituit: neq; per aliquot dies, Romanis ſtrenuè ſe tuentibus, quicquam profecit. Cæterùm, dum Vrbs varijs fruſtrà perrumpēdi conatibus ſumtis obſideretur, oblata eſt egregia, præter opinionem, ipſius occupandæ fortuna. Lepuſculus fortè, inaudito exercitus clamore perterritus, ad Vrbem fugit, eumq; militaris quaſi ludi cauſſa militum manus auidè inſequi cepit. Quod vbi ſtationes vidêre Romanæ, re ignotâ, vniuerſis ſe peti viribus arbitratæ, metu repentè de muris ſe proiecerunt. Hac re confecta, Germani locum ſibi datum aggrediendæ Vrbis rati, ſubitò ſarcinas muris admouerunt, eisque ad iuſtam altitudinem coaceruatis, extemplò alij muros conſcenderunt, alij portam ariete perfregerunt: atq; Vrbem defenſorũ inanem ingreſsi, vt Trans-Tyberini ſe dederent, effecerunt. Sic Arnulfus Vrbe primus per vim poſt Gothicam tempeſtatem potitus eſt. Sigonius.

Romanæ ſtationes lepuſculo timidiores.

Cùm Vrbis Romæ monumenta à pluribus deſcripta ſint, coronidis loco adijciam, quid de Pacis templo, cuius aliquot exſtant veſtigia, & Baſilica D. Petri ſentire debeamus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Poſt Triumphos, & Romani Imperij firmiſſimum ſtatum, Veſpaſianus Paci templum ædificauit mira celeritate, & quæ hominum cogitationem ſuperaret. Magna autem diuitiarum largitate vſus, inſuper perfectis id picturæ, ac figmentorũ operibus exornauit. Omnia namq; in illud fanum collecta ac depoſita ſunt, quorum viſendorum ſtudio per totum orbem antiquitatum ſtudioſi vagabantur. Repoſuit etiam illic Iudæorum ſacra vaſa. Legem verò eorum, & penetralium vela purpurea in Palatio condita ſeruari præcepit. Ioſeph.

Pacis templum.

Genſericus ſacra Iudæorum vaſa Romæ ex eo loco abſtulit, quo ea Titus Veſpaſianus repoſuerat. Procop. Euagr.

Conſtantinus Magnus Eccleſias duas, vnam S. Petri Apoſtoli, alteram S. Pauli, ſibi inſtaurandas atque augendas ſuſcepit: quarum illa erat in Vaticano, quòd ibi Petrus ſub Nerone actus in crucem eſſet: hæc via Oſtienſi, quòd eo in loco Paulo eodem die amputatum caput fuiſſet. Singulas verò Baſilicas auratis trabibus, ac multiplici columnarum ordine, vt omnem ſuperarent templorum veterum opulentiam, exornauit, ac patrimonijs toto Occidente diſperſis, ad Eccleſiarum vſum ac magnificentiam auxit. Quibus mox Syluester Pontif. dignitatem etiam ac venerationem adiunxit, ſacris ipſorum Apoſtolorum corporibus illuc ex propinqua, vbi hærebant, ſede translatis, vnde procedente tempore limina ipſa Apoſtolorum

pio ciuium aduenarumque concurſu certatim vota donaque ferentium, ſupra omnia templa ſunt celebrata. Baſilicę quidem Vaticanę ſplendoris illud eſt argumento, quòd Ammonius monachus, teſte Socrate, cùm Romæ vnà cum S. Athanaſio, Iulio Pontificatum poſt Syluestrum adminiſtrante, diuerſaretur, ex admirandis tam multis vrbis operibus, nullum niſi hoc, ſibi viſendum exiſtimarit. Venerationis verò, quod, quemadmodum D. Ioan. Chryſoſtomus ſcripſit, cùm cæteros vel remotiſsimos homines, tum præcipuè Imperatores ipſos eò venientes, pio quodam horrore ac religione perfuderit. Sigon. lib. 3. Imp. Occid. Baſilica Vaticana.

Poſt ſedes Pontificias nihil admirabilius, laudeque dignius, quàm tot per totam vrbem, vt vocantur, Xenodochia, non ſolùm publica omnium (vt ampliſsimum S. Spiritus ab Innocentio III. exſtructum in Vaticano: S. Saluatoris, in Cælio: S. Mariæ de conſolatione, in Velabro: S. Iacobi de Auguſta, in Valle Martia) verùm etiam propria ſingularum ciuitatum, atq; nationum, vt Florentinorum apud S. Ioannem Baptiſtam: Germanorum apud S. Mariam de anima: Hiſpanorum apud S. Barbaram: Gallorum apud S. Ludouicum: Anglorum apud S. Thomam: Flandrorum apud turrim Argentinam: Vngarorum prope S. Petrum: vt alia omittam, in quibus locis infiniti homines grauibus morbis laborantes domeſtici atq; externi tum curantur, tum aluntur. G. Fabric. Xenodochia.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Quæ ſolennitas ſit pontificiæ coronationis, vel ex his patet, quæ ex Iouio adſcribimus:

Fuit is dies, quo Leo X. appellatus Romæ Ann.Sal. 1513. XI. April. coronatus eſt, omnium qui à Gothicis temporibus Romanæ vrbi feliciùs illuxerint, longè clariſsimus. Nunquam enim vllum vel ampliore, vel ornatiore hominum concurſu ſpectaculum celebratum fuiſſe, vel legendo, vel audiendo, meminerant. Profectæ erant aulæis regiones, ridebant ianuæ ciuium feſta fronde, & floribus feneſtræ ſtratæ tapetibus ornabantur: in omnibus biuijs triumphales arcus occurrebant, ad veteris Romanæ magnitudinis exemplum picturis & ſtatuis mirum in modum exornati. Cardinalium & Antiſtitum comitatus, vſque ad humiliora ſeruitia ſerico & purpura, multoque item auro fulgebat: Ipſi Cardinales ſacras aureas & pictas induti veſtes, militaribus equis vehebantur. Prętulit Romanæ Eccleſiæ vexillũ Alfonſus Ferrariæ Princeps, qui ad componendam controuerſiam, & ad præſtandum officium benignis litteris accitus aduenerat. Adfuit & Franciſcus Vrbinas vrbis præfectus, Rhodiæ verò militiæ vexillum armatus detulit Iulius Medices, cùm neq; ipſe, neq; vllus omnino vel ſapiens crederet, in tanta Senatorum & ſeniorum turba, quod in abditis fatis erat, eum mox Romæ regnaturum & fortè ea die coronationis ad felix augurium, mortuo Pactio Coſmo, Antiſtes Florentinus vixdum exutis armis eſt effectus. Sparſa eſt à quæſtoribus

Coronatio Leonis X.

bus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

bus per omnes regiones largâ manu aurea argenteaque pecunia, tanta Leonis lenitate, vt ipſi centum millibus aureis eam pompam Pontifici conſtitiſſe faterentur. Iouius.

Quæ verò totius olim Vrbis Maieſtas fuerit, ipſe tecum reputa, dum veterem Romam in hodierna hac inueſtigatione quàm curioſiſsima perquiſiueris, ſomniabant Veteres æternam vrbem, & Imperiũ ſine fine. Vrbis vides ſepulchrum. Imperij ſubinde audis diminutionem. Cùm enim tempus fatis deſtinatum aduenifſet: ex obſcuro quodam angulo orbis terrarum, vbi vaſtitas feris tantùm habitata beſtijs putabatur, vno momento inuſitatum antehac hominum genus, ruens vt turbo montibus celſis prorupit tanto numero, vt totum terrarum orbem implere poſſe videretur. Tum ſtatim à Gothis ablata Romanis omnis ferè Græcia, inſuper Italia atque Hiſpania, à Bulgaris Dacia atque Myſia, à Vandalis tota Africa, à Francis Germania & Gallia, à Saxonibus Britannia, à Sclauis Sarmatia, Dalmatia, Illyricum: nec multò poſt à Saracenis Ægyptus, Arabia, Syria, Chaldæa, à Tartaris Armenia, Hircania, Colchis, & quidquid ad mare Caſpium & Hyrcanum ſpatij interiacet: à Turcis vniuerſa minor Aſia, cum Cappadociâ, Ponto, Bithynia, & reliquis ad Perſarum vſque terminos Aſiæ prouincijs, à Perſis quidquid in Italiam vſque porrigitur. Deniq; quemadmodum interdum iuſtiſsimus Deus terram in hominum perniciem armat hiatu & concuſ-

Vrbis Romæ, eiusdemq; Imperij conditio.

ſionibus

ſionibus, cœlum fulminibus, & prodigioſis imbribus, aërem typhonibus atq; nimbis: ita eundem Septentrionis & Hyperboreos populos deſtinâſſe in pœnam Orbis, ſcribit Nicephorus Gregoras in ſecundo Hiſtoriarum.

Cùm inter alia Romanæ maieſtatis monumenta, Arcus Triumphalis Titi, nos meritò in admirationem rapiat, pleniorem tanti rei memoriam ex Fl. Ioſepho petamus, qui illam fideliſsimè deſcripſit.

Veſpaſianus Pater, & Titus filius, communem triumphũ ob res geſtas agere ſtatuerunt, quamuis vtriſque Senatus proprium decreuiſſet: prædicto autem die, quo futura erat pompa victoriæ, nemo ex tam infinita ciuitatis multitudine domi remanſit. Omnes autem cùm prodijſſent, loca vbi tantum ſtare poſſent præuenerunt, quanta ſpectaturis ſufficerent, Imperatoribus relicto neceſſario tranſitu. Cuncta verò pars militaris ante lucem per turmas atque ordines progreſſa eſt cum rectoribus ſuis, & circa oſtia conſtituta non Palatij ſuperioris, ſed prope Iſidis templum: ibi enim Principes nocte illa requieſcebant: prima iam aurora incipiente, procedunt Veſpaſianus & Titus lauro coronati, amicti verò prima veſte purpurea, & ad Octauias ambulationes tranſeunt. Ibi enim Senatus, & ducum proceres, & honorati equites, eorum præſtolabantur aduentum. Tribunal autem ante porticus factum erat, ſellæq; eo eburneæ præparatæ. Quò cùm aſcendiſſent, conſederunt:

Veſp. & Titi triumphus.

derunt: ſtatimque partis eos militaris fauor excepit, multis virtutum teſtimonijs prædicatis: illi autem inermes erant in veſte ſericea, laureis coronati: perceptis autem laudibus eorum Veſpaſianus, cùm dicere adhuc vellent, ſilentij ſignum dedit, magnaque omnium quiete facta, ſurrexit; & amictu magnam partẽ capitis adopertus, ſolemnia vota celebrauit, idemq; Titus fecit. Perfectis autem votis Veſpaſianus, in commune omnes breuiter allocutus, milites quidem ad prandium, quod ijs ex more ab Imperatore parari ſolet, dimittit; ipſe verò ad portam recedit, quæ ab eo, quòd per illã ſemper Triumphorum pompa ducitur, nomen accepit: vbi & cibum prius capiebant, & triumphalibus veſtibus amicti, dijs ad portam collatis, cæſa hoſtia, inter ſpectacula tranſeuntes, triumphum ducebant, vt multitudini facilior præberetur aſpectus: pro merito autem narrari, multitudo illorum ſpectaculorum & magnificentia, non poteſt; in omnibus quæ quiſq; excogitauerit, vel artium factis, vel diuitiarum operibus, vel naturæ nouitate. Nam penè quæcunq; hominibus, qui vnquam ſunt fortunati, paulatim quæſita ſunt, alijs alia mirabilia atque magnifica, hæc vniuerſa illa die Romani Imperij magnitudinem probauerunt. Etenim argenti auriq; & eboris, & in omni genere ſpecierum, ſiue opum multitudinem, non vt in pompam ferri cerneres, ſed ſi quis dixerit omnia fluere, & alias quidem veſtes ex rariſsimi generis purpura portari, alias

Militũ prãdium.

Triumphales veſtes.

diligen-

diligentiſsima purpura variatas arte Babylonica. Gemmæ autem clariſsimæ, & tam multæ, aliæ coronis aureis, aliæ ſpeciebus, aliæ formatæ incluſæ traductæ ſunt, vt appareret fruſtra nos earum vſquam rerum eſſe aliquid ſuſpicari. Ferebantur autem ſimulacrorum ſingula, quæ illi Deos habebant, & magnitudine mirabili, & arte non defunctoriè facta, horumq; nihil non pretioſa materia. Quin & animalium diuerſa genera producebantur, proprijs ornamentis induta. Erat autem etiam, quæ ſingula portaret, magna hominum multitudo, purpureis veſtibus, atque inauratis ornata. Ipſi etiam, qui ad pompam fuerant ab illa turba diſcreti, præcipua & mirabili ornamentorum magnificentia culti erant. Inſuper his, ne captiuorum quidem vulgus inornatum videres, ſed varietas & pulchritudo veſtium natam ex fatigatione corporũ deformitatem oculis ſubtrahebat. Maximè autem ſtupor erat machinarum, quæ portabantur, ſiue pegmatum fabricatio, pro quorũ magnitudine timendum viribus portantium occurrentes putabant. Multa enim in tertiũ nidum vndequaq; ſurgebant, & magnificentia fabricæ cum admiratione delectabat, multis aurata veſte circundatis: cùm aurũ præterea factum, & non factum eſſet affixum. Multis autem imitationibus bellum aliter in alias diuiſum machinas, certam ſui faciem oſtendebat. Erat enim cernere, vaſtari quandam fortiſsimam terram; totas verò interfici acies hoſtium, & alios fugere, alios captiuos

Coronæ.

Deorum ſimulacra.

Animalia.

Captiui.

Machinæ.

Picturæ prœliorum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ptiuos duci, muroſque excellenti magnitudine machinis dirui, & caſtellorum conſcendi munimina, & populos ante mœnia ciuitatū diſturbari, exercitumq; intra muros diffundi, cædisq; omnia loca plena, & eorum qui reſiſtere nō poterant preces: ignemq; templis immiſſum, incendiumq; ſuper domos: & poſt multam euaſtationem euerſionemq;, atq; amnem triſticia defluentem, nō in arua culta, neq; in hominum vel pecorum potum, ſed per terrā ex omni parte flagrantem. Hæc enim Iudęos eſſe paſſos, ipſi experti ſunt. An autem & confectorum operum magnitudo, neſcientibus adhuc fieri præſentibus oſtendebatur. Erat aūt per ſingula pegmata captæ Ciuitatis dux, ita vt captus fuerat, ordinatus. Multæ autē naues ſequebantur: ſpolia verò alia paſsim ferebantur. Eminebant autem eorum quę apud Hieroſolymam in templo reperta ſunt, Menſa aurea ponderis talenti magni, & candelabrum ſimiliter auro factum, ſed opere commutato ab vſus noſtri conſuetudine. Nam media quidem columna baſi hærebat, tenues autem à cacumine producebantur formatæ ad ſimilitudinem fuſcinulæ, & ſummum quod in lychni ſpecie fabricatum. Erant autem numero ſeptem, ſeptimi diei qui apud Iudæos eſt feſtus, indicantes honorem.

Iudæi quid paſſi.

Spolia templi.

Propoſitionis menſa.

Candelabrum.

Poſt hæc portabatur Lex Iudæorum nobiliſſimum ſpoliorum. Inde tranſibant plurima Victoriæ ſimulacra portantes, omnia ex auro & ebore facta, poſt quæ Veſpaſianus prior ibat, &

Arca fœderis in triūpho Romā portatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Titus deinde ſequebatur. Domitianus autem adequitabat, ipſe quoque adornatus pulcherrimè, dignusque ſpectari.

Pompæ autem finis fuit ad Capitolium Iouis templum: quò poſtquam ventum eſt, conſtiterunt. Erat enim vetus mos patrius opperiri, donec ducis hoſtium mortem quiſpiam nuntiaret. Poſtquam igitur eum vitæ finem habere nuntiatum eſt, omniumque fauor ſecutus eſt, tunc hoſtias immolarunt, hiſque omnibus ſecundò per vota ſolemnia celebratis, in palatium receſſerunt.

Hoſtium Dux trucidatur, vt victima exhibeatur Ioui Victori.

Videant & perpendant hæc Iudæi, de Meſsiæ aduentu conuincentur, cùm manu tangant, ſceptrum à Iuda ablatum eſſe.

Quod ſpolia hæc attinet, Veſpaſianus, vt Ioſephus refert, extructo Pacis templo, in eo Menſam propoſitionis, & Candelabrum aureum poſuit: Legem verò, hoc eſt, Arcam cum tabulis, tanquam omnium ſacratiſsimam, & à nullo antea captam, cum velis penetralium purpureis, in proprio palatio, ſcilicet, in particulari quodam eius veluti Oratorio, aſſeruari præcepit: nõ nudam, ſed prædictis inuolutã velis: ſic fortaſſe ab aliquo Iudæorum edoctus, quod extra proprium tabernaculũ eam ita haberi mandatum fuerat. & quòd eundem olim Rex Dauid in propria domo, magna cum rerum ſuarum ſubſecuta proſperitate, aliquandiu tenuerat.

Arca vbi poſita.

Num. c. 4. v. 5.

Nec dubitandum de Arca, quamuis nihil amplius de ipſa in Titi arcu conſpiciatur. Si quis

enim

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

enim diligenter vniuerſam Arcus cælaturam mirandam contemplatus fuerit, quemadmodum mihi & ſocio D. Eckenſtenio inter reliqua omnia Romæ, volupe fuit, non obſcurè conijciet, tria illa præcipua Iudæorum ſpolia fuiſſe repræſentata, nimirum Menſam propoſitionis auream, & Candelabrum ſacrũ item aureum, & Legem, eo prorſus ordine, quo Ioſephus deſcripſit. Nam licet primò Menſa non adhuc penitus obliterata, cui binæ etiam tubæ, quarum vſus in Iubilæo fuerat, innixæ adiectæque ſunt, deinde Candelabrũ euidentius expreſſum, cernantur; de Lege autem nihil relictum appareat: nihilominus tamen tres illi Laureatorum portantium ordines, qui ſibi inuicem, vnus poſt alium ſuccedere conſpiciuntur, & item illi tres tituli, tribus baculis affixi, quorũ ſinguli immediatè ante ſingulos illos portitorũ ordines deferri euidenter cernuntur, (quamuis poſtea litteræ temporũ iniuria deciderunt) ſatis perſpicuè atteſtantur, non Menſam Candelabrumq; tantummodò, ſed & poſtremò Legem quoque: quamuis poſtea vel temporũ iniuria, vel vt quidam nõ immeritò ſuſpicantur, à Iudæis Romæ commorantibus (quod ipſis varijs tam deſolationibus, quàm tumultibus facile erat) qui viſibile illud perfidiæ ſuæ à Deo caſtigatæ, & Legis per Chriſtũ abrogatæ atq; impletæ, monumentum ferre nõ poſſunt, poſterioribus temporibus clam obolita fuerit, prę ſertim cùm Rabini mordicus teneant, Arcã adhuc in antro montis Ne-

Arcus cælatura.

Iudæorum fabula.

bo abditam eſſe,& in fine mundi, ad eorundem Iudæorum conſolationem, reuelandam fore.

Ethnici libris ſacris inhiant.

Obiter hîc annotandum eſt, Romanos tanta auiditate Iudæorum libris inhiaſſe, vt ab Imperatore Auguſto, referente Ioſepho Antiq.16.c.10. publico edicto, ſub pœna ſacrilegij, & confiſcationis bonorum, cautum fuerit, ne quis eorundem ſacros libros furari auderet.

Fecerant autem hoc Romani & alij Ethnici, teſte Ruperto in Geneſ. vt ad normam diuinæ Legis ſimulacris ſuis ritum & ordinem ſacrorum exhiberent.

Thermæ Diocletiani.

Cùm non ſine ſtupore Diocletiani Thermas perluſtrare poſsis, quarum vaſtitatem & ſumptuoſitatem vix vnquam ſatis admiraberis, ſcias, in illis olim conſtruendis quadringenta Chriſtianorum millia, per annos quatuordecim, ſeruili more, ſub crudeliſsimo perſecutore vexata eſſe.

Bibliotheca Vlpia.

Ad illas Thermas Tyrannus magnificentiſſimum ſtruxerat palatium, in quo celebris illa Bibliotheca Vlpia, & Elephantinorum librorum theſaurus ſeruabatur.

Exſtant reliqua Romanæ vrbis monumenta, tam noua quàm antiqua, varijs authoribus deſcripta, nec rarum amplius aut difficile habetur, compendioſa inueſtigatione, Veterem illam auguſtam Romam, vrbium Dominam, in hac moderna inuenire, omniaq; & ſingula perluſtrare, quæ per vniuerſam vrbem admiranda diffuſa habentur: pręſertim ſi quis antea aliquid

tempo-

temporis in alijs Italiæ vrbibus, inter doctos, & antiquitatum ſtudioſos tranſegit; ſiquidem eadem vbiq; Templorum, Theatrorum, Arcuum, Sepulcrorum & huiuſmodi operũ antiquorum eſt ratio. Idcirco nunc felicibus cum auſpicijs vlterius properamus, hoc ſaltem addicturi, quæ de Paſquillo notatu digna videntur, ſiquidem exulcerato hoc ſeculo, quo faſtu & arrogãtia omnem & Charitatem & humanitatem paſsim concidiſſe, meritò conquerimur.

Paſquillus ſartor Romanus, atq; adeò pontificius, mira in reprehendendis aulicorũ, Cardinalium, ipſorum quinetiam Pontificum vitijs libertate & impunitate, occaſionẽ dedit aulicis litteratis, vt ſcripta quælibet famoſa incerto auctore edita in Paſquillum referrent. Eo mortuo, cùm prope tabernã eius in Parione ſtatua marmorea gladiatorio habitu effoſſa eſſet, & eodem loci in via publica erecta, populari ioco Paſquillus appellari cœpit, quòd illic ob dicacitatem notiſsimus magiſter Paſquinus habitâſſet. Vulgi ludum aulicorum confirmauit auctoritas, & qui viua voce hominum mores publicè inſectatus erat, mortuus ſola memoria ſua epigrammatophori munus ſubijt, cùm ſtatuæ huic ſcripta maledica omnis generis noctu affigerentur, quæ à loco ipſo Paſquilli nomen ſibi vendicarunt. Hæc Antonius Tibaldeus Ferrarienſis ſenex honeſtiſsimus à ſe Romę viſa teſtatus eſt: cuius narrationẽ Ludouicus Caſtelvetreus Mutinenſis ſuis in hymnũ Anibalis Cari animad- *Paſquilli hiſtoria.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

uerſionibus inſeruit, vt ex non vulgata hiſtoria Paſquilli munus eſſe probet, politica tantùm, non literaria: eaq; non obſcura & leuia, ſed grauia & manifeſta errata: non plebeiorũ, ſed clariſsimorum hominum: non erudita, ſed populari lingua inceſſere: quòd ſartor ille Paſquinus, in notiſsimis tantùm ob hominum ſplendorem & rerum atrocitatem ſactis plebeia hac maledicentia fuerit vſus.

Hadrianus Pont. Paſquillo infenſus.

Hadrianus VI. Pont. Paſquillum abolere, & in Tyberim præcipitare cogitauit, quòd Principibus viris nimis liberè obloqueretur. Sed Ludouico à Corduba, Principe Sueſſano, Caroli V. Imp. Legato diſſuadente, quòd Paſquillus vel in imo vado ranarũm more non eſſet taciturus: reſpondit Pontifex: Exuratur ergo in calcem, ne eius veſtigijs vlla omnino memoria ſuperſit. Tum rurſus Sueſſanus, rectè, inquit, ſed tam crudeliter concremato, Poëtæ clientes non deerunt, qui Patroni cineres inuidioſis carminibus proſequantur, & ſupplicij locum quotannis ſtatuto ſolenni die concelebrent. Quibus verborum luſibus Pontifex ab iracundia ad iocos hilaritatemque ſenſus omnes leniſsimè reuocauit. Iouius.

DE NONNVLLIS CAMPANIÆ VRBIBVS.

VT Arabia, ſic Campania hæc Felix vocatur, olim ab Auſonijs, Cumanis, & Hethruſcis habitata & exculta.

Plinius regionem hanc Laborinos campos vocat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

vocat. Itali dicunt: Terra di Lauoro quaſi Terra con grand fatica acquiſtata, & con non minore conſeruata.

Oſtia olim ab Anco Martio muris cincta, & poſtea à Claud. Imper. Portu munitiſsimo exornata. Oſtia.

Monica D. Auguſtini mater, etſi vehementer cupierat viro ſuo Patricio, cum quo concorditer vixerat, in morte quoque ſociari, & in eo, quod ſibi iuxta illius tumbam conſtruxerat, ſepulcro recondi: tamen poſteaquam in peregrinatione Italica Oſtiæ ægrotare cepit, filio vbicunque vellet, corpus ſuum locare iuſsit. Sed & paulo antequam ægrotaret, quærentibus ab ea amicis, utrum non timeret in peregrino ſolo corpus relinquere? Nihil, inquit, longè eſt Deo: neque timendum eſt, ne ille non agnoſcat in fine ſeculi, vnde me reſuſcitet. Aug. lib. 9. Confeſs. Facilis iactura ſepulcri.

Leo IV. Vrbem à Saracenis vaſtatam, reſtaurauit.

Cum ſtupore mirandũ, quòd ex tot tantisq; Templis, Palatijs, alijsq; publicis ędificijs quàm vaſtiſsimis, ne ruderum veſtigia ſuperſint.

Claruit olim Templo Iunonis admodum celebri, cuius pictura nulla vitiabatur ætate. Ardea.

Antium Romanis contra Hannibalem ſocia fideliſsima, qua de cauſſa cum Oſtia, magnis beneficijs affecta. Antium.

Horatius & Tacitus Templũ Fortunæ huius vrbis commendant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Ex ruderibus Antij Columnenſes Nobiles Caſtellum Neptuni exſtruxerunt.

Lauinium. Lauinium Latini Regis frater condidit, poſtea à Lauro Laurentum vocabatur, Latij metropolis. Senatus ibi in Templo habebatur.

Perijt vrbs quondam regia, vt vix rudera ſuperſint.

Aſtura. Aſtura vrbs quondam celebris, in qua M. Tul. Cicero à Popilio interfectus, & Conradinus Sueuiæ Dux cum Friderico Auſtriaco captus fuit.

Terracina. Terracina, à Græcis ob loci aſperitatem Trahina vocabatur, priùs Anxur dicta.

Apud Martialem & Silium Templi admodum magnifici fit mentio, quod maximũ huius vrbis fuit ornamentum.

Prope Cœnobium S. Angeli in monte conſpicitur Theatrum omnium pulcherrimum ex maximis quadratis ſaxis conſtructum.

Vicinia hęc vniuerſa olim Illuſtrium Romanorum prædijs claruit.

Amydæ. Amydæ vrbs à Lacedęmonijs condita, inter Terracinam & Caietam ſtetit, cuius interitus prouerbio ſignificatur, Mihi neceſſe eſt loqui, nam ſcio Amydas tacendo perijſſe.

Fundi. Fundi vrbs antiquiſsima, ob fidem & amicitiam à Romanis Ciuitatis Iure donata, Viam Appiam contra Carthaginenſium irruptiones tutam ſeruauit.

Ferdinandus Aragonius vrbem hanc cum circumiacẽtibus oppidis & villis, Proſpero Co-

lumnæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

lumnæ gratitudinis ergo dono dedit: quam poſtea Ann. Sal. 1534. Barbaroſſa Solimani Talaſsiarchia ſpoliauit.

Mola ſeu Formiæ.

Mola, Græci vrbem hanc ob portus elegantiam Hormias vocarunt, in loco amœniſsimo & fertiliſsimo ſita, habet in vicinia montem Cœcubum, cuius ob vini generoſitatem Martialis & Horatius meminerunt.

Ex ruderibus, quæ Saracenorum monumenta ſunt, veteris vrbis magnitudo conſpicitur.

Mantiæ in loquendo libertas.

Ælius, Mantia Formianus libertini F. vltimæ ſenectutis, L. Libonem apud Cenſores accuſabat. In quo certamine cùm Pomp. magnus, humilitatem ei ætatemq; exprobrans, ab inferis illum ad accuſandum, remiſſum dixiſſet: Non mentiris (inquit) Pompei, venio enim ab inferis L. Libonem accuſaturus. Sed dum illic moror, vidi cruentum Cn.Domitium Ænobarbum, deflentem, quòd ſummo genere natus integerrimæ vitæ, amantiſsimus patriæ in ipſo iuuentutis flore tuo iuſſu eſſet occiſus. Vidi pari claritate conſpicuum Brutum ferro laceratum, querentem id ſibi priùs perfidia, deinde etiam crudelitate tua accidiſſe. Vidi Cn. Carbonem acerrimum pueritiæ tuæ, bonorumq; patris tui defenſorem, in tertio Cõſulatu cathenis, quas tu ei inijci iuſſeras, vinctum, obteſtante te aduerſus omne fas & nefas, cùm in ſummo eſſet imperio, à te Equite Romano trucidatum. Vidi eodem habitu & quiritatu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Prætorium virum Perpennam, ſæuitiam tuam execrantem: omneſq; eos vna voce indignantes, quod indemnati ſub te adoleſcentulo carnifice cecidiſſent. Val. Max.

CAIETA.

NOmen habet à nutrice Æneæ, quæ eo loci fuit ſepulta, portu claret non minus Natura, quàm arte inſigni.

Caſtrum Caietanum à Ferdinando Aragonio, cùm vrbem opera Conſalui Gallorum Tyrannidi eripuiſſet, exſtructum, & à Carolo V. Imper. munitum, toti regioni dominatur.

Munat. Planci ſepulcr.

Turris Orlandi ob Munatij Planci monumentum plurimum commendatur.

Viſu digniſsimus eſt Crater, Baccho quondam conſecratus, cum inſcriptione ΣΑΛΠΙΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕ, id eſt, *Salpion Athenienſis fecit.* Hodie in Baptiſterij miniſterium conuerſus, in Templo oſtenditur.

Hypomnemata.

Carolus IIX. Galliæ Rex, exactis Aragonijs, regnum occuparat Neapolitanum. Galli ad exornandas triremes, pecuniam Caietanis imperarant; & ijs maximè nominatim, quos Aragonijs rebus fauere intelligebant. Caietani inopiam accuſare, orare, ne quam opinionem de Gallici Imperij lenitate omnes cõcepiſſent, eam fallerent, vel omnino macularent. At Galli, quos Stephanus Belcarius Quæſtorum Magiſter,

Gallorũ in Caietanos tyrannis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

giſter, ad pecuniam exigendam miſerat, cùm apertè Imperium detrectantes, cogendi potius quàm adhortandi viderentur, de capiendis his, qui maximè recuſarent, cuſtodiæq; tradendis, conſilium inierunt. Sed dum Galli vim parant, Caietani à femina quadam, quæ per feneſtram ſermones exceperat, de ea re admoniti, cõcurſúq; totius populi ad templum maximũ facto, (quod tũ fortè ſupplicationes ſolemni pompa, circumlato Chriſti corpore, ducebãtur) Gallos in arcem compellũt. Illi acerſitis hinc inde auxilijs, vrbẽ terra ac claſſe adoriuntur, expugnatam diripiunt. Multæ virgines violatæ, & vni ante alias è nobili Laudatorum familia, dũ inuadenti Gallo viriliter reſiſteret, manus præciſæ, duæque aliæ in vltima conſtantia iugulatæ. Viri omnis ordinis ætatisq; quadringẽti fermè occiſi: tẽpla omnia cunctis veteribus donarijs exſpoliata, quæ tanta fuere, vt neq; pretioſiora, neq; plura vrbs ipſa Neapolis habere diceretur. Ea enim multis ante ſeculis incolarum ac nauigantium pietate accumulata fuerant, dum Caieta, ante iactam molem apud Neapolim, ab ipſa tutiſsimi portus commoditate, veluti totius oræ Emporium, magna hominum frequentia, & opibus maximè floreret. Ea omnia, biduo poſt adueniens Belcarius, vt in recenſenda præda, quæſtorio munere fungeretur, vix relictis ſanctorũ oſsibus atq; reliquijs, quæ loculis includebantur, in Galliã aſportauit: ita vt eius iuſſu poſtea apud Inſulã oppidũ prope Ararim,

Caietanorum Templorum opes.

aurea

aurea argenteaque donaria in ſcyphos & pateras conflarentur.

Naufragiũ. Nauis oneraria onuſta ſpolijs, quæ confecto bello, in Galliam iter habebat, apud Circeios (non procul à Caieta) naufragio perijt, fractaque penitùs, atq; eiecta in littus, circumiectos populos ditauit. Iouius lib.3. Hiſtor.

Caietanorum fides. Galli qui Caietæ præerant, cùm nauem longam remigibus inſtruere vellent, municipesq; imponere, illi ſe cogi paſsi non ſunt, palamq; prædicauerunt, nolle ſe contra Ferdinandum regem, poſt diſceſſum Caroli IIX. regis Franciæ, ſuum regnum repetentem, duci, atque ad arma capienda proſilierunt. Galli eos veriti, ſe in arcem oppidi receperunt, atq; ad auxilia proximis ex oppidis euocanda miſerunt. Quibus adductis, magnam ciuium cædem fecerunt, magnam in oppidanos ſtragem ediderunt, matribus familiâs & virginibus vulgò in ſeruitutem, atq; libidinem abductis. Quæ intellecta res Neapolitanorũ animos iam antè infenſos & labantes, ab Gallis magnopere auertit. Bemb.

Caietanorum in Gallos crudelitas. Caietani quidam (quorum patria, trucidatis crudeliſsimè ciuibus, à Gallis erat direpta) dum Ferdinandus II. Aragonius in vrbẽ Neapolim reciperetur, Galliq; paſsim cæderentur, aliquot nacti Gallos, qui in templum confugerant, crudeliter interfecerunt, adeò vt exemta morientibus corda, immani quadam rabie, præ ira ac dolore acceptæ calamitatis, dentibus admouerunt. Iouius.

Cùm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Cùm Galli, Caieta dedita, regno Neapolitano excederent, & à Conſaluo Magno, multis terreſtri itinere abeuntibus, equi darētur: Obegninus eorum Imperator alacri ore renidens, Conſalue, inquit, te obſecro, vt validos nobis & robuſtos equos dari cures, vt abeuntibus, & cito redituris nobis ſufficiant: quaſi renouaturum bellum non obſcurè promitteret. Agnouit Conſaluus vafrè dictum, ſtatimq; reſpondit: Reditote vt lubet, nam hæc eadem quæ vobis lubens præſto, veſtes, equos, diplomata, cùm reuertemini, ex clementia, liberalitateq; mea facilè impetrabitis, apertè denuntians, eos ſi redirent, eandem omnino belli fortunam ſubituros. Iouius. Gallorum animoſitas.

Alfonſus Aragonius, ſubacta Iſchia inſula, ad vicinum templum, Deo gratias pro victoria acturus, profectus, cùm nauicula, qua vehebatur, ſubuerſa eſſet, Caietani nautæ opera ſeruatus, alimenta ei liberaliſsimè dedit, & quinq; illius filias honeſtiſsimè elocauit. Pontan.

Idem Alfonſus audiens à quibuſdam Caietanis, malè litteratis, M. Tullij ſepulcrum extare adhuc iuxta Formias (ibi enim villa Ciceroniana inſignis olim fuit, nunc autem Mola vocatur) in via Romana vetuſtis litteris inſcriptum: eius rei viſendi percupidus, ſtatim eum locum acceſsit: & ſentibus rubisq; primò tumulum purgans, moxq́ue legere inceptans, non M. Tullij, ſed M. Vitruuij inſcriptionem inuenit, qua lecta, multum riſu ſoluens dixiſſe

fertur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

fertur, Caietanos ex Minerua oleum quidem accepiſſe, ſed ſapientiam amiſiſſe. Panorm.

Alfonſus capitur.

Blaſius Axaretus Genuenſium Claſsis Imp. Alfonſum Aragonum Regem, medio mari ad Caietam victum cepit, & Genuam in triumphum duxit. Egnat.

Caietani Ladislaum Neapolitanorum Regem, regno exutum, collatâ è publico pecuniâ, ſuſtentarunt. Idem.

CAPVA.

Capua validiſsima vrbs, multitudine Ciuiũ incolarumq́;, & poſt Romam olim florentiſsima omnium Italiæ Ciuitatum, Hetruſcorũ Colonia, Vulturnũ primò, Capua deinde à Duce eorum Capio, vel quod propiùs vero eſt, à cãpeſtri agro appellata fuit: circum enim adiacẽt campi omni fertilitate terræ, pulcritudineq́; agrorum inſignes, quos κήπους appellant Græci.

Hypomnemata.

Serui rebelles.

Capuæ ducenti ſerui rebellantes, ſine mora deleti ſunt. Dion.

Sic bello ſecundo Punico, Romæ XXV. ſerui in crucem ſublati, qui in campo Martio coniuraſſe dicebantur, indici libertas data, & XXM. æris. Sabell.

Capuani equites.

Capuæ Equitibus plerunq; honos eſt habitus, quibus ciuitas data eſt, quòd bello Latino à Romanis non deſciuiſſent. Alexand. ab Alex.

Mortuo ad Neapolim ex peſtilentia Lotrechio Gallorũ duce, Capuani, qui reliquias Gallici exercitus primùm amicè receperât, mox de

Gallo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Gallorum victoria deſperantes, prẹſidiarijs ſuis perſuasêre, vt delectis robuſtiſsimis quibusq;, exire prædatum vellent, quòd nihil iam Capuẹ pecoris ſupereſſet. Mox egreſsis, & non multò pòſt redeuntibus, portas occluſêre, & ad Cæſarianos defecêre. Sabellici ſupplem. lib. 11. ex Iov.

Ann. Sal. 1501. Ludouici 12. Galliæ, & Ferdinandi Hiſp. regis, regnum Neapolitanũ inuadere conſtituentium copiæ, circa Capuam conuenêre, cùmq; octauo obſidionis die Fabricius Columna ex vallo cum Calatiæ Comite Ioan. Franciſco Sanſeueriano de deditione loqui cepiſſet, militum in cuſtodiendo negligentia hoſtibus irrumpendi occaſionem præbuit: qui ob prædæ cupiditatem & ob cladem in oppugnatione acceptam, irâ perciti, totam vrbem multa cum cæde diripuerunt, eosque qui ipſorum crudelitati ſuperfuerant, captiuos fecerunt. Mulieres ex omni ſtatu, etiam quẹ religioni deuotæ erant, victorum libidini, & auaritiæ miſera præda fuerunt: quarum multæ poſtea minimo pretio Romæ venditæ ſunt: & fama eſt, aliquas Capuæ minus mortem quàm honoris iacturam horrentes, alias in puteos, alias in flumen ſe præcipites dediſſe: ac præter alia ſcelera diuulgatũ eſt, Ducem Valentinum Cæſarem Borgiam Alexandri VI. filium, qui Regij Vicarij appellatione caſtra tantummodò cum ſuis nobilibus ſequebatur, cùm multæ, quæ primum impetum effugerant, in turrim quandam confugiſſent, omnes inſpicere voluiſſe,

Cuſtodum negligentia vrbem perdit.

Borgiæ facinus.

ijsq;

ijsq; diligenter inſpectis, 40. omnium formoſiſsimas retinuiſſe. Guicciard.

Perfidiæ macula omnes obſcurat virtutes.

Ioannes Iacobus Triuultius, cui Capuæ cura à Ferdinando II. Aragonio commiſſa fuerat, ad Regem Galliæ Carolum IIX. defecit. Qua perfidia multis ante bellis partam gloriam fœdiſsimè ſugillauit, præſertim cũ nullam defectionis cauſsã habere videretur. Iou. & Guicc.

Soldanus Agarenorum, Longobardiam infeſtantium Dux, captus à Ludouico II. Imp. aſtutiâ ſua adduxit Capuanos, vt ab Imp. rebellarent. Eius enim ſortem miſeratus, quòd eſſet vir cordatus & prudens, ſibi familiarem fecit, adeò vt ſæpè cũ illo conſilia ſua communicaret. Barbarus Regi ſuaſit, vt ſi Capuã & Beneuentũ firmiſsimo dominio poſsidere vellet, nobiliores vrbis aliò migrari faceret, & ſic plebem ſine labore poſſe facilè domari. Rex conſilium ex animo ſuo arbitratus fore, clàm vincula fabricari & compedes iuſsit. At Soldanus omnia nobilibus patefecit: & in maiorem rei fidem, compedes oſtendit & manicas ferreas. Populares, regem in venationem progredientẽ vrbe excluſerunt: & Soldano precij loco libertatem donauerũt. Is egreſſus, nouo exercitu collecto, longa obſidione Capuam & Beneuentũ cinxit. Obſidione preſsi, Regem adeunt, facti veniam petentes: cauſantur, Barbari ſe aſtu deceptos. Rex Legatos non admittens, ſed pœnas interminans, effecit, vt à Baſilio Imp. Conſtantinopolitano opem peterent. Cuſpin.

Soldani aſtutia.

Solda-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Soldanus Agarenorum, qui ſub Ludouico pio Imp. Italiam vaſtarant, toto anno Capuæ in captiuitate delituit, nunquam ridere viſus, niſi dum ſemel vidit rotam currus circumuolui, & imam partem nonnunquã in altum erigi: Sic, inquit, res vertuntur humanæ, quod ſine cachinno neſcio explicare. Et fortè ego, qui ad ima detruſus iaceo, exſurgam quandoq; & denuo regnabo. Cedren. Soldani de fortuna ſua iudicium.

LINTERNVM.

INter Vulturnum fluuium & Cumas Linternum, villa quondam amœniſsima floruit, Scipionis ſepulcro nobilitata, in quo legebatur:

Deuicto Hannibale, & capta Carthagine, & aucto
Imperio, hos cineres marmore tectus habes.
Cui non Europa, & non obſtitit Africa quondam,
Reſpice res hominum, quam breuis vrna premat.

Solebat Scipio dicere, Ingrata Patria, ne oſſa quidem mea habebis.

Hypomnema.

Ad P. Scipionem Africanum in Linternina Villa latitantem, complures Prædonum duces videndum, eodẽ tempore fortè confluxerunt. Quos cùm ad vim faciendam venire exiſtimaſſet, pręſidium domeſticorũ in tecto collocauit, eratq; in his repellendis, & animo & apparatu occupatus. Quod vt prædones animaduerterunt, dimiſsis militibus, abiectiſq; armis, ianuę appropinquant: & clara voce nuntiant Scipioni, non vitæ eius hoſtes, ſed Virtutis admiratores veniſſe, conſpectum & congreſſum tanti Scipionis exiſtimatio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

viri, quaſi cœleſte aliquod beneficium, expetentes. Hæc poſtquam domeſtici Scipioni retulerunt, fores reſerari, eosq; intromitti iuſsit. Qui poſtes ianuæ tanquam aliquam religioſiſsimã aram, ſanctumq; templum venerati, cupidè Scipionis dexteram apprehenderunt: ac diu oſculati, poſitis ante veſtibulum donis, quæ Deorum immortalium numini conſecrari ſolent, læti, quia Scipionem vidiſſe contigiſſet, abierunt. Quid hoc fructu maieſtatis excelſius? quid etiam iucundius? Hoſtis iram admiratione ſui placauit, ſpectaculo præſentiæ ſuæ latronum geſtientes oculos obſtupefecit. Delapſa cœlo ſidera hominibus ſi ſe offerant, venerationis amplius non recipient. Val.Max. & Egnat.

VATII VILLA.

NOn procul à Linterno Seruilij Vatiæ villa fuit, de qua Seneca, quoties illuc transibat, dicere ſolebat, Vatia hic ſitus eſt. innuens hominem otio deditum, mortuum potiùs quàm viuum eſſe. Hinc celebre eius dictum, Otium ſine litteris mors eſt, & viui hominis ſepultura: omnia nobis mala ſolitudo perſuadet. Circumſpice ſingulos, nemo eſt, cui non ſanctius ſit cum quolibet eſſe, quàm ſecum.

Otium & ſolitudo.

Si quando verò Romani negotiorum pertæſi, vrbem faſtidiebant, in hæc verba erumpere ſolebant, Vatia ſolus ſcit viuere. Vatia enim curas, ſtrepitumq; Romæ fugiens, animi tranquillitatem ruri ſectabatur.

CVMÆ.

CVMÆ.

VRbs antiquiſsima ante bellum Troianum à Græcis condita, ab Ænea Templi in honorem Apollinis exſtructi cauſa perluſtrata, vnde Virgil. lib. 6.

At pius Aeneas, arces quibus altus Apollo
Præſidet, horrendæq; procul ſecreta Sibyllæ
Antrum immane petit.

Tarquinius Superbus Roma pulſus, Cumas aufugit, & ibi mortuus eſt.

Deuicto Hannibale, Romanis ſubiecta fuit.

Tempore Iuſtiniani Imp. tantæ adhuc fuit integritatis & præſtantiæ, vt Teia & Totilas Gothorum reges Theſauros ſuos, & pretioſiſſima quævis in illa repoſuerint cuſtodienda.

Narſes illam Gothis eripuit maximo cum labore, diuturna vrbem munitiſsimam defatigans obſidione. Hodie diruta iacet, & ſtudioſis Romanæ antiquitatis ſpectaculum præbet varium & ſpatioſum.

Apud Cumanos adulteræ dicebantur ὀνοβατίδες quæ in aſino circumductæ fuiſſent per totam ciuitatem, reductæq; ad lapidem, in quo ſiſtebantur, vt omnibus ignominiæ ſpectaculo eſſent. Eraſ. ex Plutarch. Probl.

Cumanis à populo Romano tributum fuit, vt publicè Latinè loqui liceret, vtq; præconibus, Latinè vendendi auctionandiq; facultas foret. Alex. lib. 2. c. 30.

Agathias lib. 1. belli Gothici ſcribit, Narſetē Iuſtiniani Imperatoris Legatum, dum Cumas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Spelunca Sibyllæ. obſideret, prope Puteolos reperiſſe ſpeluncam vaſtam & profundam, in qua Sibylla olim ediderat oracula, per quam ductis ſub terra cuniculis Cumas ingreſſus eſt, quæ numeroſo Gothorum præſidio defendebantur.

Iuſtinus in Admonitorio ad Græcos teſtatur ſe Cumis vidiſſe Baſilicam vno Saxo fabrefactã, & in ea tria ſolia, ex eodem exciſa lapide, quibus aqua repletis, Sibylla lauerat.

Baſilica hæc corruit terræmotu An. Sal. 1539. Ex hac Baſilica per callem anguſtum aſcenſus ducebat ad ſpeluncam Sibyllæ vaſtam & ſpatioſam, artificioſa tamen teſtudine excauatam. Hæc longo amploq; meatu ſub monte extenſa, tandem muro obducto finitur, quem Adrianus Pontif. extrui iuſsiſſe fertur; Propterea quòd plurimi peregrini, potiſsimùm ſcholaſtici, neſcio qua curioſitate ducti, per anfractus illos ſubterraneos, obſcuros, & multiplici ambage reticulatos ſeſe in inferiora loca demittebant, cumq; illis reditus liber non daretur, lucernis propter ignitas exhalationes ſuffocatis miſerrimo vitæ exitio ſuæ ſtultitiæ pœnas debant.

Adriani pia ſollicitudo.

Damnoſa curioſitas. Non deſiêre tamen, inquit Boiſſardus, eodem añ o, quo illic degebant, quatuor ſcholaſtici Belgæ, vt exiſtimabantur, fracto muro ſe in eas voragines demittere, ex quib. poſt triduũ euomiti ſunt, corporibus igne vſtulatis, & ſuffocatis.

Virgilius lib. 6.

Exciſum Euboicæ latus ingens rupis in antrum,
Quo lati ducunt aditus centum, oſtia centum,

Vnde

Vnde ruunt totidem voces, reſponſa Sibyllæ.

Agathias lib. 1. ait: Spelunca erat vtrinque patentior, & profunda, penitiſsimiſque & ampliſsimis penetralibus, voraginibusq; immenſis in abruptum deſcenderat. Sibyllæ antrum.

Vixit hæc Sibylla Cumis anno ante Chriſtũ natum 613. Libri autem eius, Cn. Norbano, & P. Scipione Coſs. bello Marſico cùm Capitoliũ cremaretur, perierunt. Fuerunt poſtea hinc inde per Græciam Sibyllarum carmina conquiſita, iuſſu Tiberij, quæ ad Honorium & Theodoſium Iuniorem vſque conſeruata, Stiliconis iuſſu combuſta fuerunt, ſublatis Theodoſio omnibus gentilib. ſuperſtitionib. & ſacerdotijs. Sibyllina carmina combuſta.

BAIÆ.

VRbem olim totius orbis amœniſsimam, Baius Vlyſsis ſocius cõdidit, de eius, vt & Cumarum ac Puteolorum memorabilibus, Ioan. Iac. Boiſardus ſingularem ſcripſit tractatum.

Hypomnema.

Cùm rebus acciſis Italorũ, bello ſociali, multi Romæ per eos, qui apud Populum habebant, bellum Mithridaticum venarentur: Sulpitius Tribunus plebis, homo audaciſs. præter omniũ exſpectationem protraxit C. Mariũ, proconſulemq; & ducem aduerſus Mithridatem nominauit, qui ipſe tamen bello ſociali, ob corporis imbecillitatem, imperium depoſuerat, populus diſtractus eſt in factiones. Alij in partes Marij diſcedebant, Syllam deſignabant alij. Marium Baias ire iubebant ad balnea, & corpus curare, Mario Baiæ exprobrantur.

ſenio & fluxionibus, vt ipſe confitebatur, elangueſcens: etſi ille ambitiosè atq; impotenter, ſenectute & infirmitate diſsimulata corporis, deſcendit quotidie in campum,& in caterua Adoleſcentium exercitans ſe, agile in armis corpus,& equi patiens oſtendit: quamuis non eſſet ob tumorem ventris in ſenectute expeditus, ſed obeſus euaſiſſet,& corpulentus. Plutarch.

Marij & Luculli viuaria.

Habuit C. Marius his in locis Villam amœniſsimam, & vbi Piſcina mirabilis monſtratur, ibi quondam Luculli viuariũ fuit, de quo apud Varronem lib.3. admiranda legimus. Perfodit enim illius gratia montem, & maritimum flumen immiſit in piſcinas, quæ reciprocæ fuêre, vt piſces ſuos in loca frigidiora propter æſtus duceret,& ſic ne Neptuno de piſcatu cederet.

MISENVS.

AB Æneæ ſocio ibi ſepulto nomen habet,portus à M. Agrippa contra S.Pompeiũ,& poſtea ab Auguſto plurimis nauibus, ac ſingulari Thalaſsiarcho nobilitatus.

Nero Imper. incoauit piſcinam à Miſeno ad Auernum lacum,quo quicquid totis Baijs calidarum eſſet,committeretur. Foſſam ab Auerno Hoſtiam vſq;, vt nauibus, nec tamen mari iretur,longitudinis per CLX. milliaria: latitudinis qua contrariȩ quinqueremes cõmearent.Quorum operum perficiendorum gratia, quod vbique eſſet cuſtodiæ in Italiam deportari, etiam ſcelere conuictos non niſi ad opus damnari, præceperat. Sueton.

Scelerato rum labores.

HOR-

HORTENSII PISCINA.

IN his locis celeberrima illa Hortenſij Oratoris piſcina fuit, de quo legimus, quòd piſcatores complures habuerit, qui piſciculos frequenter aggerebant, qui à maioribus abſumerentur. Cui maior cura fuerit de piſcibus, quàm de ſeruis minus valentibus, & qui minus laborabat, ne ſeruus æger, quàm aquam frigidam ſui piſces biberent. Maior cura de piſce, quàm de homine.

ISCHIA.

HIc, Carolo IIX. Rege Gall. Neapolitanum regnum occupante, Ferdinandus Aragonius delituit.

Procida Ann. Sal. 1544. 23. Iunij à Barbaroſſa Pirata barbaro ſpoliata fuit. Vtraq; terræmotu à terra continente diuulſa eſt Inſula, Baccho & Cerere florentiſsima.

PVTEOLI.

VRbs quondam omnis generis ſumtuoſiſsimis & pulcherrimis ædificijs ſuperbiſsima, à Græcis ex Inſula Samo ob Polycratis, Syli & Pantagnoſti fratrum diſcordiam eò fugientibus, quo tempore etiam Pithagoras Crotonam conceſsit, exſtructa.

Ob fidem Romanis contra Hannibalem exhibitam Colonia facta, & plurimùm exornata. Auguſtus illam reſtaurauit, ac bene meritis militibus habitandam dedit, eandemq; Coloniam Militarem Auguſtam vocauit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Nero priuilegijs donatam, Neroniam, & Veſpaſianus, Flauiam dixit, vt patet ex inſcriptionibus.

Antonius Pius, Parenti Adriano Cæſari, ibi in Ciceronis villa mortuo, templum perquam magnificum erexit.

Apud portum, qui olim fuit pulcherrimus, Antonino Pio Arcus Triumphalis dedicatus eſt à ciuibus Puteolanis.

Conſtantinus Magnus, aliquot naues Puteolana arena Conſtantinopolim, portus ibi muniendi cauſſa, deuehi iuſsit.

Heroina. Anno Sal. circiter 1343. Puteolis femina fuit, quæ ingenij & corporis habitu, ac viribus Amazones, ſi non viciſſe, ſaltem æquaſſe dicitur, quam, tanquam alteram Camillam Petrarchæ laudibus celebratam, Rex Robertus videndi gratia, Puteolos nauigauit.

Puteolani olim Brutorum, quemadmodum Neapolitani Liciniorum, & Bononienſes Antoniorum, fuerant Clientes. Alex. ab Alex.

PAVSILIPPVS.

VIdere licet in tota hac ora Naturæ & Romanæ Antiquitatis mirabilia. Quocunq; verteris oculos, habebis quod ſuſpicias.

Hîc olim Cæſaris fuerunt piſcinæ, in quibus à Pollione Vedio coniectum piſcem, ſexageſimum poſt annũ exſpiraſſe. Seneca ſcribit, duobus alijs æqualibus eius ex eodem genere etiam tunc viuentibus. Vedius ille Pollio, cùm

piſcinas

piſcinas magno ſtudio coleret, ſolebat ſeruos ſuos occidere, eosque piſcibus vorandos præbere, vt hominũ cruore paſti, delicatiores eſſent.

Ad Pauſilippum Montem ſepulcrum Virgilij oſtenditur.

In cœnobio vicino Sanazarij Poëtæ nobiliſſimi ſepulcrum, viſu digniſsimum colitur.

Pomelianum ad cryptam Pauſilippi montis oppidum, Galli, quòd Aragoniæ factionis hominibus portæ clauderentur, nullo negotio expugnarunt: omnesq; ad vnum, vt nec feminis nec pueris parceretur, interfecêre: & cùm abditas res quærerent, latebras omnes ſedulò ſcrutati, quoſdam qui in furnos metu mortis ſe coniecerant, iniectis ignibus concremarunt: alios in latrinis latitantes hoſtis atque lapidibus demerſos, fœdiſsimo mortis caſu pernecarunt. Iouius.

Puteolis olim Neapolim vſque via ex vtroq; latere ædificijs ad inſtar ſuburbij exculta & habitata fuit.

NEAPOLIS.

CONDIDERVNT illam primùm Cumani, eandemq; in memoriam Sirenes famoſiſſimæ Parthenopen vocarũt, quam tamen paulo pòſt rurſus deſtruxerunt, ne ab illius potentia, quæ admodũ creuerat, ſupprimerentur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Reſurrexit autem ex cineribus,& iam ante Punicum bellum, Neapolis dicta, tam inſigniter fuit inſtaurata,vt Hannibali reſtiterit,& Romanos fideliter iuuerit, à quibus in ſocietatem ſuſcepta, plurimis beneficijs affecta, ac ſucceſſu temporis, à primarijs quibusuis Romanæ Reipub. Proceribus culta & honorata fuerit.

Neapolis magnificētia. Hodie tot & tantis ſplendet decoribus, vt cum pulcherrima & magnificentiſsima quauis totius orbis vrbe certet.

Caput Regni ampliſsimi, quod ſub Othone II. Imp. incepit.

Poſtquam enim Græci, Saraceni, Vandali,& alij Barbarij regiones has amœniſsimas miſerrimè vaſtaſſent, Tancredus cum filijs ex Normandia in Italiam venit, ſeq; tam Heroicè geſſit, vt felici ſucceſſu Calabriam & Apuliam in ſuam redegerit poteſtatem. (Tancredus.)

Regnum Neapolitanum. Circa Sal. Ann. 1130. Rogerius Guiſchardus Normannus, Rex Neapolitanus coronatus eſt.

Sub Friderico II. Imp. Regnum Neapolitanum matrimonij beneficio, ſibi acquirit titulum regni Hieroſolimitani.

Carolus V. Imp. hoc regnum à matre accipit. Aiunt hoc regnum in circuitu continere milliaria Italica 1500. in longitudine 450. in latitudine 150. Vrbes habet 2700. inter quas ſunt 21. Archiepiſcopales, & 137. Epiſcopales. vide D.Megiſerum.

Hypomnemata.

Iuſtiniani Claſſis diſſipata. Claſsis Iuſtiniani contra Totilam miſſa, vbi Neapo-

Neapolim appropinquauit, vehementi ſuborto vento, ad littus eiecta eſt, in quo hoſtes ſtationem habebant: itaq; irruentibus eis, omnes aut occiſi aut capti, aut demerſi ſunt. Demetrius Præfectus equitum inter cæteros in poteſtatem peruenit. Totilas Rex Demetrium reſte collo implicita, ad muros vrbis adductum, monere Neapolitanos iuſsit, ne inani ſpe auxilij ſuſtentati, obſidionem diutius paterentur, ſed ſtatim vrbem dederent, & ſe tot ærumnis eriperent: neq; enim Imperatorē vlla poſthac ſubmittere ſubſidia poſſe, & cū hac claſſe vires eius omnes infractas eſſe. Neapolitani rerum neceſſariarum inopia conflictati, ac Demetrium tam indigna patientem conſpicati: ſpe omni ſalutis abiecta, ſeſe ad luctum & complorationem verterunt. Qua re animaduerſa, Totilas ijs, qui erant in propugnaculis, euocatis dixit, ſe ad eos veniſſe, non vt crimen eorum aliquod vindicaret, ſed vt eos ſeruitute eximeret: ſe in eorum etiam gratiam Cononem Præfectum vrbis, & cæteros milites dimiſſurum, ſi, tradita ſibi vrbe, diſceſſerint. Neapolitani XXX. dierum ſpacium ad deditionem faciendam petierunt: quo transacto, neque vllo ſubſidio miſſo, vrbem ſe tradituros ſpoponderunt. Totilas, vt ſpem auxilij omnem præcideret, trium menſium ſe daturum oſtendit, dum modò pactis ſtarent, quæ ſi fallerent, potius ſe muris oppugnationem, à qua adhuc temperauerat, admoturum. His pactis Neapolitani, quòd famem tolerare non poſſent, non expe-

Quomodo Neapolis à Gothis capta.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

expectato ſpacio, Totilam cum Gothis in vrbem receperunt. Sigonius.

Præſtitit fidem Totilas, nemo violatus eſt, nihil cuiquam ademptum, dataque eſt opera à rege, ne longam inediam paſsis immoderata cibi affluentia officeret, dato ſuis negotio, vt ad certum pondus daretur ſingulis cibus, quotidieq; aliquid adijceretur. Cononi præſidij præfecto, & qui cum eo erant, commilitium ea conditione obtulit, vt æquo iure cum Gothis, ſuo ductu bellarent, cæterùm abire volentibus naues præbuit. Inde quia per aduerſas tempeſtates mare tractari non potuit, terreſtri itinere dimiſit, equiſque abeuntes iumentis, & viatico iuuit. Sabell. ex Procopio.

Gothorum Regis Theoderici imago in foro Neapolitano erat collocata, lapillis ſectilibus quadratiſque, varioque colore infectis compoſita: Huius caput defluxit derepentè, & ſua ſponte lapillorum compages ſoluta eſt: nec multò pòſt Theodericus vitam finijt. Poſt annos deinde octo, lapilli, qui ventrem effigiebant, cùm eundem in modum excidiſſent, Athalaricus, Theoderici ex filia nepos, fato defungitur. Paulò pòſt labentibus circa pudenda lapillis, Amalaſuntha ſeu Himel-ſuita Theoderici filia ex humanis exceſsit. Gothis Romam obſidentibus, à femoribus ipſis ad imos pedes, lapillorum compages defluxit, & imago tota ex pariete abolita eſt: Nec multò pòſt Gothorum regnum à Beliſario & Narſete Iuſtiniani Ducibus

Theoderici ſtatuta.

bus

bus euerſum eſt. Procopius lib.1.de bello Goth.

Ferdinandus Rex Siciliæ, grandem pecuniæ ſummam quotannis ex ærario pendendam ſtatuit, Rhetoribus, Medicis, Philoſophis, Theologis, qui publicè Neapoli docerent: Egregiũ ſanè factum, ac perpetua cõmendatione dignum ingenia proſequi, virtutes ornare, & ad excolendos animos excitare iuuentutem. Pontan. de Liberal. cap.29. Idem ratus ad gloriam ſuam ſpectare, quòd Ioh. Ant. Campianus vir doctiſs. Cauellis obſcuro Campaniæ pago obortus eſſet, quo potuit ſtudio illius domum perpetuâ immunitate ſtatuit condecorare. Mich. Fernq. in vita Campani. Academia.

Petrarchę Robertus Neapolis & Sicilię Rex, ingeniorum cenſor acerrimus, amator tenerrimus, perſuadere voluit, vt poëticam Lauream Neapoli potiùs quàm Romæ aſſumeret. Egnat. Neapolis Romæ æmula.

Alphonſus Aragonum & Siciliæ Rex Renatum Lotharingię Ducem, Regem Neapolitanũ, arctâ obſidione Neapoli premebat, & fame paſſim in vrbe laborabantur, Anellus faber quidam cæmentarius, quẽ fames Neapolim exire compulerat, ad Alphonſum profectus, vrbem paruo militum periculo capi poſſe, demonſtrauit. Sic Syluius.

Bracellus verò tradit, mulierculam ex infima plebe Renatum adiuiſſe, orãtem vt ſibi paruulisq; filijs fame pereuntibus ſuccurreret: eam toruo à Rege vultu repulſam, ad Alphõſum miſiſſe, qui indicarent, eſſe veterem aquæductum, Neapolis proditur.

multo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

multorum ſeculorũ vetuſtate adeo neglectum, vt cùm eum ſupercreſcens terram contexerit, non viuentium modò, ſed auorum quoque memoriam effugerit, poſſe eum, ſi velit, hoc veluti cuniculo in vrbem penetrare: Eſſe mulieri juxta domum puteum, in quem is aquarum ductus exitum habeat. Polliceri, daturam ſe cum fide operam, vt quicunque eâ intromiſsi milites fuerint, in ſua domo ſinè periculo lateant: Alphonſus oblatam ſpem haud contemnendam ratus, vbi monſtrato loco, effoſsâque altiùs humo cryptam inſpexit, paucis Centurionum rem aperit.

Ita trecenti fermè milites (ſecundùm Syluium CC.) præmoniti ab Rege, quid fieri vellet, clàm ad mulierem peruenerunt. Syluius milites XL. tantùm è puteo aſcendiſſe, & in ea domo vetulam cum filia deprehendiſſe: Filium à ſtatione redeuntem cùm non poſſent comprehendere, deſperatione adactos, quòd deprehéſi eſſent, eruptione factâ turrim negligenter cuſtoditam cœpiſſe ſcribit. Bracellus verò Rex, inquit, ortâ luce, diuerſam vrbis partem magno clamore aggreditur, vt conuerſis illuc omniũ oculis, vacuam defenſoribus regionem, latebris egreſsi, facilius caperent. Oppugnatur interim acerrimè vrbs haud aliter quàm ſi ſubruendus murus, & per ruinam irrumpendum foret. Et iam extractâ in aliquantum diei pugnâ, ſubindignari ſibi Alphonſus cœperat, quòd ignotæ mulierculæ nimis pueriliter fidem habuiſſet; quòd Rex iam multa expertus, fœminæ

næ dolis circumuentus eſſet: Ferunt tanquam receptui cani iuberet, dixiſſe eum, Nolo vltra homines cædi: cùm ecce in deſtinata parte murorum clamor tollitur, ſignaque Aragonia lætè fulgentia conſpiciuntur: Ita eò cunctis accurrentibus, reuulsâ portâ, exercitus omnis in vrbem irripuit. Hoc maximè modo capta Neapolis eſt, Anno à natiuitate Chriſti 1442. (at ſecundum Syluium 1440.) octauo Idus Iunij, poſtquam in eam Renatus peruenerat, Anno 4. Renatus cum Principibus Gallis in arcem nouam confugit, inde Maſsiliam abijt. Sigonius.

De hac occupatione Paul. Æmilius ita ſcribit: Alphonſus Tarraconenſium Rex, Neapolim egregiè tutante Renato Lotharingo, transfuga quondam ingreſſum occultum ſubter muros per cloacam oſtendente, vrbem nocturno furto ingreſſus cœpit. Eodem propè fato, atque tot antè ſeculis à Beliſario recepta de Gothis fecerat.

De Beliſarij inuaſione Sigonius: Nam Iſaurus quidam, vt aquariam diſciplinam cognoſceret, aquæductum ab ea parte, quâ à Beliſario perruptus fuerat, ingreſſus, cùm totum oculis perluſtraret, in petram quandam incidit ibi à natura locatam, quæ ab architectis tantùm perforata fuerat, quantum ad labentis aquæ tranſitum ſatis eſſet. Eâ mole ſemotâ, animaduertit, per ipſum aquæductum viros incedere armatos commodè poſſe. Itaque inde profe-

Quomodo Beliſarius Neapolim iuuaſerit.

profectus, conſilium ſuum ad Beliſarium detulit, atque ſilentio noctis cum miniſtris ad locum reuerſus, petram illam ſenſim eliminando, & abradendo, ne factum ſtrepitu proderetur, ita conſumſit, vt miles armatus ea tranſire facile poſſet. lib.17. Imp.Occid.

Ludouicus Andegauenſis, ann.Sal.1382. Neapolim vrgebat, cùm in exercitu haberet lectiſſima virorum triginta millia. Neapolitani vrbis & arcis commoditate freti, apertis portis per ludibrium hoſtẽ exſpectabant. Rumor increbuerat, Caſtellum Oui, non niſi arte magica expugnari poſſe. **Magi conſilium.** Accedit magus quidam Andegauenſem, aëreum pontem è littore in arcem ſeſe ſtaturum confidenter pollicitus, per quem Galli irrumpentes, modò ne crucis ſignaculo conatum ſuum turbarent, arce potirentur. Reliquis iuueniliter conſilium approbantibus, Comes Sabaudus hominem ad ſe accerſit, & pollicitationis ſuæ certitudinem conſimili facto confirmantem, quod Carolo Pacifico, Domino ſuo, qui nunc obſideretur, non multo antè ſimili arte arcem tradidiſſet, imaginaria maris exundatione, intra arcis mœnia irrumpentis, Ioanna Regina, & Othone Brunſuicenſe ad deditionem compulſis, acerbis verbis de proditione accuſauit, adeoq; vt hoſtibus certò conſtaret, Virtute, non fraude magica Gallos niti, accito carnifice, capite multari curauit. Froiſſard.

Neapolitanâ Arce Nouâ in poteſtatẽ redactâ, Gallis quos ad ſubigendum Neapolit. regnum Caro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Carolus IIX. Galliȩ Rex contra Aragonios duxerat, ad oppugnandam alteram arcem, quæ ab Ouo nomen ducit, omnem tormentorũ apparatum conuerterunt. Ea eſt rupi impoſita, quam L. Lucullus quondam continenti ac Pauſylipo monte, vt Euripum immitteret, multo ſeruorum labore abſcidit. Contra eam altera eſt rupes aliquanto excelſior, quæ à continenti in mare porrigitur, in cuius ſummitate terrenũ erat propugnaculum, antiquitùs pro ſpecula ab Aragonijs Regibus ædificatum, quod Piccifalconium appellatur. Ex eo loco in ſubiectam Oui arcem, erat deſpectus modico intercedẽte maris tractu: Quod vbi à Gallis eſt animaduerſum, ſingulari celeritate in ſummũ rupis verticem maiora tormenta cõtulerunt, tantaq; vi oppugnare cœperunt, vt cùm à ſuperiore loco pilȩ conijcerentur, nemo in muro conſiſtere auderet. Quibus adductus difficultatibus, Antonellus Picciolus cuſtos, tametſi Aragonio nomini fidus habebatur, cùm nihil durius ſibi ſuſtinendum arbitraretur, arcem dedidit. Iouius. **Arx Oui.**

Fridericus II. Imper. Academiam Neapolitanam inſtituit cum multis priuilegijs, eoq; adſciuit omnium diſciplinarum Doctores. Collenut. **Vniuerſitas.**

Ann. M. D. XLVII. dum in Germania Cæſar triumphat, Neapoli Prorex Petrus Toletanus, pro more Hiſpaniæ, de cuiuſq; fide & religione inquirere inſtituit. Tulerunt hoc impatienter ciues, alioquin etiam pertæſi Hiſpanorũ imperium. Sed poſt multas vtrinq; lanienas in vrbe, **Inquiſitio exoſa.**

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Hiſpani ſuperiores exſtiterunt, vt qui propugnacula tenerent & arces: Itaque multatis aliquot, reliqui iuſsi ſunt exulare. Sleid.

Odetus Foiſſeius Lothrechius Franciſci I. exercitus Imp. cùm in Neapolitana obſidione peſte correptus, bis inciſa vena ſanguinē minuere fruſtra eſſet conatus, Ann. Salut. 1528. exceſsit ex vita, & abſque omnis funebris pompæ apparatu, in eadem villa Aragonij Montalſi, vbi prætorium fixerat, cumulo arenę tumulatus. Huius cadauer Hiſpanus quidam impiæ atque impudentis auaritiæ, ſabulo erutum è caſtris in vrbem retulit, & in regione, quam Sellarariam vocant, recondidit ſubterranea in cella, vt venalitium cadauer, aliquem è Gallia pietate atq; reuerentia inſignem emptorem reperiret, qui redemtum repenſo multo auro in Galliam ad Foxiæ gentis ſepulcra referendum curaret. ſed nemo vnquam vel propinquorum, qui ſepulturæ iacturam magnifaceret, aurumq; rependeret, comparuit. Iouius lib. Hiſtor. 26. Attamen idem ille in vita eius Hiſpanum emptori Gallo dare recuſaſſe oſtendit.

Venale Foiſſei cadauer.

Cæſar Maxius Neapolitanus, Taurinum belli arcem Gallis eripere cupiens, & Carolo V. Cæſari tradere: quatuor agreſtes carros, per quos venale fœnum in vrbes convehitur, adeò ſolerti ingenio concameratos fabricarat, vt cùm exterius virentis fœni ſpeciem præberent, interius ſeni loricati milites conderentur: Qui demum, ingreſsis portam carris, in medio aditu

Stratagema.

laxatis

laxatis machinæ fibulis repentè proſilirent, haſtisque hoſtium correptis, quæ ad parietem per caſtella diſpoſitæ ad manum eſſent, cuſtodes confoderent, & tamdiu in anguſto aditu carrisque occupato locum tuerentur, donec inſtituta ad ſuccurrendum vna atque altera validorum atque pernicium ſociorum manus accurreret. Cùm primus carrus ab ignaris doli bubulcis, feliciter eſſet introductus, erumpentibusque armatis inſidiæ nudarentur, catarractâ à fabro ferrario, qui fortè aderat, opportunè dimiſsâ, ſubſequentes excluſit: Ita primi fruſtrà ſocios expectantes, à Vaſconibus ſunt interemti Sabellicus.

Carolus V. Imper. cùm Neapolim veniſſet, famâ Auguſtini Niphi Sueſſani, ſummi eâ ætate Philoſophi, cuius eruditi in Ariſt. pleroſque libros exſtant commentarij, motus, eum ad ſe venire iuſsit, & inter alia, cùm, quâ ratione Princeps optimè regnum adminiſtraturus ſit, interrogâſſet: reſpondit Niphus, Si tales, qualem me eſſe putas, Imperator, Conſiliarios & adminiſtros habuerit: Reſponſi acumen admiratus Carolus, encomijs ornatum à ſe dimiſit. Cæl. Secund. Curio. Qui habendi Cõſiliarij.

Alfonſus Rex Neapolitanus, portus pulcerrimam molem pluribus locis euerſam reſtituit, aquæductus ſubterraneos expurgauit ac refecit, veteres fontes inſtaurauit, nouos nonnullos plurimis & magnificis impenſis inſtruxit, aquas publicas diu iam magnâ ex parte diſper- Portus.

ſas, in aquæductus alueum reduxit, vias vrbis omnes vetuſtate detritas atq; convulſas nigra ſilice conſtrauit, paludes omnes ad aëris ſerenitatem ſalubritatemq; exſiccauit. Panormit.

In pauperes beneficentia.

Neapolitani, hoſpitalitatis iura ſanctiſsimè ſeruantes, in Mariæ domo omnes pauperes hoſpitio excipiunt, educant, omnia neceſſaria præbentes ad victum & veſtitum, ita vt eodem loci vna vice expoſititias puellas noningentas educari multi boni viri viderint. Quod quanquam abundè mirandum: illud tamen multò admirabilius, quòd eaſdem pudicè liberaliterque inſtitutas, qui domui præſunt, honeſtis viris bona cum dote elocant. Pontan. de Liberalit. cap. 10.

Regũ conuiuium.

Neapolitanorum Regum inſtitutum fuit, annis ſingulis, ſtatis quibuſdam diebus parare nobilitati epulum ad ædem Mariæ Coronatæ, adhibitis etiam præſtantiſsimis matronis, vt nobilium & clarorum in vrbe hominum animi reconciliarentur. Pontan.

Henricus perit.

Conradus IV. Imper. occupato regno Neapolitano & Siculo, cùm voluptatibus operam daret, fratrum natu minimus Henricus, ſummæ indolis adoleſcens, filius reginæ Iſabellæ, ex Sicilia, quam ei Fridericus II. pater reliquerat, honoris exhibendi gratia aduenit, comitatus à quodam capitaneo Saraceno, cui nomen Iohanni Moro, qui eum abduxit in cubiculum quoddam ſecretum, in arce S. Felicis, in Baſilicatâ, & illic occidit Conradi iuſſu. At vindicta nõ multo poſt tempore eſt inſequuta. Nam ſub

finem

finem quinti menſis à morte adoleſcentis, Conradus obijt, potione ipſi per Manfredum ſpurium (vt creditur) datâ: Ac propterea idẽ Manfredus iuſsit decapitari Iohannem Morum, & Marchionem Bertholdum, quòd præter mortem Henrici etiam procurauerant necem Friderici iunioris, nepotis Friderici Cæſaris, ex Henrico filio, quem teſtamento creârat avus ducem Auſtriæ, cum decies mille vncijs auri. quam pecuniam cùm infelix adoleſcens veniſſet petitum, quo in Auſtriam proficiſci poſſet, Ioan. Morus, Manfredi iuſſu, quaſi pecuniam numeraturus, Meluiæ ad cœnam ipſum inuitauit, & appoſito piſce intoxicato, conſilio Marchionis Bertholdi, vitâ exuit. Collenut. Vindicta.

Mortuo Conrado IV. Rege Rom. & Siciliæ (qui cum Friderico II. patre diris deuotus fuerat ab Innocentio III. Pontifice) relicto Conradino filio puero in Germania, hærede regnorum, Manfredus nothus Friderici ſub tutelæ prætextu regna vſurpauit, cùm Conradum veneno ſuſtuliſſet: Innocentius odio Friderici familiæ, armis Neapolim occupauit. In Sicilia bis à Manfredo victus, præ mœrore obijt. Manfredus.

Clemens IV. Carolum Andegauenſem Comitem, generum Ludouici Regis Franciæ, pro aſſerendo Siciliæ regno euocat, qui Manfredum acie victum oppreſsit.

Interea Conradinum iuuenem, ex Germania pro aſſerendo regno paterno cum exercitu profectum, euocante præſertim Henrico de Ca- Conradinus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ſtilia Senatore Rom. Carolus acie vicit, captiuorum alios ſuſpendi, alios confodi, alios perpetuis mancipari carceribus curauit.

Conradinus cum Duce Auſtriæ Friderico, habitu agaſonum per ſyluas oberrans, tandem imprudentiâ piſcatoris, qui annulum Conradini pignoris loco pro emendis panibus offerebat, proditus, à Ioanne de Frangepanibus Aſturæ Domino captus, anno integro carceres ſuſtinuit.

Pòſt, Clementis Pp. conſilio, vitam Caroli eſſe ſcribentis, anno 1268. 26. Octobris Neapoli capitalem ſententiam per Robertum Barenſem Scribam primarium (quem Robertus Comes Flandriç irâ percitus gladio confodit, quaſi maieſtatis reum) promulgari curauit, è turri procul tragœdiam hanc ſpectans. Accuſationis capita erant, Turbatio pacis Eccleſiaſticæ, Regij nominis vſurpatio, arma contra regem ſumta. Conradinus ad Scribam conuerſus, *Nebulo, proditor, exclamauit, túne Regis filium condemnare audes? an neſcis pari in parem nullum eſſe imperium?* Mox verò pacem à ſe turbatam negauit, regium nomen hæreditario jure ſibi conuenire aſſeruit, bellum pro regno paterno, iniuſtè ab alijs occupato, ſe ſuſcepiſſe affirmauit. Adiecit poſtremò, non defuturos iniuſtæ necis vltores Bauaros, & chirotecâ manu detractâ, in turbam proiecit, inquiens; Hæredem meum pronuncio Fridericum à Caſtilia, (erat is Henrici Senatoris frater, cuius mater Sueua fuerat) quam

Triſte ſpectaculum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Eques auratus exceptam, tandem Petro Aragoniæ Regi obtulit. Primus Fridericus Dux Auſtriæ capite plexus eſt, caput à trunco reſectum bis exclamauit, Maria. Conradinus illud exoſculatus, leuatis in cœlum manibus veniam peccatorum, precatus, ſimiliter obtruncatus eſt. Mox Comes Gerardus de Piſa, & Eques Germanus, nomine Hurnaiſo. Quatuor Barones Neapolitani ſuſpenſi ſunt.

Caput triplici Diademate dignum amputatur.

Carnificem ſtatim ſuſtulit alius, ne ſe iactare poſſet de cæde tam illuſtrium virorum. Solus Henricus de Caſtilia Senator perpetuis carceribus mancipatus eſt, ne fides Abbati Rietenſi eius proditori data, de eo non perimendo, violaretur. Cadauera nemo tollere iniuſſu Caroli fuit auſus. Vix tandem ea ſepeliri mandauit: Et ſic in Conradino Sueuiæ, in Friderico Auſtriæ nobiliſsimus ſanguis defecit.

Neque hac contentus crudelitate Carolus, CVI. Barones & nobiles è Neapolitano regno cœpit, tres Amalphiæ præcipitauit, reliquos ſuſpendio necauit. Collen.

Manibus tandem Conradini parentatum eſt: Nam Petrus Arragoniæ Rex, qui Manfredi filiam Conſtantiam vxorem habebat, Siculorum conſpiratione, Gallos omnes ad vnum, horâ veſpertinarum precum, trucidari curauit, mox etiam per Rogerium de Loriâ Calabrum, nauali prælio, Salernitanum principem, vnicum Caroli Andegauenſis f. vicit, nouem triremes, cum magno Baronum numero,

Veſpera Sicula.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

cœpit. Captiui reliqui Meſſanam miſsi, & capite ſupra ducentos plexi ſunt. Carolus cum nouem ſocijs in cuſtodia retentus. Interea cùm Martinus IV. Papa, Petrum Regem diris deuouiſſet, Caroli Andegauenſis morte auditâ, Siculi reliquias Gallorum à Rogerio captorum, igni carceribus immiſſo, concremârunt.

Mox convocatis Syndicis vrbium, Carolum Salertanum cum nouem ſocijs ſecuri percutiendos pronunciârunt, Quemadmodum Conradinum, pater eius percuſsiſſet. Conſtantia Regina Carolo mortem denunciat, feriâ ſextâ mane. Tum ille, *hac ipsâ die cum Chriſto pro me innocenter paſſo, & ego nocens libenter moriar.* Con*ſtantia animi magnitudinem admirata, ergo & ego in Chriſti honorem ei, quantum in me eſt, parcere decreui.* Curauit igitur Carolum in Cataloniam ad Regem Petrum maritum vinctum deduci. Collenut.

Neapolis reſtaurata.

Alphonſus Calabriæ Dux nouis & ampliſsimis muris Neapolim cinxit, noua præter id vectigalia ſuorum inſtituens. Pontan.

Neapolitani cùm in honorem Alphonſi Aragonii arcum triumphalem ædificare vellent, & quo ſatis ſpatij haberent, Nicolai Mariæ Baruti magnanimi & ſtrenui Equitis domum diruere conaretur: Rex ſtultum ciuium facinus incuſauit, dicens: Non tanti ſe facere ædificia ventis & tempeſtatibus expoſita, vt ob id veteris amici, cuius operam ſtrenuam non ſemel in

Mori debet qui amicitiæ ſacramentum delet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

in bello expertus eſſet, domum deſtruere cupiat. Panormit.

Maioris Ferdinandi F. Fridericus, in locum Ferdinandi Neapoli Regis defuncti ſuffectus, dum reginas inuiſeret, vnam, quæ patris, alteram, quæ fratris filij ſui vxor fuerat: Biſsinianorum Principis, qui vnà cum plerisq; in procubiculo regem operiebatur, Famulus gladio diſtricto herum percuſsit, geminatis ter ictibus interficere illum cupiens. Comprehenſus queſtione habitâ dixit, id efficere, quod feciſſet, ſe in animo annos tresdecim habuiſſe, propterea quòd Princeps ſuam olim ſororem violauiſſet: anteà parandi facinoris occaſionem idoneam ſibi nullam datam: tunc rem ad exitum perducere, vel certo vitæ ſuæ periculo voluiſſe. Bemb. lib. 3. Ven. Hiſt.

Stupri vindicta.

Neapolitani, qui præ cæteris Italis nobilitatem præ ſe ferunt, eam in deſidia atq; ignauia collocare videntur. Nulli enim præterquam inerti otio intenti, ex ſuis poſſeſsionibus vitam degunt. Nefas eſt nobili, rei ruſticæ aut ſuis rationibus cognoſcendis operam dare. Sedentes in atrijs, aut equitando tempus terunt. Etiam ſi improbi fuerint, dummodò priſcis domibus orti, ſe nobiles profitentur. Mercaturam vt rem turpiſsimam futiliſsimamq; exhorrent, adeò faſtu nobilitatis tumentes, vt quantumvis egenus atq; inops, citius fame interiret, quàm filiam vel opulentiſsimo mercatori matrimonio collocaret: mauultq; furtis & latrocinio,

Nobilitas Neapolitana.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

quàm honeſto quæſtui vacare. Scio virũ quendam equeſtris ordinis, genere atq; opibus præclarum, quòd aliquando, vt patrem familiàs decet, vina ex varijs prædijs collecta ſimul vendere eſſet ſolitus, pro mercatore velut infamem habitum, filiam etiam grandi dote vix nuptui dare potuiſſe, adeò mercaturæ nomen apud ignaros atque inertes turpe atque obſcœnum putatur.

Nobilitas Veneta.

Huic contraria eſt Venetorum conſuetudo, inter quos nobilitas veluti factio quædam ab reliquo populo diſtincta, mercaturam omnis exercet, ea quoq; equeſtris ordinis inſignia potitur. Omnes enim qui Reipubl. muneribus funguntur, quiq; ex ordine ſenatorio ſunt, naſcuntur, atq; appellabantur nobiles.

Romana Nobilitas.

Romani qui appellantur nobiles, mercaturam vt rem vilem atq; abiectam contemnunt, cultui agrorum & rei ruſticæ vacare gregis atque armentorum curam gerere: re pecuaria opes quærere honeſtum quæſtum, & viro nobili dignum putant, idq; eis, qui poſſunt agere, etiamſi recenti ſint familia, hoc lucri genere patefit aditus ad nobilitatem. Eſt apud hos honeſta, licet ruſticana nobilitas, longè diſtans à Neapolitana.

Anglicana Nobilitas.

Angli nobiles in ciuitatibus morari ignominiæ loco putant, rura, ſyluis ac paſcuis ſecluſa inhabitant, nobiliorem ex cenſu iudicant, rem ruſticam curant, vendentes lanam & armentorum fœtus, neq; turpe exiſtimant admiſceri

quæ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

quæſtui ruſticano. Multos quoq; aliquod præſtans in bello facinus, acceptis à principe donis, nobilitauit.

Hiſpanienſis Nobilitas.

Hiſpania duplici nobilitate vtitur. Nam & qui in ſuis ciuitatibus antiquo genere orti, cæteris præſunt diuitijs præditi, & qui in campis commorantes, nutriuntur ex prædiorum cenſu, cum ornatiore quodam viuendi ritu, quæ cæteris præſtent, nobilium nomen tenent. Hos inter omnes equeſter ordo primum nobilitatis locum habet.

Græca nobilitas.

Apud Græcos, quicunq; ad Imperatoris aulam vocati, ſeruitio eius inſiſtunt, quantumvis abiecti generis ob principis conſuetudinem ac famulatum, nobilitatis titulo potiuntur, appellanturq́; deinceps nobiles.

Aegyptia & Syriaca Nobilitas.

Ægyptijs ac Syrijs nulla habetur, niſi eorum qui militiæ deduntur, qui ſoli excellunt, ac dominantur, reliquis ſeruorum loco habitis. At hos omnes conſtat eſſe emticios ſeruos, qui poſtmodum præfecturas equitum prouinciarumq́; ſortiti, vſq; adeò fortunæ beneficio efferuntur, vt eis potentior regnum occupet, viribus armorum fretus.

Turcica & Sarmatica Nobilitas.

Turcas & ſuperiores Sarmatas arma nobilitant. Nam ordines ducunt, ditati prædijs nobiles ducuntur, & ipſi quoq; ex ſeruitio maiori ex parte ad militiam aſciti, pueri enim emti precio militiam condiſcunt, in qua excellere parit nobilitatem. Poggius de Nobilitate.

Arx Neapolitana, quæ nomen ab Ouo ducit,

cit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

cit, ſcopulo impoſita, olim continenti coniuncta fuit: Verùm Luculli operâ, inde dirempta, ponte anguſto, cum proximo Neapoli littore coniungitur. Guicc.

Conſalui in Exercitum gratitudo.

Conſaluus magnus regno Neapolitano ab Imperio Gallorum liberato, Ducibus militiæ vrbes & oppida dono dedit; Equitũ verò præfectis & Centurionibus domos, villas, fundos, arciumq; Præfecturas diuiſit: & cùm *militi* cõmune donarium dediſſet, ſingulos item qui ſpectatæ virtutis nomine inſignes euaſiſſent, annuis præmijs fuit proſecutus: tanta quidem in recenſendis meritis memoria, tantoq; in diſpenſandis muneribus: iudicia, vt exiſtimatione rectiſsima, neminem vel gregarium militem præterijſſe, neminemq; niſi larga manu donaſſe vel inuidi teſtarentur. Iouius.

Fides coniugalis.

Agricola Lentiſcolenſis in regno Neapolitano, cùm iuxta mare agrum coleret, vxorque ab eo aliquantiſper diſiuncta, à piratis Mauris, qui in littus prædatum deſcenderant, capta eſſet: ſtatim vt vxorem non apparere: triremẽque piraticam haut longè anchoras ieciſſe conſpexit, arbitratus id quod erat, in ea vxorem eſſe, ad triremem ſtatim adnatauit; atq; eius gubernatore vocato, dixit; ſe idcirco veniſſe, quòd ſequi vxorem ſtatuerat. Minimè barbarie illa territus nationis fideiq; Chriſtianę inimica; neq; ingenti miſeria, qua remigio addicti laborant, omnium horum immemorem coniugalis amor eum fecerat. Quam rem cùm Mauri non

ſine

ſine ingenti admiratione audiuiſſent (permultos enim eius regionis accolas viderant, priùs perpeti mortem, quàm illam miſeriam malle) atq; eam poſtea per ordinem Tunetenſi Regi narraſſent, tanta hominis charitate motus rex, & virum & vxorem liberos eſſe iuſsit, atque inter regiæ cuſtodiæ milites virum adoptauit. Fulgoſ.

Virtus etiã à Barbaris colitur.

VESVVIVS.

MOns Veſuuius amœniſsimis habitatus agris, excepto cacumine. Id magna ex parte planitiem habet, fructum nullum omnino ferentem, cauernoſa monſtrans antra, combuſtis ex petris, vt color indicat, cùm ignis habeat crateras, reſtinctos autem ceſſante materia. Et hanc fertilitatis, quæ circa locum eſt, cauſſam dixeris. Strabo lib.5.

C. Plinius dum incautius progreditur, incendij, quo mons Veſuuius deflagrabat, cauſſas inſpecturus, fumi magnitudine præfocatus interijt. Fulgoſ. lib. 8. cap. 7. ex Plin. Nepot. epiſtol.

Plinij interitus.

Sub Traiano, vt ex Dione apparet, tanto Veſuuius flagrauit incendio, vt inter tonitrua & fulgura, non Romam tantùm & Italiam, ſed etiam trans mare, in Africam, Syriam & Ægyptũ cineres fuerint diſperſi, tanto fumo, vt Solis ſplendor fuerit obſcuratus.

Veſuuij incendia.

Anno Conſtantini decimoſexto, menſe Martio, per aliquot dies tanta copia ignes euomuit,

Vt e-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

vt omnia viuentia circumquaq; perderet. Secuta eſt Saracenorum in Africam eruptio, & excidium Carthaginis.

Anno Sal. 472. viſcera exuſta euomuit, nocturnisq; in die tenebris incumbentibus omnẽ Europam minuto cinere cooperuit. cuius portenti memoriam Conſtantinopolitani inſtituerunt IIX. idus Nouembris. Ea re Leo Imp. exterritus vrbe exceſsit, atq; S. Mamantem conſedit. Sigon. lib. 14. Occid. Imp.

Circa Ann. Sal. 512. *Hiatum* ingentem edidit, inde *Spiritus* quidam ater adeò ac denſus erupit, vt lucem Solis caligine tenebrisq; inuolueret: ſtrepitu ita horrendo, vt vicina loca tremore concuteret: cinis inde tantus effundebatur, vt prouincias quoq; Tranſmarinas obrueret. In Campania verò quidam quaſi puluerei amnes fluebant, & arena impetu feruente more fluminis decurrebat, qua plana Camporum vſq; ad arborum cacumina tumeſcebant, & vireſcentia omnia protinus areſcebant. Sigon. lib. 16.

Eo loci vbi hodie Vrbs Summa eſt condita, olim pręlongum illum Vicum Pompeios ſteriſſe affirmant, quem Hercules à ſe exſtructum, in Pompæ qua Gorgonis tauros ſecum deduxit memoriam, ſic vocauit. Hodie à ſumma bonitate territorij nomen habet, *Dalla ſomma bontà è graſſeza del ſuo paëſe, & per l' abondanza del vino Græco, che produce.*

Pompeij.

Non procul inde amœniſsima & ſububerrima

ma ſtetit vrbs Herculeanum, ab eodem Hercule condita, à Romanis poſtea plurimis magnificis ædificijs, propter portus opportunitatem exculta, & nobilitata. Herculeanum.

Pleriq; exiſtimant, Plinium eò loci perijſſe, vbi hodie vetuſtiſsima illa Turris Octauij, *Torre di Ottauio* conſpicitur, ſiquidem ibidem maiores apparent commoditates ea perſcrutandi, quorum cauſſa Plinius eò deſcenderat.

NOLA.

VRbs vetuſtiſsima & in hiſtorijs celebrata, quam Iuſtinus à Iapygis conditam fuiſſe aſſerit; cuius agrum eſſe fertiliſsimum, Virg. in Bucol. ſcribit:

Talem diues arat Capua, & vicina Veſeuo
Nola iugo.

Annibal, Capua recepta, cùm iterum Neapolitanorum animos partim ſpe, partim metu nequicquam tentaſſet: in agrum Nolanum exercitum duxit. Liu.

Aduentu Annibalis Nolana mota eſt plebs. Idem.

Sylla Nolam in Samnio recepit, & agros eius Legionibus diuiſit. Idem.

Minimè autem mirandum, Nolam à Liuio Samnitibus annumeratum, quia Nola, in Sociali bello, quod Liuius tunc deſcribebat, vicina Samnitibus ita obſtinatè conſenſerat, vt ex ea regione haberi potuerit.

Suetonius, mortem Octauij Cæſaris Auguſti deſcri-

Auguſti mors.

deſcribens, eum dicit à Capreis Nolam delatum in eodem cubiculo, in quo Pater Octauius, obijſſe: & centuriones eum à Nola Bouillas humeris detuliſſe.

Inter alia Romanæ magnificentiæ monumenta Nolæ duo ampliſsima Amphitheatra, cum Auguſti, Mercurij & Iouis templa ſtetêre.

Campanarum vſus in templis.

Vulgaris error eſt, quo Paulinus Epiſcopus Nolanus, Diui Hieronymi ęqualis, & ſanctimonia vitæ ſpectabilis, primus in ſuam Eccleſiam Campanæ vſum inuexiſſe creditur: quaſi priori ſeculo ignotus ille fuerit. Verius namq; eſt, Virum illum ſanctiſsimum Gentilium ſacrorũ abuſum correxiſſe, & ad pia munia transtuliſſe, vt nimirum eius ſtrepitu exciri poſſent remotius habitantes ad cõciones precationesq;. Cæteroquin enim ijſdem, quibus hodie, vſibus deputatas fuiſſe priſcis quoque ſeculis Campanas, Hadrianus Iunius diſertè docet, lib.3. Animaduerſ.cap.11. Nam, vt hodie etiamnum moris eſt, ita & olim ſi quis è vita exceſsiſſet æra Campanæq; pulſabantur, vt peruetus Theocriti Scholiaſtes annotat: quòd eo ſono auerti credebantur ſpectra & Dæmonũ ludibria. Magicas certè incantationes Campanæ pulſu inhiberi, non obſcurè indicat Tibullus, cùm ita canit;

Cantus & è curru Lunam deducere tentat,
Et faceret, ſi non æra repulſa ſonent.

Æris enim tinnitu credebant fieri, vt ne magico-

gicorum carminum ſonus ad Lunam perueniret; eamq; hoc modo laborantem adiuuari.

AMALPHIS.

OLim Promontorium Mineruæ, hodierni nominis mentio nullibi apud veteres authores occurrit. Conſtat autem circa Sal. annum 1125. Othonem Imperatorem Theotonicũ ab Innocentio II. contra Rogerium Siciliæ Comitem fuiſſe vocatum: Rogerioq; Italię Continenti pulſo Amalphim ciuitatem, & Riuellum, cum caſtellis circumuicinis ſpoliatum fuiſſe.

Sed fama eſt, qua Amalphitanos audiuimus gloriari magnetis vſum, cuius adminiculo nauigantes ad Arcton diriguntur, Amalphi fuiſſe inuentum. Blond.

Fuit autem Magnes, ſeu Pixis Nautica veteribus incognita, quippe qua deſtituti, vaſto illi Oceano nunquã ſe auſi fuerint ſe committere: vti nec abſq; remis, & actuarijs nauibus nauigarint: ideoq; ſemper oras ferè terrarum legerint: Quo fit, vt cùm illi ſeſe alueo mediterraneo continuerint (nam ſine acus marinæ, aut magnetis vſu, nauigationẽ in alto inſtitui non potuiſſe, diſertè ſcribunt Petrus Ciezius lib. 2. Hiſtor. Indicar. cap. 9. & Gomara lib. 1. Hiſtor. General. Ind.) noſtri beneficio pixidos ſeu magnetis, quotannis orbem terrarum crebris nauigationibus obeant, & in alium orbem, vt ita dicam, colonias deducãt, (quemadmodũ nunc de Hollandis indies audimus) iam vt intimos receſſus apertos habeamus, & exinde non mo-

Pyxis Nautica veteribus incognita.

Hodiernæ nauigationes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

dò mercatura abundans & quæſtuoſa euaſerit: verùm etiam omnes homines ſecum ipſi, & cũ Republica mundana, velut in vna eademq́; ciuitate mirabiliter conſpirent.

Nec verò ſolùm ad Polos demonſtrandos, nautico vſui ſuam præſtat opem ferreus obelus in Pyxide: ſed ferè ad infinita. Maximè cognitus eſt vſus Magnetis in ferreis obelis in Sciathericis Horologijs. Nã eis quieſcentibus, ſtratam lineã oſtendit ilicò à Septentrione ad Auſtrum: vnde à Gnomone cadẽtes vmbræ diurnas horas demonſtrabunt. Vtuntur & Magnetico indice Metallici in venarũ extenſionibus. Nam ſubterraneis in ſpecubus, in quo ſitu index, qui magnetem tetigerit, ſteterit, ab ea cœli parte extendi metallorum venas cognoſcunt. Præterea ijs, qui ædificiorum ichnographias, imò vrbium, imò regionum deſcribunt, mirificum miniſtrant vſum, dũ ſitus anguli capiuntur, & in papyrum transferuntur. Vtimur præterea in aquis ducẽdis, in aquęductibus, qui ſub terra excauantur: in antris perforaneis: in excauandis cuniculis, inq́; his immiſsis tormentarij pulueris cumulis, & obſtructis ſpiramentis, ad excidendas ab imo arces, rupes & mœnia, iter oſtendente Pyxide; vt Magnetis vſu vix quicquam ſit admirabilius, cuius exactam rationem etiam ipſe Scaliger neſciuit.

Magnetis varij & admirabiles vſus.

Templum S. Andreæ Apoſtoli, cuius oſſa in Cathedrali peculiaris Sacerdotis cuſtodia aſſeruãt, Amalphitani mercatores, in Sicilia maxima

xima frequentia negotiantes, Panormi exſtruxerunt.

SALERNVM.

A Silere fluuio, cuius fons ex Apeñino prorũpit, nomen habet, vrbs antiquiſsima, à Romanis Colonia facta, & contra Annibalem munita.

A Gothis & Saracenis direpta & deſtructa, à Roberto Guiſcardo Calabriæ & Apuliæ Duce reſtaurata.

Gloriatur de S. Matthæi apoſtoli ſepultura in Baſilica in eius honorem magnificè exſtructa.

Nobilitatur Academiâ lõgè celeberrimâ, Audientiâ & Curiâ Regiâ.

Patria Pomponij Læti, ex familia Sanſeueriana, & Bartholomæi Siluatij, qui Medicinæ Pandectas conſcripſit.

Tancredus Princeps Salernitanus, filiam vnicam Sigiſmundã filio Campani Ducis in matrimonio collocarat. ſed non multos poſt annos marito defuncto, vidua ad patrem reuerſa eſt. Pater cùm filiam apud ſe retinere cuperet, de ſecundis nuptijs minimè cogitauit: neq; illa præ pudore de ijs patrem compellare fuit auſa. Ergo ex aulicis vnum infimi ordinis, humili ortũ loco, ſed virtute & forma, nulli ſecundum, Guiſcardum, amare cepit. Literas arundini concauæ includit, eam per iocum iuueni donat, ignis excitandi percommodum inſtrumentũ. Guiſcardus vt in cæteris, ſic etiam in hac re ingenioſus, arundinem aperit, litteras perlegit, Si-

giſmundæ voluntatem erga ſe intelligit, mutuum in amore reponit.

Erat iuxta Principis ædes antiquum antrũ, vepribus vndiq; obtectum, è quo aditus erat ſecretus ad cubiculum, in quo Sigiſmunda degebat. Per eum locum vt ad ſe veniret, corio vndiq; obtectus, cõtra veprium iniurias, Guiſcardum monuerat, altitudinis etiam menſura litteris denotata, quo ille parato inſtrumento deſcendere poſſet. Eo loci ſæpe amantes conuenêre. Accidit vt Tancredus die quadã pro more in cubiculũ filiæ veniret, cum ea colloquendi cauſſa. Aberat illa tum in horto cum ęqualibus ludens. Tancredus in lectulo ſe componit, & obducto periſtromate quieti ſe dat.

Ingenioſus amor.

Sigiſmunda clanculum ab ancillis ſe ſubducens, tanquã meridiatura in cubiculum ſe confert, oſtioq; aperto Guiſcardum ex antro ad ſe recipit. Pater experrectus, amantes tacitus videt, iram tamen in præſens cohibet, Guiſcardi circumueniendi conſilium mente agitans.

Vbi ille in antrum diſceſsit, & ad ancillas Sigiſmũda redijt, Tancredus quoq; cubiculo exceſsit. Miſsis inde famulis, noctu ex antro crepentem iuuenem cepit, & hoc vnum præfantẽ, Magna tua eſt Tancrede potentia, ſed amoris longè maior, in vincula coniecit.

Tancredi crudelitas.

Filiam inde conuenit, ſeuerè obiurgat, Guiſcardi mortem denuntiat. Illa obfirmato animo nec negare factum, nec deprẽcari: ſed comitẽ mortis fore profiteri, ſi crudeli patri ita videretur,

tur, ſin minùs, ſuo ſe ſanguine ſpontè amantiſſimis manibus parentaturam. Tancredus à filia digreſſus: vt alieno ſanguine filiæ ſtuprum expiaret, Guiſcardum noctu iugulari, & cor exſectum in aurea phiala ad Sigiſmundam deferri præcepit, cum his verbis: Pater tuus hoc tibi dono mittit, vt conſoleris te de ea re, quam ipſe plurimùm amabat, conſolata es. At Sigiſmunda poſt patris diſceſſum, & amore & ira furens, pharmacum lethale inſcijs ancillis parauit, quo ſi quid ſeuerius pater in Guiſcardum ſtatuiſſet, vteretur: adeoq; ad famulum, cor in patera afferentem, conuerſa: Sapienter hoc demùm à patre factum, inquit, qui cor aureum loculo ornauit aureo, illudq; ardentibus oſculis admouens, largo lacrymarum imbre irrigauit. Multa inde de patris erga ſe & Guiſcardum crudelitate conqueſta, tandem ſiccatis oculis ait: O` amantiſsimum mihi cor, perſolui equidem tibi officium meum, nec aliud reſtat iam, niſi vt te comitem ſequar: acceptumq; poculum impauida hauſit. Hinc lectum ſuperaſcendit, pateram cum corde manibus tenens, amantisq; cor cordi ſuo admouens, mortem præſtolabatur. Ancillæ metu territæ, rem omnem ad Tancredum detulerunt. Qui & ipſe formidans, ne quid durius in ſeipſam filia conſuleret, confeſtim in cubiculum eius deſcendit: intellectaq; mortis neceſsitate, miſerabiliter ſeipſum ac filiam deplorabat. Cui Sigiſmunda: Conſerua, inquit, Tancrede lacrymas tuas, ad eas miſerias, qua- Sigiſmūdæ vltima verba.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

rum tu non ſis auctor: nec mihi eas impende, quia nec deſidero illas, neq; volo. Sed tamen quicquid etiam nunc ſupereſt eius caritatis, quam erga me habuiſti, extremum hoc munus oro precorq;, corpus vt meum cum Guiſcardi corpore vno atq; eodem ſepulcro collocetur, vt poſtquàm tacitè ac abſconditè cum eo me viuere noluiſti, mortuam ſaltem palàm cũ illo (quocunque eum proieceris) reponas. Tancredus poſt multos ac miſerabiles gemitus, publico Salernitanorum funere in eodem ſepulcro ambos ſepeliri fecit. Leon. Aretinus ex Boccacio.

DE REDITV IN VRBEM ROMAM.

EX Neapolitana peregrinatione Romam reuerſi, Vaticanũ denuò perluſtrabimus, cùm ibi ea plerunque & conſpiciantur, & audiantur, quæ non modò in reliquis Italiæ ciuitatibus rara, ſed & in vniuerſo terrarum orbe, cuius vel Legati ſeculares, vel Eccleſiaſtici Commiſſarij, præter infinitum eorum numerũ qui Apoſtolorũ limina adeunt, indies affluunt, admiranda habentur; inde reditum ad maris ſuperi latus, Germaniam verſus ordiemur, votis modò ſoſpitator & Tutelaris Deus propitius annuat, cuius numen nobis ſubinde pura mente venerandum & adorandum eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Ex Vaticano diſceſſuri,audiamus quid in illo olim Otho II. Imp. egerit.

Otho II. Imp. Italicarum defectionum memor, magnifico inprimis parato in Vaticano conuiuio, Principes ac Legatos Ciuitatum omnes, qui celebrandi aduentus ſui gratia Romam de more conuenerant, aut iuſsi ab eo aderant,inuitauit. Vbi verò cuncti ordine accubuerunt,præconis voce,ne quis ad ea, quæ audiret, viderétue, aut vocem miſiſſe, aut ſede ſua mouiſſe ſe vellet, pœna capitis indicta denuntiatũ, ac ſtatim conuiuæ omnes, intromiſsis armatorum cateruis,ex compoſito circumuenti. Trepidantibus ad tale ſpectaculum ſingulis, deinceps nomina eorum,qui aut ſeditionem aut tumultum conflarant, recitata, ac triſtibus de illis pronuntiatis ſententijs,inſpectantibus cæteris, vltimum ſupplicium ſumptum. In reliquis cõuiuiũ mira comitate ac liberali inuitatione celebratum. Ex eo inde Othoni cognomen SANGVINARII inditum. Sigon. lib.7. regni Italici.

Othonis conuiuium Sanguinarium.

TIBVR hodie TIVOLI.

VRbs quondam potentia & elegantia admirabilis, cuius ciues nimis inſolenter ſuperbire ſolebant.

Cõdita à Catillo Amphiarai Auguris & Poëtæ celeberrimi filio,paulo poſt bellũ Thebanũ.

Inclaruit per vniuerſum terrarum orbẽ vaticinijs Sibyllæ Albuneæ,ſiue Leucotheæ; quam nonnulli Sarbin, alij Caſſandram, & Tarazandram nominarunt.

Sibylla.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Tiburtini illam propter excellentes futurorum prędictiones, & prophetias à diuino instinctu profectas, pro Patria Dea coluerunt, maximè poſtquam illa inter viuos agere deſierat.

Multis poſt illius mortem annis, inuenta eſt eius ſtatua lapidea, librum manu tenens, quam incolæ repererunt in profundo Anienis gurgite. Eam ſimul cum Sibyllæ ſcriptis Senatus ſolemni pompa, & ceremonijs Romam transferri curauit, & in templo Iouis Capitolini reponi, vbi aſſeruabantur reliquarum Sibyllarum libri.

Plinius teſtatur, ſuo tempore tres Sibyllarum ſtatuas pro Roſtris poſitas Romæ.

Vaticinia Sibyllæ.

Scripſit hæc Albunea multa de diuerſis caſibus, & damnis, quæ Italiã, aliasq; regiones vexarunt, deq; vno Deo ſummo, & Domino Ieſu nato in Bethlehem, & alia de pietatis ſtudio.

Tradunt Auguſtum Cæſarem cùm ad ſummum perueniſſet imperium, videreturq; totum orbem terrarum ſub ſua continere poteſtate, legiſſetq; Sibyllinos verſus, qui dicerent eo tẽpore venturũ ſummũ Regem, ac rerum Dominũ, qui mundi futurus eſſet princeps: prophetiam hanc de ſe latã arbitratum eſſe: dũq; ideo intumeſceret & ab adulatorib. incitaretur, vt ſe Dominũ compellari ſineret, diuiniſq; honorib. coli: anxius ferebatur, dubius quid eſſet facturus. Nam eo tẽpore Regis nomen odioſũ erat, Domini verò nimis ambitioſũ. Suaſu igitur ſuorũ Tiburtinæ oraculum petiuit, quę in adyto templi Palatini (nunc Ara Cœli vocatur) euocata,

aut

aut potiùs Dæmon ſub eius forma, comparuit: Imperatoremq́; in cœlũ oculos attollere iuſsit: vbi illi oſtendit Virginem forma ſingulari, & diuina facie micantem, quæ vlnis continebat Filium radijs lucis coruſcantem, qui in globo Lunæ cum matre ſedebat. *Hunc*, inquit Sibylla, *verum Deum, verumq́; hominem breui ſuſtinebit tellus, qui mundi futurus ſit Rex & Dominus; & hic ſolus inter homines colendus eſt, & adorandus.* Sibyllæ ad Auguſtum verba.

His Sibyllæ verbis motus eſt Auguſtus, neq; in poſterum expetiuit titulum, qui homini non poterat competere, licet animo eſſet admodum elato, & ambitioſo: maluit tamen ab inſtituto deſiſtere vltrò, & monitis diuinis parêre, quàm obſtinato animo admittere titulos DEO Soli conuenientes. Factumq́; eſt, vt IESVS CHRISTVS qui illi monſtratus erat à Sibylla, ſub Auguſti regno à Virgine Maria natus ſit.

De Chriſti Liberatoris noſtri aduentu his verbis cecinit Sibylla hæc:

Καὶ τότ᾽ ἀπὸ ἠελίου πέμψειε Θεὸς Βασιλῆα,
Ὃς πᾶσαν Γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο.
Tunc à Sole mittet Deus Regem,
Qui omnem terram liberabit à bello malo.

Vaticinia de Chriſto.

Et Chriſti patriam eiuſdemq́ue incunabula deſcribit:

Σπαργανόθεν ἢ βρέφος δείχθη θεοπαθέσι φάτνῃ,
Καὶ λόγου ἡ Βηθλέμ πατρὶς θεόκλητος ἐλέγχθη.
Monſtratusq́; Dei præcepta ſequentibus inſans,
In præſepe cubans, quem faſcia circuit: eſtq́;
Dicta Logi Bethlem diuino patria nutu.

OCRICOLVM.

VRbs amœniſsima, vnico milliari à Tybri ſita, magnæ olim apud Sabinos exiſtimationis, Antiquiſsimarum Turrium, Amphitheatri, Thermarum, Theatri, & ſimilium ædificiorum ruderibus clara.

In Tyberi nonnulla documenta ſuperbi illius pontis conſpiciuntur, quo Auguſtus eundem nobilitauit fluuium. In vicina valle vrbs Ocrea ſtetit.

NARNIA.

IN colle ſita, à profluente Nare Narnia dicta, quam Plin. & Liuius Nequinum vocant, quòd ibi, vt nonnulli volunt, nequiſsimum fuerit perpetratum facinus, dum videlicet eius ciues, vt hoſtium manus effugerent, ſtrangulatis & ſuſpenſis prius vxoribus, liberis, parentibus, & fratribus, ſibi violentas intulerint manus.

Vna coloniarum, quæ Annibale Italiam premente, militiam, & collationem tributorum detrectauerunt, in cuius agro dicit Plinius ſcripſiſſe in admirandis Ciceronem, terram eſſe, ex qua ſiccitate lutum fiat, imbre puluis, de qua Martialis:

Narnia ſulphureo quam gurgite candidus amnis
Circuit, ancipiti vix adeunda iugo.

Pontem habuit ſuperbiſsimi operis, nunc dirutum, de quo etiam Martialis:

Sed iam parce tibi mihi nec abutere Narnia Quinto:
Perpetuo liceat ſic tibi ponte frui.

Blondus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Blondus ait, hanc vrbem ciuili diuiſione laceratam, horrendas ſuorum mortes vidiſſe.

Genuit ſuperiore ſeculo Gattamelatam clariſsimum belli ductorem.

Fuit Piſtoris filius, cùm lignatum miſſus, amiſſa falce lignaria, patris iram metueret, militem ſecutus eſt; Poſtea varijs generoſitatis ſuæ exhibitis ſpeciminibus, dux factus, cùm Veneti exercitus Imperator Brixiam ſeruaſſet, & hoſtium copias ſæpè fudiſſet, Reipub. Venetæ tantoperè ſe commendauit, vt ei mortuo, & publicæ exequiæ ſint habitæ, & equeſtris ſtatua Patauij ad D. Antonij fanum ſit poſita. Egnat. Gattamelata.

EPITAPHIVM,

Litterarum Militarique diſciplina
V. C. IOHAN. GVILELMI HEPTENRING,
Tribuni militum, Baſilienſis.

DEO EXERC. DVCI. S.

GERMANVS HIC FVIT, BASILIENSIS EQVIDEM, QVEM CVM MINERVA GALLIIS INGENII SPLENDORE ADMIRABILEM OSTENDISSET, MARS IPSE ITALIÆ, ET PONTIFICIIS ET PARTHENOPES MOTIB. BELLICA VIRTVTE SVPERIOREM DECLARAVIT. ATQVI HOC VNO QVO MINVS PACIS BELLIQ. ARBITRIVM GERMANIÆ DVRARET, INVIDA FATA, PRÆMATVRA MORTE, HVNC IOHAN. GVILIELMVM HEPTENRING, REDITV, G. Heptenringij Baſilienſis epitaphium.

DITV, ACCINCTVM IAM, MAX. BONORVM LVCTV INTERVERTERVNT. ANIMO IN COELVM ELAPSO, INFIRMIOR HOMINIS PARS, QVO ILLVSTRARETVR, QVOD EXORNARET, MONVMENTVM HOC ADEPTA EST, GATTAMELATÆ NATALE SOLVM. IDQVE S. P. Q. NARNIEN. LIBERAL. MOERORIS IGITVR IVSTI, PRIVATÆQ. ERGA CIVEM OBSERVANTIÆ, BAS. IOHAN. HEROLD TESTIMONIVM HOC

P.

VIXIT ANNOS XXXII. MENSES VIII. INTEGROS. MORITVR VI. CAL. SEPT. ANNO A' NATO CHRISTO M. D. LVII.

INTERAMNIA.

NOmen habet quòd inter amnes ſita eſt, ſolo totius Italiæ fertiliſsimo, cuius prata quater in anno irrigua ſecari, & non irrigua ter, agros verò rapas maximæ magnitudinis proferre affirmat Plinius, vt qui rapam ibi viderit 40. librarum.

Vna ex Colonijs Romanis duodeuiginti, quæ difficillimis per Annibalis præſentiam Romani populi rebus, militiam, & collationem tributorum retractauerunt.

PERVSIVM.

INteramniâ ad ſiniſtram per Stretturam, S. Mariam De gli Angeli, & Schoratio Peruſium in Hetruria iter eſt 40. milliarium. Vrbs vetuſtiſ-

fima,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ſima, à Græcis Achæis condita, in qua M. Antonius obſeſſus ab Auguſto, cùm extrema fame laboraret, annonæ penuria coactus fuit deditionem facere. Hinc fames Peruſina in prouerbium abijt.

Totilas Gothorũ Rex cùm per ſeptennium vrbem Peruſinam obſediſſet, & tandem expugnaſſet, ciues omnes obtruncari, Herculanum Epiſcopum, virum ſanctiſsimum excoriari, & capite multari iuſsit. Greg. Turon.

A' Narſete Gothis erepta, Romano reſtituitur imperio, à quo paulo pòſt per Longobardos abalienatur, à Carolo Magno autem rurſus liberatur.

Ludouici pij liberalitate ad Pontificem Romanum deuoluitur, & à Paulo III. deſtructis nonnullis ædificijs, caſtello munitur contra tumultuum viciſsitudinem, quibus miſerrima vrbs ſubinde dilacerabatur: hinc Pontifex hanc erexit tabulam:

PAVL. TER. PONT. MAX. TYRANNIDE. EIECTA. NOVO. CIVITATIS. STATV. CONSTITVTO. BONORVM. QVIETI. ET. IMPROBORVM. FRENO. ARCEM. A SOLO. EXCITATAM. MIRA. CELERITATE. MVNIVIT. ANNO. PONTIFICATVS. SVI. ANNO. IX. SAL. MD. XLIII.

Excellit optimè conſtituta Vniuerſitate.

Floruit olim præclara nobilium familiarum frequentia, quæ plerunque ſeditionibus aut extinctæ, aut alias in prouincias diſperſæ ſunt.

Aiunt in Baſilica Cathedrali D. Lucæ Euange-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

angelium ſupereſſe, in cortice litteris aureis ſcriptum.

Baldus. Patria Baldi, famoſiſsimi illius Iureconſulti, qui Bartholi diſcipulum, & Gregorij XI. Pontificis Præceptorem egit.

Alit ingenia heroica, Virtutibus, bonis litteris, & honeſtis moribus præ multis alijs dedita.

Territorium fertiliſsimum, quod vineis, oliuetis, & omnis generis fructibus quàm ſuauiſſimis abundat.

SPOLETVM.

VMbriæ metropolis, quæ Annibalem fortiter repulit, & Romanis fideli manu adfuit. Partim in colle, partim in planitie exſtructa, quam Theodericus Gothorum rex quibuſdam magnificis ædificijs illuſtrauit.

Ab alijs Gothis deſtructa, Narſetem inſtauratorem habuit.

Terræmotu cum vniuerſa Italia fuit concuſſa, cùm ibi Carolus Magnus Imp. ſubſiſteret.

Ab Imp. Friderico I. maximis affecta fuit damnis, cùm in eius odium Alexandro III. Pont. adhæſiſſet.

Anno Sal. 1324. à Peruſinis horrendum paſſa eſt incendium.

Arx ibi ſupra Amphitheatrũ eſt exſtructum, omnium Italiæ munitiſsimũ, & ornatiſsimum.

Tempore belli Punici in hac vrbe femina in virum fuit conuerſa.

Sub Diocletiano Sabinus Epiſc. & Marcellinus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

nus Diaconus cum plurimis alijs fidelibus, tam pueris, quàm mulieribus & viris, Martyrij coronam deportarunt.

Vinum Spoletinum Martialis commendat:

De Spoletinis quæ ſunt carioſa lacunis
Malueris, quàm ſi muſta Falerna bibas.

TOLENTINVM.

AD Chientum amnem eſt Tolentinum, vetus oppidum, Patria Franciſci Philelphi, Græcarum Latinarumque litterarum reſtauratoris ſolertiſsimi: qui ab ipſa Gente Indecoræ fuerunt pugnæ, quæ inter Philelphum & Poggium, ac Græcum quendam Thimotheum tanta animi commotione exercebantur, vt huic de vi ſyllabæ contendens, inexorabili ſuperbia barbam deraſerit, ſicut inter eos conuenerat, vt victus barba multaretur, illi verò de ſententiola, litterula, nugisque nugaciſsimis infenſiſsimus eſſet, ac ſi de magnis regionibus ac prouincijs certarent. Philelphi altercationes de lana caprina.

Eiuſmodi altercationes Anno Salut. 1542. Ioannem Checum Pædagogum Regium, & Stephanum Vintonienſem Epiſcopum, Acad. Cantabrigenſis Cancellariũ inquietarunt, quæ publico edicto erant compeſcendæ.

MACERATA.

MAcerata montis Feretri vrbs elegans, Academiâ quam plerunque Hiſpani, & alij Iuris Canonici ſtudioſi frequentant, & Cancella-

ria Pontificali celeberrima. Curiam habet ſplendidiſsimam, cui ſubſtructus eſt carcer inſignis vaſtitatis.

RECANATI.

ET hæc quoq; vrbs colli impoſita eſt, in loco amœniſsimo ac fertiliſsimo, frequentatur ſtato mercatus tempore à plurimis mercatoribus, qui etiam ex remotiſsimis transmarinis locis eo conueniunt.

Vocabatur olim Heluia Recina, vt ex veteri patet marmore:

IMP. CÆS. L. VERI AVGVST. FILIO. DIVI. PII. NEPOTI. DIVI. ADRIANI. PRONEP. DIVI TRAIANI PARTH. ABNEPOT. DIVI. NERVÆ. ABNEP. L. SEPTIMIO. SEVERO. PIO. PERTINACI. AVGVSTO, PARTHICO. MAXIMO. ARABICO, ET. ADIABENICO. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XIII. IMP. XI. CON. III. P. P. COLONIA. HELVIA. RECINA. CONDITORI. SVO.

LAVRETVM.

PEtrus Marſus in Silium Italicum annotat eo loci quo nunc celeberrimũ D. Virginis Templum tot peregrinationibus frequentari conſpicimus, olim famoſiſsimum Iunonis Cupreæ Fanum ſtetiſſe. Vrbs hodie munitiſsima, præſidio & Sacerdotio à Pontifice cuſtodienda, & gubernandum commiſſa.

Mira ſunt quæ de Nazarethana Diuæ Deiparæ Virginis Camera, Templo Lauretano incluſa, vulgò narrantur: illam videlicet in Ecclesiam

cleſiam fuiſſe ab Apoſtolis conuerſam, & poſtquam Mahumetiſmus illam regionem occupaſſet, ab Angelis in Sclauoniā tranſportatam, indè verò rurſus, quòd non coleretur pro merito, ablatam, & in ſyluam cuiuſdam nobilis Dominæ Recanatenſis, quæ Loreta vocabatur, deportatam. Cùm autem in illa ſylua propter gentium nimium ad Eccleſiam concurſum maxima latrocinia, & innumerabilia mala perpetrarentur, ipſam per Angelorum manus denuò aſſumptam, & in viam communem, vbi nunc eſt, tranſpoſitam.&c.

Mirum autem eſt, cùm fama ſit hæc accidiſſe circa annum Salut. 1290. Dantem Aligenum, qui natus eſt Anno Salut. 1260. & obijt Anno Salut. 1321. Franciſcum Petrarcham Dantis diſcipulum & Ioannem Boccatium, qui natus eſt Anno Salut. 1314. & mortuus Ann. Salut. 1374. rei tam memorabilis non meminiſſe in ſuis ſcriptis, quæ tamen de pleriſque rebus tam curioſa exſtant, præſertim, cùm ob excellentem doctrinam & ſingularem omnium rerum peritiam, Principibus alijsque præclaris viris chariſsimi fuerint, cum quibus aſsiduè verſabantur in celebrioribus Italiæ ciuitatibus, modò Romæ, modò Neapoli, Bononiæ, Rauennæ, Venetijs, Patauij, Veronæ, Mediolani.

ANCONA.

VRbs antiquiſsima, primùm à Græcis Dorienſibus ob portus commoditatem con-

dita, & à ſinus curuitate Ancon vocata. Poſtea à Syracuſanis, Dionyſij tyrannidem fugientibus, aucta & exculta.

Portum Traianus Imp. muro marmoreo muniuit, in cuius arcu Triumphali opere, vt omnes teſtantur qui Architectonicæ notitiam habent, & pulcherrimo & perfectiſsimo legitur:

IMP. CÆSARI DIVI NERVÆ F. NERVÆ TRAIANO OPTIMO AVGVSTO GERMANICO. DACICO. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XIX. IMP. XI. COS. VI. P. P. PROVIDENTISSIMIS PRINCIPIBVS S. P. Q. R. QVOD ACCESSVM ITALIÆ HOC ETIAM ADDITO EX PECVNIA SVA PORTVM TVTIOREM NAVIGANTIBVS REDDIDERIT.

In ſummitate autem dextri lateris legitur

PLOTINÆ AVG.
CONIVGI AVG.

In ſiniſtro autem

DIVÆ MARTIANÆ
AVG. SORORI AVG.

Circum-circa olim porticus fuerunt exquiſiti operis, & in extrema portus parte Neptunus cum gubernaculo Delphino inſidens.

Fidiſsima ſemper Romanis Narſetem iuuit contra Gothos, quorum claſſem 47. nauium partim ſubmerſit, partim profligauit.

A' Carolo Magno Longobardis erepta, ſub Lothario à Saracenis direpta fuit.

Anconitani potentes. Potens fuit circa annum Salut. 1130. Anconitarum

tarum reſpublica, quam Emanuel Imp. Græcus à Venetorum ſocietate alienauit. Hinc Veneti quinq; Anconitanas alto mari adeptas, cœpêre: & paulo poſt Ariminenſibus in ſocios acceptis, ita mare clauſêre Anconitanis, vt parum melior fuerit ipſorum condicio, quàm qui obſidione premuntur, eſſe ſoleat.

Circa Ann. Salut. 1530. exſtitit exemplar ſingulare Reipublicæ quàm prudentiſsimè conſtitutę, in qua Senatus ſingulis annis ea prouidentia conſtituebatur, vt nemo ſcire poſſet penes quem ſumma eſſet poteſtas.

Quo modo autem libertate ſua priuata ſit, Iouius refert: Clemens VII. via Flaminia Anconam profectus: eam vrbem paulo antè per ſimulationem Turcici belli præſidio occupatam, Pontificiæ ditionis fecerat, redactis in ordinem decurionibus, qui arrogantiùs quàm deceret, libertatis nomen præferentes, Pontificum imperia contemnebant: ea de cauſſa ſuſpectos ciues relegandos curauerat, donec arcem loco opportuno conderet, vt ordinata demum Republica nobiliſsimo Emporio, ſua libertas non ſoluta ad arbitrium multitudinis, ſed aſtricta æquiſſimis legibus redderetur. Inde Pontifex Deiparæ Virginis Lauretanæ templum adiuit. &c. lib. 31. hiſtor.

In Pontificis redigitur poteſtatem.

Promontoriũ olim Magnifico Veneris templo claruit, quod hodie cum plurimis alijs antiquæ elegantiæ monumentis dirutum inter cineres diſperſum eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Ex Cicerone, Valer. Max. Dione & alijs conſtat, Anconæ maximas fuiſſe diuitias, ſiquidem ibi non minor fuit negotiatio quàm ad Tyrum & Sidonem in Phœnicia, vnde Silius Italicus;

Stat fucate colos, nec Sidone vilior Ancon,
Murice, nec Lybico, &c.

Frequentatur hodie plurimis ex Aſia & Europa mercatoribus.

SENOGALLIA.

VRbs vetuſtiſsima, à Gallis quondam Senonibus habitata, qui vrbe capta, direpta, incenſa, ac auro redemtâ, poſtmodum à Romanis duce Camillo ad internecionem fuerunt cęſi. In veteris huius vrbis ſuperborum mœnium partis ambitu arces ſunt pertenues duæ, quæ à Sigiſmundo Malateſta, cum Fano Fortunæ ac Arimino pro Romana Eccleſia gubernantur. Blondus.

Borgiæ facinus.

Cæſar Borgia Vitellozium, Nicolai Vitellij Tifernatum Principis filium, dolo Senogalliæ circumuentum interfecit, qui non Italiæ Principibus modò, ſed externis etiam regibus formidabilis erat, vt quam ſe cunq; in partem vertiſſet, aut perniciem ſecum aut ſalutem allaturus videretur. Brutus lib. 5. hiſt. Florent.

CASA BRVSCIATA.

NOmen habet ab incendijs, quibus Turcæ bis locum deuaſtarunt.

VRBI-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

VRBINVM.

VEtuſti nominis Ciuitas, cuius inter veteres primùm meminit Cornelius Tacitus Vitellienſi bello. Plinius Vrbinates dicit cognomine Methaurenſes.

Hypomnemata.

Beliſarius hac vrbe, cùm fons eius per æſtatis caumata aruerat, ex deditione incolarum fuit potitus. Fuit diu à Montis Feretri Comitibus pro Romana Eccleſia gubernata. Blond.

Cæſarem Borgiam Alexandri VI. filium augendi regni cupiditas magnum in ſcelus & proditionem impulit, ann. Sal. 1502. Nam cùm Guidi Vbaldi Methaurenſium ducis regnũ, propter mirificum populorum in illum amorem, aggredi aperto bello non auderet, neq; Venetos ſibi permiſſuros, vt illum expelleret, arbitraretur, neque vllam haberet ſuſcipiendi belli cauſſam (Guido Vbaldo omnibus in Patrem ſuum obſequijs, in ſe officijs beneuolẽtiſsimi coniunctiſſimiq; hominis plane functũ) velle ſe bellũ Camertibus inferre ſimulauit, vt ad fines Vrbinatium, qua iter ei erat faciendũ, ſine Guidi Vbaldi ſuſpicione, tanquam aliò tendens, cum exercitu accederet, atq; vt bono ſe in illum eſſe animo fidem ei maiorẽ faceret, & ſuis eum opibus exueret, ne tueri ſe poſſe cõmunitior: à Guido Vbaldo, vt auxiliares ad id bellum copias, cum tormentis muralibus ad ſe mitteret, pro amicitiæ iure per Legatos poſtulauit. Iis impetratis,

Borgiæ perfidia.

Impiis nuſpiã ſi ſtendum.

atq; miſsis, cùm ad fines regni veniſſet, repentè in illos hoſtiliter irrupit: & magna celeritate adhibita, quòd neminem obuium habebat, Vrbinum contendit, parumq́; abfuit, quin Guidum ipſum caperet. Bembus.

Populus quandoq; optimus cenſor.

Vrbini dux Odda matre Columnenſi nobiliſsima natus, cùm per libidinem in matronas nobiles debaccharetur, nec modum licentiæ faceret: à Populo interfectus eſt, cum Protonotario Carpenſi, adoleſcentiæ ſuæ corruptore, & libidinum magiſtro. Cadauer eius in forum delatum, exſecta virilia ori immiſſa. Æn. Syl.

Italorũ Orphanotrophia.

Iulianus Medices Vrbini exſulans, cum matrona conſueuerat non ſolus. Illa partu leuata, filium natũ per ancillam ad Orphanotrophium exponi noctu curarat. Ancilla pietate mota, Iuliano rem indicat. Is quantumuis dubitaret ſuus eſſet nec ne, ad ſe puerum deferri iuſsit, & liberaliter educari curauit, *Hippolyti* nomine indito. Quem poſtea Leo X. Iuliani frater Cardinalem creauit.

Principum ſpurij.

Raphaël Vrbinas pictor excellentiſsimus, reprehenſus à duobus Cardinalbus, quòd Diuorum Petri & Panli facies inſolito rubore præter decorum expreſsiſſet: Non viuorum maciem & pallorem, ieiunijs & afflictionibus conciliatum, ſed beatorum ruborem aduentitium imitatus ſum, reſpondit, quo ob Vicariorum ſuorum mores ſuffunduntur. Ægid. Corrozetus.

Argutum dictum.

Duces.

Comites Montis Feretri à *Sixto IV*. Pontifice, Duces Vrbini ſunt creati.

Horum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Horum Ducum Arx Vrbinũ plurimùm exornat, in qua olim Bibliotheca fuit, libris & materijs ſeu argumentis, & ligaturis, quæ ex ſerico, auro & argento conſtabat, rariſsimis inſtructa, quam Borgia ſpoliaſſe dicitur. Arx. Bibliotheca.

FANVM FORTVNÆ.

A Templo vetuſtiſsimo nomẽ habet, ac Auguſto Imperatore Colonia facta, Faneſtris vocabatur. Hinc ibi Auguſto Baſilica perfectiſsimi operis, quam Vitruuius commendat, & Triumphalis arcus fuit erectus, cuius monumenta adhuc hodie cum voluptate conſpiciuntur.

Conſtantinus vrbem hanc nouis muris muniuit, quod inter alia Arcus teſtatur his verbis,

PATER PATRIÆ MVRVM DEDIT.

A' Totila deſtructa, ſub Beliſario reſtaurata, & Romani Imperij iugo excuſſo Malateſtis, & nonnunquam Sforcijs paruit, hodie Pontifici ſubiecta eſt. Gaudet Ciuibus humaniſsimis, territorio fruitur fertiliſsimo.

FORVM SEMPRONII.

VRbem hanc varijs antiquitatibus claram, Fridericus Comes Vrbini, Anno Sal. 1440. Galeacio Malateſtæ 13000. florenis vendidit.

Hieronymus Boldrinus Anno Sal. 1530. Alberto Leandro Caij Titij Sempronij annulum ſignatorium videndum exhibuit, qui ibi cum plurimis numiſmatibus fuerat repertus. Imminet hæc vrbs Viæ Flaminiæ.

Supra Forum Sempronij plus minus octauo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Methaurus Annibalis Clade nobilis.

paſſuum milliario, Methaurus amnis Haſdrubalis, & Liuij Salinatoris Claudijq; Neronis victoria clarus, Firmiani mœnia abluit, oppidi Vrbinatium, iuxta quod mons eſt Aſdrubalis nemore habens, & eum Ducem ibi ſuperatũ fuiſſe, & conſtans in regione fama eſt, & nos Liuij Patauini libris attentè lectis, certiſsima deprehendimus coniectura. Blond.

Prælium cũ Longobardis.

Inter Fanum Fortunę, & Forum Sempronij, Romani Vmbriq;, loco ſyluis impedito, Luitprandum Longobardorum Regem magna clade affecerunt.

Rhachiſij virtus.

Inclaruit tumultuaria illa pugna Rhachiſij ForoIuliani virtus. Cogebat is fortè Regium agmen, & iam tumultus & trepidatio ad ſubſidiarios euenerat, multi etiã ſaucij, pręcipiti fuga in extremũ agmen inciderant. Vnius itaq; voce, & conuitio ſiſtitur fuga, mox eiuſdẽ hortatu ex his qui antea fugiebant, quiq; ſubſidio aderant, fit globus, inſtauratur prælium, eratq; iam propemodũ æquata pugna, cùm Spoletinus eques, Rhachiſium primo loco dimicantẽ nominatim compellat, prouocatq; ad ſingulare certamen. Nec homo ferox detrectauit pugnã. Concurrunt ex aduerſo infeſtis haſtis, eratque pons præcipiti loco impoſitus, in quo fortè congreſsi ſunt. Cæterùm Rhachiſius violentę Lanceę ictu Vmbrum præcipitẽ ex ponte egit, non ſine hoſtium riſu. Infelici eius dimicationis euentu Romani Vmbrique perculſi, remiſſa pugna retro abierunt. Hic eſt ille Rhachiſius, qui poſtea

à Lon-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

à Longobardis deiecto Hiltprando, Luitprandi nepote, rex creatus eſt. Egnat.

PISAVRVM.

A Romanis condita, & quòd ad Iſaurum fluuium ſita ſic dicta, elegans, ſed minus ſalubris, pauci incolarum quinquageſimum ætatis annum attingunt, in Auguſto ob fructuum copiam, inter iuuentutem paſsim oberrat plurima mortis imago.

Hin Catullus ad Iuuentium ſuum:

Præterquam iſte tuus moribunda ſede Piſauri
Hoſpes inauratâ pallidior ſtatuâ.

A Totila deſtructā, Beliſarius reſtaurauit; aliquandiu Malateſtis paruit, à Galeacio Malateſta Conſtantiæ, Alexandri Sforciæ Sponſæ loco C. M. flor. pro dote data.

Nundinas ſolemnes celebrat, ad quos non Itali modò, ſed & Græci & Dalmatæ frequentant. Territorio fruitur ſupra modum fertili.

CATHOLICA.

SVb Focaria Ariminū verſus Catholica vicus, ad quem abſorptum mari oppidum Concham, eminentes aquis muri turresq; per æquoris tranquillitatem oſtendunt. Concha.

Interius eſt Gradaria Sigiſmundi Pandulphi Villa, ſuperbis ædificijs, amœnisq; conſitionibus, & ampliſsimis vinetis ornata, ad ſiniſtram ſita Conchæ amnis, à quo ſummerſum oppidum habuit. Pandulphi Villa.

ARIMINVM.

MArcus Cato hanc vrbem ab Hercule Lybico originem trahere affirmat, cui aſtipulatur Annius Viterbienſis, qui vrbis nomen Ægyptiacum, ab Ar, id eſt Leone, cuius exuuijs vtebatur, & Iminim, id eſt, ipſe numerat feſtinantes, componi annotauit; quaſi Hercules eo loci viros collegerit, quorum auxilio Italiæ Tyrannos expellere cogitarit.

Conſule Publio Sempronio, & Appio Claudio, 282. circiter annis ante Chriſtum in carne exhibitum, Colonia facta. Clara Rubicone fluuio, quem nemo iniuſſu magiſtratuum transgredi licet, vt patet ex Lege Arimini in marmore publicata;

IVSSV-MANDATOQ. P.R. COS. IMP. TRIB. MIL. TYRON. COMMILITON. ARMA. QVISQVIS. ES; MANIPVLARIÆVE, LEGIONARIÆVE, TVRMÆ. CENTVRIO. HIC. SISTITO, VEXILLVM SINITO; ARMA. DEPONITO, NEC CITRA. HVNC. AMNEM. RVBICONEM. SIGNA. DVCTVM. EXERCITVM. COMMEATVMVE. TRADVCITO, SI. QVIS. ERGO. HVIVSCE. IVSSIONIS. ADVERSVS. PRÆCEPTA. IERIT. FECERITVE. ADIVDICATVS. ESTO. HOSTIS. P.P. AC SI CONTRA. PATRIAM. ARMA. TVLERIT. PENATESQVE. EX INTIMIS PENETRALIBVS. ASPORTAVERIT. S.P.Q.R.

SAN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

SANCTIO. PLEBISCITI. SENATVS-CONSVLTI. VLTRA. HOS. FINES. ARMA. AC. SIGNA. PROFERRE. LICEAT. NEMINI.

Octauius Auguſtus ab Vrbe Roma, vel potius à Circo Flaminio, Ariminum vſq; ſtrauit.

Incipit hîc ſecundum vetuſtos Gallia Ciſalpina, de qua Cicero in Philippicis; Nec verò de Virtute, conſtantia, grauitate Galliæ taceri poteſt, eſt enim ille flos Italiæ, illud firmamentum Imperij Romani, illud ornamentum dignitatis.

Et Plin. in hoc tractu interiêre Boi, quorum tribus CXII. fuiſſe author eſt Cato. Item, Senones, qui cœperant Romam.

Monſtratur adhuc hodie Arimini locus, in quo Iulius Cæſar ad populum orationem habuit, cùm bellum contra Pompeium inciperet.

Exſtat etiam pons ſupra Rubiconem magnificus ab Auguſto inceptus, & à Tiberio, vt patet ex inſcriptionibus, abſolutus.

Verſus mare cōſpiciuntur rudera Amphitheatri latericij. Portus olim marmore fuit cinctus, & ſtratus, ex quo Sigiſmundus Malateſta Templum S. Franciſci exſtruxit.

Vitiges Gothorum Rex Ariminum grauiſſima obſidione preſsit, quam Iuſtinianus ſuo exercitu ſoluit, & vrbem liberauit.

A Romano Imperio ad Exarchatum, & ab illo ad Longobardos, poſtea denuò ad Romanū Imperium, & ſub Othone III. Imperatore ad Malateſtas Imperij vicarios translata fuit, tandem ſub Alexandro VI. Pontif. ad ſedem Rom. deuenit.

Tem-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Tempore Emanuelis Conſtantinopolitani Imperatoris, qui Alexij viduæ aſtu & turpi facinore Græcorum Sceptrum obtinuit, magna fuit Ariminenſium potentia, quos Veneti in ſocios acceperunt contra Anconitos, qui Emanueli, infenſiſsimo Venetorum hoſti fauebant. Sabel. lib.7. Decad.1.

Ariminenſes potentes.

D. Hieronymus interfuit Concilio Arimini celebrato.

Cùm Pandolphus Malateſta vidiſſet, ſe Pontifici non poſſe amplius reſiſtere, Ariminum Venetis vendidit: quia verò hi bello contra Ludouicum XII. Gallorum Regem occupati fuerant, Ariminum Iulio II. Pontifici tradidêre. Cùm autem poſtea Adrianus VI. in Hiſpania ſubſiſteret, Sigiſmundus Pandolphi filius, ſumpto ruſticano habitu, ſarcinam graminis portans in vrbem venit, quam, conuocatis ad libertatis vindicationem ciuibus, occupauit. Reuerſo autem Adriano in Italiam, Pandulphus eijcitur.

CESENATICVS portus.

DE hoc Blondus ita ſcribit: Qua Rubicon torrens influit Adriacum mare, portus eſt Ceſenas, parua admittens nauigia; intus ſupra Flaminiam ſunt amœni & feraces agri Ariminenſis caſtella, quorum primarium eſt Runchfridum.

Ceruia.

Vltra Ceſenatem littori propinqua eſt Ceruia, ci-

uia, ciuitas rariſsimo habitata colono Salinas faciente. Aiunt Pontificem ſingulis annis ex Salinis illis 60000. florenos colligere.

Elegantiſsimæ vetuſtatis ſepulcro, duorum puerorum imaginibus affabrè ornato, inſculptum legitur epitaphium:

M. AVR. MACE. VET. NAT. DELIN. EX. SVB. OPT. SIBI. ET ANNO. VICTORIÆ. LIBERATÆ. VIVVS POSVIT. SI. QVIS. HANC. ARC. P. EX. F. S. S. S. S. A. D. F. C.

CESENA.

SApis fluuio adiacet intus in via Flaminia Ciuitas Ceſena, à Malateſta Bibliothecâ ornata, quę melioribus Italiæ æquiparatur, in qua Plutarchus, alięq; ad viuum depictę imagines cum admiratione conſpiciuntur.

Pluris hodie facienda, quam Cicero in vltima ad Lentulum innuerit, ſignificare volens quempiam Romanum Ciuem paruifaciendum eſſe, dicit, non ſatis dignum eſſe cui Ceſena aut Tabernolæ fuerint committendæ.

Plinius Cicerone poſterior, Vinum Ceſenaticum, inter optima Italiæ numerat.

Ea Ciuitas cùm ciuilibus diſsidijs tumultuaretur, ad ann. Sal. 1338. à Britonibus, Romanæ Eccleſiæ fidem ſimulantibus, direpta fuit.

Non procul ab hac vrbe pulcherrimum eſt Benedictinorum Cœnobiũ S. Maria del Monte, in cuius templo ſingularis elegantiæ ſepulcrum Romanum cum hac inſcriptione oſtenditur: S. Maria del Monte.

SEIA.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

SEIA. T.F. MARCELLINA, SIBI. ET. VIBENNIO. MARCELLINO. FILIO. VIVA. POSVIT.

QVOD. VOLVIT. ET. POTVIT.

QVOD. POTVIT. ET. VOLVIT.

Superius ad Sapis fluenta intus eſt Emporium Saracenum vicus, & paulò ſuprà ad Apennini radices Sarſina vetuſtiſsima ciuitas, quæ in Bois nobiliſsima Plautum Comicis ciuem habuit, quem Euſebius tradit propter annonæ difficultatem ad molas manuarias Piſtori ſe locaſſe, ibiq; quoties opere vacaret, fabulas ſcribere, & vendere ſolitum fuiſſe. De quo Varro dixit: *Si Muſæ Latinè loquerentur, Plautino ſermone loquerentur. Poſtquam eſt morte captus Plautus, Comœdia luget, ſcæna deſerta eſt.*

Plautus.

RAVENNA.

Rauenna tempore Auguſti vrbs maxima, tota ligneis compacta ædificijs, aquis diffuſa pontibus ac lembis peragebatur: Cùm à mari fierent inundationes, non mediocrem accipiebat maris partem, adeo vt hinc fluctu marino, hinc fluminibus cœnum omne exportaretur: Hoc pacto igitur ſaluberrimus reddebatur locus; Vnde gladiatoribus educandis hunc idoneum Magiſtri locum deſignauerunt. Inter cętera eius loci mirabilia illud eſt, quòd paluſtribus in locis aër innoxius eſt, quemadmodũ ad Alexandriam Ægypti paludis vitiũ æſtate propulſatur, propter amnis incrementum, ſimul etiam euaneſcentem cœno; Strabo lib.5. Huius

Aeris bonitas.

ius rei argumentum (Rauenna hodie penitus exſiccata) ex Venetorum vrbe colligi poteſt, quæ corpora producit maxima & pulcherrima.

Rauennam Honorius Imp. ſibi, atq; Occidentis imperij ſedem vrbe Roma relicta, conſtituit. Quod inſtitutum quoq; ſucceſſores illius tam Imperatores Romani, quàm Reges Gothorum cuſtodierunt. Ex quo vrbs maximis cùm ædificiorum priuatorum, publicorũq; operibus, tum non mediocribus ciuium atque incolarum opibus creuit. Eandem quoq; Valentinianus II. pro Imperij ſede habuit, omniq; munimentorum atque ornamentorum genere inſigniuit: Nam ædem D. Iohannis Euangeliſtæ ex voto conſtruxit, & ductâ ex Pado foſsâ flumen ipſum deriuauit, atque ad mœnia vrbis deductum, partem in vrbem infudit, partẽ mœnibus circumfudit, ita vt non ſolùm commercio ſeruiret ciuium, ſed etiam firmamento murorum. Sigon. Vrbis Regia.

Rauenna à Longobardis capta, & Exarchatus Græcus ex Italia ſublatus. Ann. D. 75.

Alboinus Longobardorum Rex I. in Italia, Clotoſnidâ vxore, Clotharij Francorum Regis filiâ mortuâ, Roſimundam Conimundi Gepidarum Regis à ſe prælio cæſi filiam vxorem duxerat. Ex ſoceri caluaria more gentis poculum fecerat, quo in ſolennibus epulis vteretur. In conuiuio vino grauior coëgerat Roſimundã ex caluariâ Patris bibere. Ea mox illam indignitatem vlta eſt, à Mechilde vel Helmige formoſiſ- Ex Caluaria poculum.

mo ac

mo ac audaciſsimo iuuene, in necem viri dormientis impulſo, pactione nuptiarum. Mortem Alboini tali tempore Proceres Longobardorum indignè tulerunt. Parricidæ ad Longinũ Exarchum Rauennam ſe proripuêre; Longinus dominandi amore captus, ſuaſit vt clàm Helmigium interficeret, & ſibi poſtea nuberet. Illa conſilium laudans, Helmigi, poſtquam ex balneo exiuerat, poculum cum veneno porrigit. Is vbi ſenſit ſe mortis poculum bibiſſe, Roſimundam euaginato gladio ex eodem poculo, quod reliquum erat, bibere coëgit, ſicq; ambo perierunt. Æmilius.

Vindicta diuina.

Rauenna Regni caput, à Theoderico maximè aucta eſt, exultaq; ædificijs, ex vrbe Roma, & Conſtantinopoli marmoribus aduectis. Ioan. Magnus.

Rauenna reſtaurata.

Dedita à Gothis Rauenna, *Beliſarius* cum exercitu Rauennam contendens, naues frumento & rebus neceſſarijs oneratas, confeſtim ad claſſem Rauennæ portum deduci iuſsit, atq; inde vrbem intrauit. Gothorum vxores, quæ Romanos corporis magnitudine excellere audierant, vbi eos exiguæ ſtaturæ viderant, de eis contemtim loqui, & viros ſuos conſpuere, atq; eis puſillos viros ad ludibrium oſtentare, & ſocordiam atq; animi mollitiem identidem obiectare, quòd tantulis hominibus conceſsiſſent. Sigon.

Gothicæ mulieres Romanos contẽnunt.

Beliſario ad Rauennam obſidendam Regiã Gothorum accedente, ferunt prodigij loco ac-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ceptum, quòd Padus ſub eo tempore tantùm exaruit, vt frumentariæ naues, quæ ſecundo Pado vehebantur, in ſicco vado relictæ, prædæ fuerint Græcis militibus. Ioh. Magnus. Prodigiū.

Pipinus Rauennam cum finibus longè maximis Aſtulpho Longobardorum Regi extorſit, eandemq; Pontifici dedit. Rauenna Pontifici datur.

Carolus Magnus tres menſas argenteas habuit, quarum vnam, in qua Conſtantinopolis inſculpta erat, Baſilicæ Petri; aliam in qua imago Vrbis Romæ cernebatur, Eccleſiæ Rauennati dono dedit: Tertiam filijs reliquit, vbi inerat orbis terrarum deſcriptio. Platina. Car. Mag. tres argenteæ menſæ.

Rauenna à Gallis direpta ann. 1512. Duce Gaſtone Foiſſeio, Lud. XII. propinquo, idque contra fidem datam: Dum enim paciſcuntur, ſeu iam pacti commeatum, qui in caſtra mitteretur, inſtruunt, mœnium cuſtodiendorum diligentia intermiſſa, Germani & Vaſcones per muri ruinam ingreſsi, vrbem crudeliſsimè vaſtârunt: Rauennates cladis ſuæ contra ius & fas acceptæ memores, quatuor Gallorum præfectos, in arce qui fuerant, fide non ſeruatâ, viuos ſepelierunt, ceruicibus ſupra terram exſtantibus. Bemb. & Guicciard. Perfidiæ vltio.

Paulus Exarchus ope Venetorum recipiendæ Rauennæ conſilio capto, quaſi à Venetis repulſus, aliquot contractis copijs Imolam acceſſit, & quaſi eam vrbem premere oppugnatione vellet, ibi exercitum quàm potuit maximum comparauit: ac die cum Venetis compoſita, ca- Stratagema.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ſtris inde Rauennam verſus motis, vrbē à terra repentè inuaſit: Pridie verò Veneti cum ſimulata in Orientem nauigatione euecti à portu eſſent, nondū orto Sole, in anchoris conſtiterunt, atq; eadem propè quâ Paulus horâ claſſe ad littus appulsâ, nauales vrbi milites admouerunt: Dum ad muros pugnatur, Veneti portâ, quæ ad mare vergebat, effractâ, vrbē intrarunt. Sigon.

A Venetis Exarchi auxilio capitur.

Hoſtaſij generoſitas.

Hoſtaſius Rauennas miles, in arcem vrbémque Ticinenſem, ab Odetto Foiſſeio Lotrechij regulo, & Gallici exercitus in Italia Imperat. Anno M. D. XXVII. expugnatam, primus irrupit. Is à Lotrechio in præmium nauatæ operę, æneam equeſtrē ſtatuam, quæ Antonini Ceſaris eſſe dicitur, impetrauit: Cùm ea antiquitùs Rauennatium fuerit, ſed poſt Gothica tempora à Longobardis Rauennam diripientibus, trophæi modo, in ſignum victoriæ, abducta Ticinum fuerit, & in foro conſtituta. Eo modo Hoſtaſius decorum ſibi fore exiſtimans, ſi vetus Patriæ ſpoliū recuperaret, & ſuæ pietatis memoria eo in loco, vbi ablatum olim fuerat, renouatâ dedicatione poneretur, in forū deſcēdit: & permittente Lotrechio, cum manipularib. ſuis atq; irē fabris deijcere ſtatuam ſede ſuâ, atq; exſcindere columnam baſi ſuppoſitam, ſuperbo molimine conabatur. Quo ſpectaculo (id enim longè miſerrimum Ticinenſes iudicabant) vſq; adeò tumultuoſus complorantis & deplorantis populi concurſus fuit, vt oblitus domeſticæ calamitatis, furioſè in forū decurreret, nullo modo paſ-

do paſſurus, vt Patriæ, quæ fortunarum omniũ & publ. decoris iacturam dudum fecerat, etiam nobiliſsimæ & vetuſtiſsimæ memoriæ monumentum eriperetur. Res eò erat perducta, vt cum armatis ab inermibus ex iurgio certandũ foret. Verùm Rauennate Imperatoris Lotrechij diploma proferente, omnis ea Ticinenſium turba ſuo recenti mœrore & cultus deformitate miſerabilis, ad prætorium contendit: atq; ibi patricij ordinis Franciſcus Pontiſella proiectus ad pedes Lotrechij effecit, vt is ad miſericordiam verſus, Rauennatem ex aduerſo permiſſum muralis coronæ præmium ex diplomate repetentem, blandis verbis admonuerit, vt pręmium potius nauatæ fortiter operæ, ex ſua liberalitate oblatum, accipere vellet, quàm tanta acerbiſsimè direptæ ciuitatis miſeria lætari, ardereque demum inuidiâ aliquando ei & Rauennatibus nocitura. Itaq; vel indignabundus miles pro ænea ſtatua pecuniam à Quæſtoribus accepit, quantum ſatis eſt, pro murali corona ex auro puro fabricanda, quæ in fidem virtutis ſuę cum elogio Rauennę in templo poneretur. Iou.

Blondus auctor eſt lib. 9. Dec. 1. ſpectari Rauẽnæ in æde D. Martini cœlo aureo imaginẽ, quã olim Theodoricus Rex Gothorum ædificauit, amuſſato opere Iuſtinianũ Imp. cum Theodora coniuge figuratũ; Theodatumq́; Regẽ inferiore loco ſtantem, tam eleganti artificio, vt Italia tũc nihil habuerit eâ arte elegantius, quantam P. P. priuilegiũ de principatu ſuper omnes Eccleſias dederat. Iuſtiniani & Theodoræ imagines.

Fortuna vitrea eſt.

Victis ad Roncum amnem prope Rauennam Pontificis Iulij II. & Cæſaris copijs, ann. Salut. 1512. die Paſchatis, Gaſto Foiſſeius Gallorum Dux, Ludouici XII. ex ſorore nepos, planè victor, immodica delendi hoſtis cupiditate impulſus, in recipientes ſe per aggerem Hiſpanos pedites impetum fecit, ibiq; aliquot ſua manu cædens, ac intemperanter perſequens, ab noua manu hoſtium, quę fugiens Legioni ſe coniungere properabat, circumuentus atq; interfectus eſt. Miſerabili certè caſu, cũ ſummæ indolis & fortunę Imperator à gregarijs paucis & fugientibus occideretur. Nemo enim vel nomen profitenti, & ſe Hiſpaniæ Reginę fratrem ad impetrandam vitam ſæpè dicenti, parcendum putauit, aut è ſuis maturã opem tulit. Iou. & Guicc.

Sacrilegiũ.

Galli vrbe in deditionem accepta, vt Foiſſeio & amiſsis Socijs parentarent, miſeros Rauennates inuadunt, domos templaq; diripiunt, & in primis D. Vitalis templum, quod erat perantiquis Gothorum donarijs ex auro & argento ſumtuoſiſsimè exornatũ. Iou. Bẽb. Guicciard.

FERRARIA.

VRbis huius clariſsimæ, & magnificentiſsimæ, nominis cauſam hanc afferunt Rauennatium Eccleſiæ monumenta, quòd vrbis illius Archiepiſcopi tria iuriũ Eccleſiæ ſuæ loca à tribus metallorum nominibus appellauerint. Aureolũ Foroliuienſis agri in amœno colle ſitum ab auro. Et Argentam ab argento, Ferrariamq; à Ferro.

Hypo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Hypomnemata.

A Conditionis ſuæ initio in partibus Rauennatum Romanorumq; aduerſus Longobardos, cùm duraſſet, illis à Carolo victis in obediẽtia Eccleſiæ perſeuerauit.

Mathildis Comitiſſa illam circa Sal. ann. 110. Venetorum Rauennatumque auxilio Henrico IV. eripuit.

Sub Eſtenſibus ſummoperè creuit. Concilio ibi habito ſub Eugenio IV. interfuit Ioannes Palæologus Conſtantinopolitanus Imp. cum omnibus, quos Græcia habuit excellentes.

Bartholomęus de Saliceto, Bononienſis, I.C. auctor fuit Alberto Eſtenſi Ferrarię Marchioni, vt à Bonifacio Pontif. priuilegium Academiæ Academia.
Ferrariæ conſtituendæ impetraret.

Venetis Ferrariam oppugnantibus, emtione à ciuibus facta, inter multos nobiles, Hercules Cantelmus, eximiæ exſpectationis iuuenis, à quibuſdam Illyricis militibus, in triremem captiuus perductus, ac dum, cuius ipſorũ eſſe deberet, inter ſe dimicantibus, ab altero illorum immaniter fuit interfectus. Guicciard. De captiuo ſanguinaria altercatio.

Ob Ferrariam occupatam, Clemens V. Venetis aqua igniq; interdixerat: Franciſcus Dãdulus Auenionem in Galliam ad eam culpam deprecandam à Senatu miſſus, & ſerò tandẽ ad conſpectum Pontificis admiſſus: catena ferrea collo iniecta, ad eius menſam tamdiu canis inſtar proſtratus iacuit, donec expugnata Clemẽtis ira, ignominioſam notam patriæ ademerit: Dandulus Canis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Atq; ex illo fuit ei poſtea Canis cognomen inter ſuos. Sabell. lib.7.En.9.

Angelus Triuiſanus, Venetæ claſsis contra Alfonſum Ateſtinum Ferrariæ Ducem aduerſo Pado anno 1519. ſubuectæ Imperator, cùm ad Puliſellam aſcendiſſet, propugnaculum in hoſtili ripa vtriuſque erexit, & transuerſa claſſe amnem veluti perpetuo ponte iunxit, vt omnes copias in ſuburbanũ agrum emitteret, magno Ferrarienſiũ metu periculoq;: Ibi Hippolytus Cardinalis, qui omnis laboris atq; periculi comes, Alfonſo fratri operam nauabat, inuſitatum facinus ad parandam de hoſte victoriam felici ingenio excogitauit. Perpetuũ namq; Padi aggerem locis idoneis ad libramentum profluentis aquæ ea ratione terebrauit, vt feneſtellas perforato toto aggere paſsim aperiret, per quas maiora tormenta ſedulò collocata in aduerſam claſſem ineuitabili cũ clade hoſtium diſploderentur. Arriſit dolo fortuna, punctoq; temporis nihil tale timente Veneto, tanta vis ingentium pilarum contorta eſt, vt maiora minoraq; nauigia cum innumerabili nautarum & militum multitudine mergerentur: Padus cruentas vndas traheret, Venetiq; miſerrimo caſu circumuenti oppreſsiq; in fugam verterentur, & Triuiſanus præfectus claſsis ægrè ſeſe explicaret, vixq; integra prætoria ſecundo amne elaberetur. Captæ ſunt triremes quindecim, biremiũ verò minorumq; nauigiorum magnus numerus: & ingens multitudo omnis generis tormento-

Hippolytus Card, militiæ gnarus.

Victoria.

mento-

mentorum cum toto nauali apparatu in poteſtatem Ateſtinorum deuenit. Relata ſunt vexilla ſupra quadraginta, quæ cum roſtris triremium & antemnis in templo maximo ſuſpenſa ſunt: vt eius victoriæ decus atq; triumphum poſteris teſtarentur. Triremes autem captiuæ aduerſo Pado per alterũ diuiſi amnis cornu Ferrariã perductę ſunt,& in naualib. collocatę. Iou.

Alfonſus Ateſtinus, Dux Ferrarienſis, à quibuſdam non obſcura ſubagreſtis quęſtus ſugillatione notabatur, quòd ſalſamentorum & pomorũ omnis generis atq; olerũ monopolia per inſtitores ſuos exercere diceretur. Nam opimæ piſcationis circa Paduſas vſitatæ, & fructus ex ampliſsimis ipſius hortis collecti expoſitiq; venales, non toti modò aulę, verùm etiam vrbanę multitudini expetitam moderati precij copiam ſuppeditabant. Aggeres namq; vniuerſos intra pomerium per decliuia planaq;, vti locus poſceret, frugiferis arboribus, & inflexis vinetis, digeſtisq; areolis perpetuâ viriditate veſtiuerat: quæ omnia diligenti culturâ & perenni irrigatione, ad id lata & nauigabili foſſa ex Pado perducta, ad miram vbertatem omnium terra naſcentium & peramœnæ deambulationis voluptatem inſtituta, clari hoſpites mirarentur. Verùm imperiti homines temerè probra Principibus affigere ſoliti, neſciebant certiſsimos atq; ſanctiſsimos redditus ex vna maximè induſtria & parſimonia, quæ neminẽ læderet, facilè prouenire: vtpotę qui principem prodigum & in-

Alfonſi ſtudiũ in augendis cõmoditatibus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

conſulta liberalitatis mallent, quàm tenacē iuſti & æqui patriæq; amantiſsimum, & minimè largitorem. Iouius in eius vita.

Varanę Camerinæ illuſtre Epitaphium. Philippę Varanæ Camarinę comitiſſę, epitaphium ſub tumba holoſerico tecta Ferrarię exſtat apud S.Marcum della Valle, in tabella depicta, Iuſtitiam à ſiniſtris, Fortitudinem à dextra habens, ſchedam manu tenentem cum hac inſcriptione; *Ego illa Philippa Camerina muliebri corpore viri animum gerens in lubrico conſtiti: tum deſpiciendo tum aggrediendo omnium in me oculos contuli: illos admiratione ſtupentes, hos hæſitantes ſciens reliqui: duos acerrima pugna tyrannos diſtraxi: & quoniam nihil ſine hac mihi ſimilitudine iuncta, vt cum ea, vel ex ea nata videar, agendum conſtitui,* ex prin-

Aenigma. cipijs futura proſpiciens, *hoc præparaui:* Sub tabella deinde hæc leguntur; *Quæ ſunt, pro ijs quæ non ſunt: Quæ ſi eſſent, pro ijs quæ cùm ſint, non ſunt: Quæ videntur eſſe pro ijs quæ clam ſunt; in cauſſa ſunt, vt quod eſtis ſitis:* Vtriuſque ad latera mortuorum oſſa & caluariæ depictæ, cum hoc epiphonemate, adhuc viuet: Inſcriptione iſtâ, digna illuſtriſsimę & eruditiſs. fœminę ſepultura, eruditorum ingenia vel maximè torqueri; Gaudent. Merula lib. 1. Memorabil. cap. 8. teſtatur;

Explicatio. In ea explicanda cùm philoſophus quidam, intimus noſter, animi cauſsâ exerceretur, & cordatam mulierem, prauarum cupiditatum ſupra ſexus ſui vires domitricem, hac paræneſi viros ad philoſophicam mortem, in veritatis & virtutis ſtudio poſitam, excitare voluiſſe

ſuſpi-

Hominis dicta, facta, cogitata.

ſuſpicaretur, in duas partes epigraphen diuidebat: Quarum prior tribus axiomatibus conſtaret, omnia ea, quæ ab homine in hac vita dicerentur, agerentur, cogitarentur, continens, relata vel ad Boni poſſeſsionem, vel ad Veri cognitionem. Bona autem duûm generum; Æterna alia, alia Caduca. De Æternis axioma primum eſſe: Quæ ſunt (*h. e. æterna*) pro ijs quæ non ſunt (*id eſt pro caducis, ſubintellige amplecti beatos facit & immortales: Nam amplecti, facit miſeros & mortales.*) De caducis axioma ſecundum eſſe; Quę ſi eſſent (*h. e. caduca ſiue non entia interna, Virtutem ſcilicet habitus, ſi eſſent, ſi ſub ſenſum caderent, mirificè ad ſe animos humanos allicerent*) pro ijs quæ cùm ſint (*h. e. pro caducis externis, quæ ſenſus iudicio aliquid ſunt*) non ſunt (*tamē eſſe dicenda, ſi cum æternis conferantur*) ſubintellige (*amplecti facit bonos: Non amplecti facit improbos*) De Vero autem tertium axioma eſſe: Quæ videntur eſſe (*intellectui noſtro, etſi reuera nō ſint*) pro ijs quæ clam ſunt (*pro eſſentia rerum occulta noſtro intellectui,*) (*ſubintellige, amplecti facit mendaces & ignorantes: Non amplecti facit Veraces & ſcientes*) iam verò poſterior pars epigraphes Finem continet, propter quem humana fiunt omnia, quando ait; In cauſſa ſunt vt quod eſtis (*in hac vita mortali ænigmaticè*) ſitis (*in hac vita immortales futuri, absq; ænigmate ſcilicet & ſummum bonum poſſeſſuri, & ſummum verum cognituri.*) At Cælius Secundus Curio multò breuius in ſui propaganda memoria ad poſteros, Philippam ænigmaticâ hac epigraphe vti voluiſſe ar-

C. Secund. Curionis explicatio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

bitratur, & ſimul quæ nam obliuionis & interitus cauſſæ eſſent, per ambages monere. Et quidem tria genera eorum, quæ vulgus bona eſſe putat, conſtituit, Quæ ſunt (*Diuitias maximè corporeas & durabiles*) Quæ quaſi ſunt (*voluptates quia tranſeunt*) Quæ videntur eſſe (*Honores*) iiſdemq; opponi totidem bonorum genera, Animi nimirum veras diuitias, voluptate puras, honore æternas. Sic autem intelligenda eſſe oppoſita iſta, vt priora in ſingulis membris deteriora ſint, poſteriora meliora. Ergo ſi qui inglorij, obſcuri, miſeri deniq; ſint, id propterea fieri, quòd opinione decepti, caduca pro æternis amplectantur: qui verò contrà, virtutem verum hominis bonum adamauerint, ij glorioſi, clari & beati erunt.

Alia opinio.

Quidam alius non obſcurus ætatis noſtræ Ariſtippus affirmauit, de Materia prima ænigma propoſitum ſibi videri. At Ludouicus Caſteluitreus Mutinenſis epitaphium hocce ab Alexandro Guerino Ferrariæ in templo D. Mariæ de Vado, Anno MD. XIIX. poſitum aſſerit, neque ipſummet de ſenſu illius quidquam pronunciare voluiſſe, quòd eum ſibi excidiſſe ſimularet.

Verùm quidam Alexandri diſcipulus & narrauit, & exemplis quorundam poëmatum confirmauit, Ferrarienſes tum temporis, quotquot litteris dediti humanioribus eſſent, ei rei interdum ſtuduiſſe, vt magno conatu magnas nugas agerent, h.e. ſplendida licèt & prolixâ oratione, nihil tamen dicerent. Eiuſdemq; generis hanc

Ferrarienſium ingenia.

quo-

quoque inſcriptionem videri: præſertim cùm Philippa iſta, Borſani cuiuſdã Mutinenſis mercatoris locupletiſſ. filia, Ioanni de Varano, Camerini domino, exuli, propter dotis amplitudinem nuptui data, pulcra magis quàm pudica fuerit, & tandem amoris æſtu ad inſaniam redacta, ſæpius per compita Ferrariæ nuda cucurrerit. Ex Iohanne Matthiam F. cum fratribus Varanis dictis ſuſcepit, qui ius ſuum Camerienſe Paulo III. Pp. vendidêre: quo ille fretus, Camerinum Duci Vrbinati eripuit, & pro Parma & Placentia commutauit. Ph. Varanæ familia.

Theod. Zuing. in Theatro Volum. 26. ſuam quoque ſymbolam ad Epitaphij huius explicationem contulit, dum in hunc modum diſſerit: Quæ ſunt, pro ijs, quæ non ſunt: Quæ ſi eſſent, pro ijs, quæ cùm ſint, non ſunt: Quæ videntur eſſe, pro ijs, quæ clàm ſunt: in cauſſa ſunt, vt quod eſtis, ſitis. Vtrinque autem ad tumbæ latera mortuorum oſſa, & caluariæ depictæ ſunt, cum hoc epiphonemate: Adhuc viuet. Fuit pientiſsima fœmina Philippa, quę mortis Chriſtianam commentationem, quam animo volvebat ſecum, hoc ænigmate ſapientum arbitrijs examinandam proponere voluit. Summa illius paucis comprehenſa hæc eſto: *Niſi peccaſſetis homines, & vitijs vos contaminaſſetis, non eſſetis mortui. Iam verò quia peccatum & vitium pietati & virtuti ſuperinduxiſtis, mortui eſtis.* Eſt hæc ſententia ex diuinis litteris depromta, in quibus Carnis affectus & ſtipendium peccati mors eſt. Verba Th. Zuingeri explicatio. Peccati fructus.

verò

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

verò ſic ſonant: Quæ ſunt (*improbitas nimirum, quæ natura adeſt humanæ menti*) pro ijs (*loco pietatis & virtutum*) quæ non ſunt (*quas ſusq; deq; habent mortales & negligunt*) Quæ ſi eſſent (*Ea verò pietas vtinam cordi eſſet humanæ menti*) pro ijs (*loco improbitatis & vitiorum*) quæ cùm ſint, (*quæ licet hominibus ſummi boni loco ſunt*) non ſunt, (*id tamen reuera nō ſunt*) Quæ videntur eſſe (*Pietas quinetiam, & virtus perſonata*) pro ijs quæ clam ſunt: (*pro latente in hominum animis improbitate*) in cauſſa ſunt, vt quod eſtis, ſitis, (*in cauſſa ſunt, vt quoniam mortui eſtis, reuera etiam mortui ſitis. Eſt enim ſtipendium peccati mors. Epiphonemate verò* Adhuc viuet, *prædictæ exprobrationi conſolationē talem ſubnectere voluit: Quamuis autem mortui eſtis, tamen ſuo tempore reſurgetis & viuetis: quod idem Chriſtianæ religionis, & ſacrarum litterarum certitudo nobis perſuadet.*

Ferrarienſis eques dignas luit pœnas.

Sforcia magnus Equitē è Ferraria nobilem, qui contra edictum vel ſæpè admonitus, ſcortum adoleſcentis armigeri habitu, circumtonſa Cæſarie habebat in caſtris, pudenda ludibrij pœna affecit: cumque muliebri veſte indutum per caſtra armato in equo circumduci, oſtentarique iuſsit. Iouius.

ARGENTA.

VRbs hæc ad Padum elegans, ſimul cum Ferraria à Smaragdo Exarcho primò mœnibus communita, duodeviginti millia paſſuum diſtans à Ferraria: quo in ſpatio ſecundum Padi ripam diſtat ab Argenta tribus paſſuum millibus Coſandula Villa, Marchionum Eſtienſium

magnifici operis ædibus ornatiſsima.

Ad eamque Villam rectus & primarius Padi curſus, qui præterlabitur anno nunc trecenteſimo, tortuoſiore veniebat alueo: quem nunc à vico Codera corruptè pro capite Eridani dicto, ſecus villam Belleguardum deſiccatũ videmus.

Pictura Italiæ, quam Blondus diligenter ſequitur, Roberti Regis Siciliæ, & Franciſci eius amici opus, Vicuentiam Vicueriamque, & Conam vicos profluẽti Pado appoſitos habet. Quare partes ipſas Padi à Ferraria Coſandulum, & à Coderea in mare nunc defluentes, à trecenteſimo anno initium habuiſſe, non dubito. Vetus Padi curſus.

BONONIA.

PRo Felſina primùm Boionia, pòſt Boionia dicta, vrbs vetuſtiſsima Boiorum caput. Colonia à Romanis deducta, agerque de Bois Gallis, qui prius Etruſcorum fuerat, captus, vna ex opulentiſsimis vrbibus, quæ Augusti tempore ad mare Adriaticum fuerant.

Fuerant antiquitùs Bononienſes in Antoninorum clientela.

Erat olim Cenſorij ſepulcrum circa Bononiam, cum honoribus eius inciſis, quibus vltimo adſcriptum, FELIX PER OMNIA INFELICISSIMVS. Cenſorii ſepulcrũ.

Hypomnemata.

Ad ann. Salut. 840. Sergij Pont. temporibus, cùm Lotharius Imp. Ludouicum filiũ Romam cum copijs mitteret, Bononienſes illum multis incommodis damniſque affecerunt. Quamob-

rem

rem ille conuerſo, qui iam præterierat exercitu, vltionis modum exceſsit, quod poſt agri vaſtationem, factamque in inſontibus per vicos villasq; repertis, cædem, obſeſſam vrbē, capramq; reddidit immunitam. Et tamen illam ad ann. Sal. 1271. tam ſcimus fuiſſe potentem, vt aduerſus Venetos liberam Mari Adriatico nauigationem prohibentes, tribus annis bello contenderint, in quo Bononiæ prętor caſtra habens apud Padi oſtia, vbi caſtellum Bononienſes ædificauerant, quadraginta millia equitum in exercitu tenuerit. Repulſique Veneti amiſsis aliquot copijs, cum Ducis Venetiarum Laurentij Teupoli ductu paratiores rediſſent, inter Bononienſes Venetosque pax firmata eſt: in qua actum eſt, vt Padi oſtiorum cuſtodia Venetis relicta, poſſent Bononienſes per ea ſal & frumenta abſque vectigali ad libitum deportare. Sequenti anno Ciuili diſſenſione Bononienſes factionē ciuium, vt dicebant, Imperialem patria eiecerunt, Lambertatios, & eorum partes ſecutos Aſinellos, de Andalo, Comites Panici, Carboneſios, Storletos, Albaros, de Villa Noua, de Principibus, de Abbate, Comites Butrij, Fuſcardos, de Albeſio, de Fratta, de La Mola, de Ruſticanis. Exinde cùm pars quæ in ciuitate victrix manſerat, extorres animoſius inſecuta, Forum Liuium, in quo illi ſe receperant, obſediſſet; Bononienſis exercitus fractus, cæſis Bononienſium VIII. M.

Bononiæ calamitas. *Bononienſium priuilegium.* *Factio Imperialis.*

Bononienſis Academia à Theodoſio Iuniore inſtituta traditur.

Bonon. Acad.

A Iareslao Polono transmutatur ob cædem ſtudioſi. Th.Zuing.

Irnerius Bononiæ primus Iura profeſſus eſt, cùm prius literis humanioribus tantùm incumberent, divulgato iam iure ciuili, quod à Piſanis victoribus ex Malfitanæ vrbis direptione Anno 1128. in Italiam relatum fuit. Primus ergo Iuriſprudentiæ illuſtrator & Lucerna iuris paſſim vocari cœpit, gloſſulas enim interlineares locis difficilioribus appoſuit, & authenticas ex authenticis Iuſtiniani decerptas, quàm breuiſſimè, juxta ſententiam tantùm, Codici Iuſtiniani inſeruit: Authenticarum enim auctorem alij alium, Accurſius Irnerium eſſe aſſerit; obijt Anno Salut. 1190. Iuris profeſſio introducitur.

Bononienſes victis Imolenſibus pacem his conditionibus conceſſerunt, Anno 1154. vt Imolenſes quotannis in feſto S.Petri ad aram maximam duas ſericas mappas offerrent: vnius portæ valuas Bononiam deportarent: vrbis muros Bononienſium arbitratu diruerent, dummodo portis & templis, & priuatis ædificijs ſecundum muros conſiſtentibus parceretur. Sigon. lib. 12. regn. Ital. Imolenſiũ miſeria.

Rurſus Imolenſes Ann. 1181. quòd Friderici I. Imp. partes ſequuti eſſent, prælio profligati, pacem à Bononienſibus his conditionibus accepêre: Vt ſeruarent Bononienſes Fauentinos, Sancaſsianenſes, Caſtrimolenſes, & res eorum: reſtituerent captiuos, quaternas mappas ſericas, binas Bononienſibus, & binas Fauentinis

in feſto S. Petri darent: pedeſtres, equeſtresq́ue expeditiones ac tributorum collationes vtriſq; conficerent: foſſas vrbis antiquę complanarent quaternos pedes, qua parte murus non eſſet, quatuor pedes molirentur: & binas vrbis valuas Bononiam, binas Fauentiam mitterent: obſides darent, dum bellum eſſet cum Imperatore. Sigonius.

Chriſtianus Mogũtinus Archiepiſcopus, Friderici I. Imp. nomine Bononienſium ciuitatem ad deditionem compulit. Priuſquam tamen deditos acciperet, imperauit obſides: & in monte ſupra vrbem ſancti Michaëlis cœnobio ſacra iuſſit apparari: ipſe indutus pontificalibus aram adijt, poſtquam religiosè manus conſecrauit ſanguine cæſorum: officium diuinum ſatellites honeſtauêre conantes. Erant CCC. pedites Monachi, & totidem Moniales, vnà pſallere docti: qui de ſanctis Thebæis martyribus ſacrum cecinêre officium Miſſæ, Gaudeamus omnes in Domino: Euangelium, Cùm audieritis ſeditiones. Nam proſcriptis vndique Ciſtercienſibus, qui Alexandro III. Papæ fauebant, viri & fœminæ, euerſis monaſterijs, militiæ ſe immiſcuerant. Expleto officio, Archiepiſcopus acceptis obſidibus, cum multa præda iuit Anconam, obſidione ibi tractâ ferè per integrum biennium. Albertus Crantzius lib. 6. Sax. cap. 28. & libro 6. Metropolis cap. vlt.

Mogũtinus Archiepiſc. Bononiam miſerè tractat.

Anno 1411. Bononiæ Petrus Coſſulinus, lanij cuiuſdam famulus, vectigalẽ equum inſidens, ac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ac ſtrictum enſem tenens, in forum ſe contulit, exclamans, vt Artes ac populus viuerent, atque eorum ſupremum eſſet imperium : & cùm ei minuta plebs ſe adiunxiſſet, palatium occupauit, Neapolione Cardinale, qui legatus pro Ioanne XXIII. Papa vrbi præerat, inde omnibus amiſsis fortunis profugiente : arcem quoque galeræ portæ cœpit, atque in eo tumultu ſubuertit. Is igitur Petrus, & vnà cum eo Iacobus Mangiolinus lanius, in palatio agentes, vrbem Bononiam ſupra annum rexerunt, atque nobilium quoſdam capite multarunt. Poſt quod tempus cùm populi impetus reſediſſet, atque honeſtæ fortunæ ciues propriæ miſeriæ commonerentur, tenuior plebs armis ab vrbe depulſa eſt : Petrus aufugit, Mangiolinus interfectus. Fulgoſ. & Egnat.

Duo Lanij Bononiæ iugum imponunt.

Iulius II. Pont. Ioannem Bentiuolum, Bononienſem Principem, Bononiâ expulit, ope Gallorum adiutus. Domus eius incomparabilis ſtructuræ, quam media in vrbe ædificarat, vt abominandi dominatus memoria tolleretur, concurſu populi, à fundamentis euerſa eſt. Iouius.

Bentiuolus expellitur.

Bentiuoli per Triuultium Gallicum ducem reſtituti, ſtatuam æneam Iulio liberatori in faſtigio templi maximi poſitam, concitata plebe detraxerunt, conſpurcatamque fœdiſsimum in modum perfregerunt, atque in tormenta conflarunt. Idem.

Iulij II. ſtatua.

Petrus Nauarrus, quòd arces & propugna-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

cula funditùs diſijcere docuiſſet, πολίπορθος dictus, nouennio pòſt euerſam Oui Neapolitanam, Bononiam oppugnans, ductu Iulij II. Pp. & Regis Ferdinandi Neapolitani, eam muri partem, qua ſacellum eſt Baracanum appellatum, ſubdito igni cuniculo, vnà cum ſacello adeò in altum ſuſtulit, vt per illud ſpatium, quod inter ſolum murumque ſublatum relinquebatur, ab ijs qui foris erant, interior ciuitas, militesque ad propugnandum parati apertè conſpecti fuerint. Sed illicò ſubſidens integer murus, in eundem locum, vnde ignis impetu diuulſus fuerat, recidit: itaque coagmentatus iterum eſt, ac ſi nunquam motus fuiſſet: Quocirca cùm ab ea parte inuadi iam non poſſet: Duces ab altera tantùm parte oppugnationem non adoriendam cenſuerunt. Bononienſes prodigio eam rem tribuerunt, fieri non poſſe exiſtimantes, vt penitus ijſdem fundamentis ſinè diuino numine coniungi iterum potuiſſet. Quamobrem ſacellum id pòſt magnificentius exſtructum fuit, nec parua populi religione frequentatum. Guicciardin.

Portentū.

Acad. Sitientum.

Celſus Socinus Senenſis I. C. Bononiæ circa Ann. Salut. 1454. Calend. Maij Academiam SITIENTVM inſtituit: ſed quæ à Iureconſultis potiùs, quàm ab Oratoribus aut Poëtis excoleretur. Princeps erat ipſe Celſus, idemque iudex diſputationum omnium. Duos habebat conſiliarios, & Quæſtorem: Miniſtros præterea Academica ornamenta conferentes: pileum ſcilicet,

cet, librum apertum & clauſum, & annulum Academicâ notâ inſignem. Diſputationes ſingulis Dominicis diebus habebantur, lectiones verò intermedijs diebus feſtis. Cuius ex prouectis ſors prima exijſſet primus, cuius ſecunda ſecundus ordine erat. Exoterico nulli abſque Principis & Gymnaſtæ ſcitu intereſſe licebat. Themata tria proponebantur: Argumenta totidem ſingulis objici poterant à prouectis, item à tyronibus. Principis nutu vel interlocutione certamen finiebatur. Si quæ ſcripta vel repetitiones proponerentur, ſiquidem ab Academicis approbarentur, in codicem Academicum referebantur. Ex hac Academia tanquam ex equo Troiano Clariſs. Iureconſ. Itali, Germani, Galli, Hiſpani prodiêre. Inſigne habebant Helconem montem arboribus conſitum, Caſtalio fonte irrigatum, cũ hoc dicto, Non diu ſitient ſitientes.

In nobili familia de Petrinis Bononiæ, duo erant fratres, quorum alter maritus cum numeroſa prole in eiſdem ædibus commorabatur matri viduæ: Alter verò iunior, ſpe conſequendæ hæreditatis vniuerſæ, totam familiam è medio tollere ſtatuit, coniecto in vini dolium arſenico. Ex cuius vſu cùm grauibus torquerentur ſymptomatibus, conuocabantur Medici celeberrimi, Matthæus Curtius, Ioan. Maria Bettus, & Hiſpanus Philippaldus: qui in veneni ſuſpicionem mox venerunt, quòd ijſdem cruciatibus vicinos quoque exagitari, qui fortè domum ingreſsi, vinum illud hauſerant, in-

Horrendũ facinus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

tellexiſſent. Eorum itaque conſilio vas infringitur, vinoque effuſo inuenitur arſenicum. Hinc curationem aggreſsi Medici, omnes reſtituerunt, excepta matre, vetulâ debili, & puero infirmo. Fugâ ſibi conſulit veneficus, atque ita veneficij auctor innotuit. Facinus hoc contigit, Anno M. D. XXXIIX. in Auguſto. Vierus lib.2.cap.50.

Strigarum pœna.

Solent Bononiæ maleficos vtriuſque ſexus, quorum damnatæ incantationes generi humano, vel vita beſtiarum minus nocuiſſent (quos muliebri in ſexu lingua vulgari Strigas Itali appellant) nudos ad vmbilicum vſque veteri ex palatio educere, aſino impoſitos inuerſo corpore, ita vt ligatis manibus caudam aſini, quem lento ductu præit lictoris miniſter, retineant. Capiti imponitur mitra chartacea, in qua terrifici cacodæmones, qui forcipibus ſuis ignes infernales moueant, depinguntur. Interea dum ſolenni hoc progreſſu circumducuntur, à lictore comitante virgis egregiè in pectore & dorſo cæduntur. Cùm verò è foro publico peruentum eſt in cœmiterium ædis Dominicanæ, deponuntur ex aſino, & à carnifice in conclaue quoddam ſuperum deducuntur, cuius pergula firmata cancellis ferreis, ijsq; raris, cœmiterium verſus ſpectat: quę deſtinata pœnæ hęreticorum à monachis monaſterij illius, inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, perhibetur. Hinc capite galeato ſedi curuli, quæ rotis quatuor fertur, impoſiti, ter in pergulam prominentem detruduntur,

duntur, vbi & per horæ quadrantem conſiſtunt. Interim à ſpectante foris turba, ridente, clamanteque lapidibus impetuntur: fruſtra tamen ferè, ob interpoſitos cancellos ferreos. Tandem vinculis ſoluti, & pro delicti qualitate puniti, ablegantur in exilium. Idem.

PARMA.

VRbs vetuſta, Romanorum Colonia, quam Liuius lib. 40. cum Piſauro & Mutina deductum fuiſſe oſtendit. Viros habuit præſtantes, Vtrumque Caſsium, Poëtam, & Centurionem, Macrobium item, cuius exſtant doctrina pleni de Saturnalibus Libri, in cuius ſepulcro Parmæ conditus eſt Blondi ætate, Blaſius Parmenſis Philoſophus non incelebris.

Blondus Parmam quatuor Magnatum familijs ornatam eſſe amplisſimis dicit, oppida & magnum equitatum alentibus, Roſsis, Corrigienſibus, Palauicinis ac Vitalenſibus. *Parmenſis Nobilitas.*

Author eſt Plinius, cùm Imperator Veſpaſianus Italiæ populos deſcribi faceret, inuentos fuiſſe duos Parmæ, quorum vterq; vigintiquinque ſupra centum annos vixiſſet.

Hypomnemata.

Fridericus II. Imp. Parmam obſidens, captos diuerſarum partium Regienſes, Mutinenſes, Placentinos, Bononienſes atque Hetruſcos, ante vrbis portas truncari laniarique, & baliſtis maioribus in vrbem ſemiuiuos proijci curauit. Nec à muliercularum pudore eſt tempe- *Horrenda crudelitas.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ratum, ſi quando pauperculæ in agrum delatæ, in Saracenorum & Friderici Satellitum manus inciderent.

Victoria noua vrbs.

Caſtra item foſſa valloque munitiſsima in vrbem ædificare conſtituit, vt Parma funditùs diruta, hæc in eius locum ſuccederet, nomenque nouæ vrbi Victoriæ indidit, & Tutelarum Sanctum martyrem Victorem in Baſilica cathedrali conſtituit, Victorinosque in ea vrbe numos cudit. Geſtum eſt poſtea per duos fermè annos bellum atrox variumque, & Lombardiæ ac omnium Italię pernicioſiſsimum, omnibus quos per Italiam partium Gibellinæ & Guelphæ labes infecerat, auxilia non magis militum quàm pecuniarum contribuentibus. Ei fuit vrbs Victoria, vario gentium & rerum inuſitatarum commercio ac multitudine frequentata, quòd per ſingulos ferè dies ex Africa, Aſia, Ægypto homines confluerent. Cæterùm cùm ſecuri vrbem paulò poſt fame dedendam obſideret Imperator, ab obſeſsis ex improuiſo erumpentibus capta vrbs, ſolo adæquata eſt. Imperator vix aufugiens, ſupellectilem pretioſiſsimam amiſit. Crantzius.

CREMONA.

VEtus Romanorum Colonia ſimul cum Placentia deducta, quæ ſicut Virgilius non de præterito magis verè dixit, quàm de futuro vaticinatus fuit, multas ſæpenumero calamitates incurrit, quòd poſt tempora Virgilij à Vitellia-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

no exercitu primùm direpta, & poſt annos circiter quadringentos à Gothis, inde à Giſulpho Longobardorum Rege,& Sclauis illi militantibus, per diem XII. Septembris ad ann. Sal. circiter 630. euerſa: & annis poſtea plus minus ſexcentis inde elapſis, à Friderico I. Imp. ſpoliata, ac immunita fuit derelicta.

Habuit ex vetuſtiſsimis M. Furium poëtam cognomine Bibaculum, & poſtea Poëtam Virgilio & Horatio familiariſsimum Quintilium.

Fridericus I. Imperator, euerſo Mediolano, Cremonenſibus ſocijs ius creandorum Conſulum, & ſignandæ pecuniæ, honoris loco conceſsit. Sigonius. Conſules.

Sponſalibus Henrici VI. cum Conſtãtia Siciliæ Regina, Mediolani in hortis S. Ambroſij honeſtandis, cùm omnibus è Lombardiæ ciuitatibus legati adeſſent, Cremonenſes non adfuerunt. Eam rem vſque adeò iniquo animo Fridericus I. Imperator Henrici pater tulit, vt primo quoque tempore Cremam oppidum ad dolorem Cremonenſibus faciendum iuſſerit reparari. Quod opus cùm impedire conati Cremonenſes eſſent, caſtella eorũ Soncinum & Manfredum armis occupata euertit. Demùm vrbem adortus, mœnia magna ex parte deiecit, ac multos eorum captiuos abduxit. Cremonenſes pacem per Epiſcopum ſuum Sicardum impetrarunt. Crema ipſa foſsis & vallis intra tres menſes munita, Frixorium inde eſt Cremonenſium appellata. Sigon. Fridericus I. Imp. offenditur.

CREMA.

VRbs nobiliſsima, à Friderico I. Imp. vt modò dictum, poſt afflictam Cremonam in eius damnum opprobriumq; ędificatum, qua Veneti ſunt potiti per fœdera, quæ cum Franciſco Sforcia aduerſus Mediolanenſes inierunt.

Hypomnemata.

Irrumpente in Liguriam Alboino Longobardo, erant vaſtæ inter Cremonam Laudemq; paludes, ab Olio, Serio & Abdua amnibus, eædemq; multis, ſed incultis inſulis interſtinctæ. Harum quæ magnitudine cæteras ſuperabat, vicinorum populorum perfugium fuit, cum eo plurimi inſtantis periculi cauſſa, vt in locum tutum ſe cum rebus ſuis, omnibus ab vlteriore ripa remotis lintribus, retuliſſent: ex quibus cùm aliquot perpetuas ibi ſedes ponere decreuiſſent, locum munire cœperunt, eumq; à Cremete, ſingularis inter ſe authoritatis viro, Cremæ nomine appellarunt. Exſiccatis inde paludibus locus incolis frequentatus, atque opibus ſenſim adauctus eſt. Sigonius.

Vrbis origo.

Cremam oppugnabat Fridericus II. Imp. admotis turribus ligneis altiſsimis. Primum qui de ponte in vrbem deſiluit, quidam ſubito crudeliſsimè interfecit, cuteque capiti eius detracta, in vſum capillatæ galeæ ſeſe induit: alteri manus & pedes præciſi, & per forum fœdo repere ſpectaculo eſt permiſſum. Idem.

Cremen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Cremenſes à Friderico I. Imp. cui rebellauerant, obſeſsi, optione data aliquid ſecum efferendi, filios, parentes, maritos, cognatos, extulerunt. Hedio.

Simile quid de Vuinſpergenſibus & Blumẽfeldenſibus legitur: Conradus III. Rex Romanorum contra Ducem Bauariæ Welphonem tyrannidem affectantem bellum gerens.

Sueuiæ oppidũ Winſpergum obſedit, in deditionem accepit, & ex gratia matronis conceſſit, vt quæcunq; humeris portare poſſent, efferrent: Illæ neglecta ſupellectile, maritos ſuos ſingulæ humeris extulerunt. At Fridericus frater Conradi contra pacta illas facere, exclamabat, neq; dolo dandum veniam, Imperator verò & prudentia & pietate illarum collaudata, incolumes cum ſuis abire iuſsit. Spanheim. Facinore hoc æterna digno memoria, tantoperè oblectatus fertur Laur. Medices, vt ex eius lectione à morbo grauiſsimo conualuerit. VVinſpergenſium matronarum pietas.

Cùm Heluetij in bello Sueuico, Blumenfeldum oppidum Cleggouiæ, in poteſtatem ſuam redegiſſent, vitam obſeſsis pacti, & quantum ſinguli humeris efferre poſſent: Vxor Roſeneckij, oppido præfecti, cùm ſciret eum maximè peti, in humeros elatum extulit. Vrſtiſius. Roſſeneckiæ pietas in maritũ.

PLACENTIA.

Sita eſt ad Trebiæ oſtium, quã Q. Aſcon. Pedianus tradit, ordine quinquageſimã & tertiam Coloniam Romanorum, deductam fuiſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

à P. Maſone Aſina, à Cn. Pompeio Strabone,& P. Cornelio Scipione Triumuiris.

Liuius lib. XXI. ait, Agro Gallorum capto, Coloniæ deductæ ſunt Placentia & Cremona. Et lib. XXVII. Hasdrubal quod celeritate itineris profectum erat, id mora ad Placentiam, dum obſidet magis quàm oppugnat, corrupit. Crediderat campeſtris oppidi facilem oppugnationem eſſe, & nobilitas Coloniæ induxerat eum.

Romani ab Hannibale cæſi.

Secus Trebiam paulo ſupra Placentiam, locus eſt inſigni clade Romana Sempronio Conſule, ab Hannibale inflictâ notiſsimus.

Scribit Plinius, cùm Veſpaſiani Imp. edicto, cenſus Italiæ haberetur, virum vnum Placentiæ repertum fuiſſe, qui XXX. centumq; vixiſſet annos.

Circa ann. Sal. 1250. fuit ciuitas hæc ſubiecta nobilibus Palauicinis, cùm nunquam priùs cuiquã alteri ſubdita fuiſſet, qui non Italiæ omnis, aut ſaltem Longobardiæ totius dominium obtineret.

Caſus poſtea ſuſtinuit horrendos: nam poſt mortem Ioannis Galeacij Vicecomitis, qui fuit primus Mediolani Dux, intra duos annos octies prædæ expoſita fuit.

Ad annum poſtea plus minus XL. Philippo Duce Mediolanenſium tertio vita functo, cùm populus Mediolanenſis ſe liberum eſſe parum fortunato conſilio quæſiuiſſet, Placentiaq; Venetis ſe dediſſet, in eam Mediolanenſes arma verterunt, eamque licet Venetorum nomine à

Tha-

Thadeo Eſtenſe defenderetur, miſerrimè, & modo atque exemplo prorſus Barbaro diripuerunt, non aliter ac ſi publico Dei & principum orbis Chriſtiani edicto fuiſſet ſæuiendum, ait enim Blondus, ea quæ aliàs in vrbium direptione miſerrima ſunt viſa, matronas violari, virgines Parentum ſinu euelli, inter minima Placentiæ tunc viſa eſſe. Mediolanenſium in Placentinos crudelitas.

TICINVM ſeu PAPIA.

QVantum ex Liuij ſcriptis conijcere licet, Annibalis tempore Ticinum nondũ fuit, quia ſolummodo amnis Ticini, nullibi verò Vrbis mentionem facit. Plinius velle videtur fuiſſe conditam à populis Leuijs, & Maricis, qui fuerunt Tranſalpini.

Olim hæc Longobardorum Regia, multis perquam magnificis templis exornata. Inde profecturus Mediolanum, Cœnobium illud celeberrimũ Certoſam perluſtrabis, quod Ioan. Galleacius, qui ibidem cum nonnullis alijs ſuæ gentis ſepultus, exſtruxit.

Hypomnemata.

Alboinus Ticinum vltra triennium oppugnauit, quam tandem captam, diripiendam & inflammandam militibus traditurum ſe iurauit. Cùm iam facta deditione, portam ciuitatis, quæ dicitur S. Iohannis, ingrederetur, equus eius de improuiſo in medio portæ, montis inſtar immobiliter conſiſtens (Diaconus & alij humi planè collapſum affirmant,) nec calcaribus nec verbe-

Portentũ. verberibus erigi, aut porrò agitari potuit. Hoc viſo quidam ex Longobardis vltionem, quam Ticini ciuibus minatus fuerat, regem remittere iuſsit, aut fore vt nunquam cum equo erigatur. Promiſsâ ergo veniâ, equus confeſtim ſua ſponte, rege incolumi ſeſe in pedes ſtatuit. Diacon. Sabell. Sigon.

Capto ab Odoacre, Herulorum rege Ticino, cui ſe Oreſtes Momylli F. Imper. militiæ magiſter incluſerat, x. cal. Sept. miſerabilis clariſsimæ vrbis eſt vaſtatio ſubſecuta. Vt enim quiſque diuitijs excellere exiſtimatus eſt, ſic ad prędam maximè requiſitus. Inde, vt eoſdem ad prodendas, ſi quas occuluiſſent, pecunias cogerent: alij tectis faces ſubiecerunt, alij ad necem dominos euocarunt, alij ad epiſcopium

Barbarorũ crudelitas. nefaria ſacri diripiendi theſauri inflammati libidine concurrerunt. Epiphanium Epiſcopum, quo plura daret, plura habere putantes. Demum tanta clades illata, vt permultos annos oppidum nullum aut fœdiùs captum, aut miſerabilius expugnatum ſit: quippe ciuibus paſsim aut ſeruitute aut morte multatis, vrbs direpta vnà cum duobus templis propè arſit incendio. Epiphanius verò cùm in ceteris charitatis officijs ſe ſanctiſsimè geſsit, tum inprimis germanam ſuam, cæterasq; mulieres, quæ libidini hoſtili præcipuè obnoxiæ videbantur, ſeruitute exemit. Sigon.

Academia. Ticinenſem Scholam Pariſienſis ſororẽ Galeacius II. Vicecomes Caroli IV. authoritate reſtituit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ſtituit, teſte Iouio, & Ioann. Galeacius F. auxit.

Cùm Galeacius Vicecomes iuxta Papienſem arcem ingentes fundos ſepiret, vt eis ad venationem alere feras poſſet: ſimulq; Bartholini Siſtri ciuis Papienſis poſſeſsiones incommodè diuiderentur: Bartholinus id cùm aliâs priuatim, tum publicè in foro Papienſi querebundus Galeacio exprobrauerit, inter cætera inquiens: Si hoc ipſum incommodo afficeret, quid tandem tot filiabus, quas iam habebat nubiles, agendum foret? Periniquè autem ferens Galeacius huius querelis voluptarium locum impediri, iracundiâ plenus reſpondit: Si neſciret, quo alio eis modo conſuleret, illas ad proſtituturam cellas mitteret. Hoc dicto pudicus vir ita excanduit, vt in furorem verſus, ſtricto pugione in equo ſedentem petierit, à quo delapſus ille coxam perfodit: neq; multò pòſt Bartholinus occiſus fuit. Fulgoſ. lib. 6. cap. 1. *Tyranni mors.*

Odettus Lotrechius Gallus Ticinum oppugnaturus, animaduerſo vrbis ſitu, edoctusq; de his munitionibus, quas Ticinenſes periculoſa in parte mœnium oppugnaturis Gallis oppoſuiſſent, incredibile oppugnationis conſilium ſuſcepit. Conuerſis ſiquidem ad ipſam arcem omnibus tormentis, tãtâ vi turrim quadratam quatere eſt adortus, vt ea cum adiuncto arcis muro adaperta, perforataq; vndique penè integra vndiq; concideret. Balbianus arcis præfectus tantis ex improuiſo territus ruinis, auxilij atq; omnis conſilij inops, cùm ſeruare vrbem *Ticini occupatio.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

non poſſet: luctuoſâ Ticinenſibus pactione ſe dedit, eductusq; per ruinas ad Lotrechium, ſeſe impetratâ ſalute conſeruauit. Tum verò Galli milites, facto impetu per eaſdem ruinas, nullibi acriter reiecti, per arcem, quod nemo crediderat, in vrbem irruperunt: miſerabilemq; in modum, cæſo magnâ ex parte præſidio, & ciuibus captis, vniuerſam diripuerunt, vſq; adeo vt nec templis, ſacratarumq; virginum ſeptis parceretur. Sabell.

Hoſtium crudelitas.

Notabilis inconſtantia.

Vrbanus VI. quinq; Cardinales, qui contra ipſum conſpirârant, in vincula coniecerat. Id indignè ferens Pileus de Rauenna, pridem legatus per Germaniam Vrbani, ſcripſit Principibus per Germaniam, ſe magno pridem errore captum, fouiſſe partes Vrbani: nunc diuina miſeratione ſibi patefactam veritatem, quam hactenus præſtigijs Vrbani oculos ſuos faſcinantis, videre nequiuerit. Illos quoq; conſulere animabus ſuis, ab his quæ ille præſens diſſeminaſſet, prudenter emendatos recedere ſuaſit: præſtare ſerò quàm nunquam emendari. Principes, acceptis literis, riſêre inconſtantiam viri, alioqui docti. Idem tum Pileus, priuſquàm Italia cederet, ad Clementem VII. Antipapam Auenione viuentem, galerum cardinalitium ab Vrbano conceſſum, in foro publico Papiæ concremauit, Comite Virtutum id ipſum comprobante, quod illi Vrbanus nuper negaſſet regni titulum per Lombardiam. Cranz.

Pileus Cardinalitius comburitur.

Franciſcus Galliæ Rex filios duos, quos, ad Tici-

Ticinum captus, Carolo V. Cæſari obſides dedit, ducentis aureæ monetæ myriadibus redemit. Iouius. Lytrū pro Regijs liberis.

MEDIOLANVM.

POſt Romam vrbs maxima, olim à Gallis condita, vt refert Alciatus, quam ante ſecūdum bellum Punicum Marcus Marcellus Romano ſubiecit Imperio.

Traianus Imp. Palatium hac in vrbe exſtruxit. Hadrianus, Antoninus & alij, non nunquā Mediolani ſubſtiterunt, vrbemq; pluribus ædificijs exornarunt: quod etiā de Philippo, Conſtantino, Conſtantio, Iouiniano, Valēte, Valentiniano & Theodoſio legimus, ſub quibus Vrbi commodiſsimo loco ſitæ, varia acceſſere incrementa.

Longobardorum coronatione poſtmodum, ſupra reliquas Italiæ vrbes inclaruit.

Durauit Longobardorum regnum in Italia per 204. annos.

Hypomnemata.

D. Auguſtinus Roma Mediolanum euocatus ad Rhetoricam docendam, Manichæorum hæreſi adhuc implicatus, concionantem tamē Ambroſium Epiſcopum ſolius eloquentię commēdatione audire voluit. Sed dum non ſatagerem (inquit ipſe) diſcere quæ dicebat Ambroſius, ſed tantùm quemadmodum dicebat ea audire, (mihi quippe iam deſperanti ad Deum viā patére homini inanis cura remanſerat) veniebant in animum ſimul cum verbis, quæ diligebam, Auguſtinus Mediolani conuertitur.

res

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

res etiam quas negligebam. Neq; enim ea dirimere poteram. Et dum cor aperirem ad excipiendum quàm diſertè diceret, pariter intrabat, & quàm verè diceret. Lib. 6. Confeſs. c. 14.

Ambroſ. reſiſtit Imperatori.

Cùm Valentinianus inſtinctu matris vi templũ inuadere conaretur, Ambroſius Epiſcopus inter alia dixit: *Nec mihi fas eſt tradere* (templum ſcilicet) *nec tibi accipere Imperator expedit. Domum priuati nullo potes iure temerare: Domum Dei exiſtimas auferendam? Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea, quæ Diuina ſunt, Imperiale aliquod ius habere: Noli te extollere. Sed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubditus, ſcriptum eſt, quæ Dei, Deo; quæ Cæſaris, Cæſari. Ad Imperatorem Palatia pertinent: ad ſacerdotem Eccleſiæ. Publicorum tibi mœnium ius commiſſum, non ſacrorum, &c.*

Quid Cæſari debeatur.

Pij magnis calamitatibus eripiuntur.

Cùm Stilicho, Honorij Imp. gener, Ambroſium grauiſsimo morbo iactatum audiret, dixit, *Si hic, vir naturæ cõceſſerit, vltimus Italiæ impendet interitus.* Sigon.

Atilæ crudelitas.

Atila Mediolanum obſedit, & facta oppugnatione, omnes ciues, quòd Chriſtiani eſſent, trucidauit, vouerat enim cùm Italiã ingrederetur, ſe gladio omnes Chriſtianos deleturum. Diac.

Mediolanenſium ſupplicatio.

Mediolanenſes fame à Friderico I. Imp. anno 1162. ad deditionem coacti fuerunt. Conſules ex authoritate Conſilij Laudẽ ad Fridericũ profecti, ſtrictos gladios tenentes, liberè ſe omnia, quæcunq; ille imperaſſet, facturos, atq; eodem quoq; ciues omnes ſacramento obligaturos iurârunt. Poſt biduum trecentos equites totius

ciuita-

ciuitatis nomine, triginta ſex vexilla & claues ciuitatis detulerunt, ac pręceptis eius ſe parituros iurarunt. Inde mille pedites carrocium adduxerunt, ac nonaginta quatuor alij tubas ciuitatis obtulerunt.

Poſtridie Fridericus, edicto imperiali ſublato, quadringentos obſides poſtulauit: Ex quibus centum & octoginta ſex ex ordine equeſtrī retinuit, reliquos ad numerum conficiendum ex ipſa nobilitate exegit, atq; ad ſingulas vrbis portas, murum diſijci, & foſſam repleri iuſsit, quantum exercitui quadrato agmine ingreſſuro foret ſatis. poſtremò iusiurandum à ſingulis poſtulauit.

Mediolanenſium miſerabilis ſtatus.

Conſilium inde atrox, ſed neceſſarium cœpit, ad reliquam Lombardiam pacandam, atque in fide & officio continendam, vrbis Mediolanenſis delendæ, populiq; ſuperbiæ atque potentiæ comprimendæ. Conſules quia imperium recuſare nō poterant, vniuerſos abire vrbe iuſſerũt.

Ita ſeptimo Cal. April. Mediolanenſes mœſti, ac ſe fortunamq; ſuam, quòd non potius armati occubuiſſent, quàm incolumes ad eam neceſsitatem venirent, execrantes, vrbe exierunt, atq; alij Comum, alij Bergomum, alij Laudem, vt quiſq; neceſſarios atq; hoſpites habuit, abierunt. Vulgus ipſum non ſolùm conſilij inops, ſed parùm etiam mentis compos, circum foſſas reſtitit, extremum patrię caſum expectaturum. Erat autem fœdus ac miſerabilis præter cæteros aſpectus mulierum ac puerorũ, ingentibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

omnia clamoribus eiulatibusq; replentiũ, atq; opem ſurdis hoſtium auribus implorantium.

Vbi exhauſta vrbs incolis fuit, Fridericus cũ exercitu victore deceſsit; & ne fidem fallere videretur, per ruinas murorum non per portas iniuit. Inde negotio vicinis ciuitatibus, id muneris ſibi præcipuè depoſcentibus, dato, vrbem paucis templis ſeruatis excidit. Laudenſes ædificia portæ Orientalis diruerunt. Cremonenſes Romanæ, Papienſes, Ticinenſes, Nouarienſes, Vercellinæ, Comenſes Comenſis, Seprienſes & Martheſani Nouæ, Arcus, theatra, thermæ, quæ ex antiqua vrbis fortuna adhuc ſupererant, deletæ, demum profana diſcuſſa omnia, præter turres aliquot, & partem mœnium, quæ integra propter operis firmitatem remanſit.

Mediolani deuaſtatio.

Mediolanenſium antiquitatum deſtructio.

Templa ſpoliata, abbatiæ populatæ. Brolium, vt aiunt, ad perpetuam ſterilitatem ſale diſſeminatum.

Ad cæteras calamitates illa quoq; Mediolanenſibus eſt adiuncta, quam ipſi omnium grauiſsimam iudicarunt, quòd veneranda trium Magorum corpora, magna religione ab eis culta, Rinaldus Colonienſis Archiepiſcopus vrbe extraxit, eaq; Italia cedens Coloniam transportauit. Cæterùm octennio pòſt, cùm ob præfectorum Cæſareorum tyrannidem ab Imper. Lombardi defeciſſent, ciuitas reædificari cœpta eſt, multoq; amplior & auguſtior. Sigon.

Reliquiarum deportatio.

Mediolani reſtauratio.

Franciſcus Sforcia Mediolanenſium dux, cùm adhortarétur eum familiares, vt Guelfam factio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

factionem omninò tolleret, quæ illi eiusq; imperio infeſta imprimis eſſet: Pudeat, inquit, vos, me Principem Mediolanenſem totius populi conſenſu recens creatum, ad alterius partis internecionem adhortari, quæ hunc principatum volens mihi tradiderit. Aſpicite canos in capite meo capillos, & nigreſcentes ex alia parte. Quos præferam, vt alteri alteris non inuideant. Et certè vt me eorum non pudet, ſic patiamini quæſo, Guelfos & Gibellinos ęquo iure, ſub me Principe agere, qui pudorem verecundiamque ſemel animo cœptam hanc exuere animo non poſsim, nec debeam: ſi modò vos me eum Principem eſſe velitis, quem ab initio tanto ſtudio elegiſtis. Egnat. lib. 4. Cap. 5.

Prudens Sfortiæ reſponſum.

Ab Othone I. Imp. in Italia poſt Pontificem trium antiſtitum ſumma fuit autoritas, Aquileienſis, Rauennatis & Mediolanenſis. Verùm imperij ac regni Italici ſede poſt remotos Exarchos de Rauenna ſublata, ac Mediolanũ traducta, quantum de Rauennate auctoritatis detractum eſt, tantum Mediolanenſi adiunctum. Huius autem ſpecies erat magna, ſed potentia maior. Maieſtatem autem afferebant homines variæ dignitatis ei aſsiſtentes: nempe ſuffraganei duodeuiginti, archipresbyteri duo, primicerij totidem, prępoſitus, archidiaconus, duo & viginti Cardinales ordinarij, duodecim canonici, Decumani vocati, ſecundicerius, clauicularij quatuor, terminarij decem, notarij quatuor, totidem magiſtri literarum, octo pueri, to-

Mediolanenſis Pręſulis authoritas.

D Ambroſij Schola. tidemq; viri, ac feminæ ſenes, quam D. Ambroſij ſcholam vocabant, & Ceimiliarcha cum cuſtodibus ſexdecim. Animos verò faciebat, quod cum Archiepiſcopus à regibus ipſis inſtitueretur, ac reges ipſe contrà conſecraret, atq; ad accipiendum imperium præpararet, maximis ab ijs erat priuilegijs decoratus. Itaq; ſæpè ſe à Pontificis obedientia ſubtraxit, cum plurimis Epiſcopis, capitaneis & valuaſoribus imperaret, ac regum ſtudia coronæ delatæ beneficio deuincta teneret. Qua verò in vrbe Mediolani autoritate Archiepiſcopus erat, eadem fermè in ſua quiſque ciuitate epiſcopus vtebatur, cùm & ab rege ipſo conſtituti, & ampliſſimis præterea beneficijs ac regalibus eſſent ornati. Sigon. lib. 7. regni Ital.

Arnulphus Mediolanenſis archiepiſcopus, indignè ferens, mortuo Othone III. Ardoinum Eporædiæ Marchionem Papiæ ſe inconſultò Regem Italiæ dictum eſſe, epiſcoporum abbatumq; concilium Laude conuocat, atque frequenti concione antiquum decretũ *diui* Gregorij pontificis recitat: in quo diſertè ſcriptum ſit, vt vacante Italiæ regno Archiepiſcopus Mediolani intra dies quatuordecim ſuffraganeos ſuos aduocet, atq; ex illorum ſententia regem Italiæ creet. Inde in Ardoinum conuerſus, neq; rectè, neq; ordine feciſſe illum oſtendit, qui ſe inſcio conuentum principum aduocarit, ad eosq; de rege creando retulerit, ac lectus denique contra omnia vetuſtatis exempla ab alio

Archiepiſcopus Mediolanenſis Italiæ Regem coronat.

quàm

quàm à ſeipſo regium diadema ſuſceperit. Itaque Ardoinum regem, vitio factum pronunciauit, atque Henricum II. Bauariæ Ducem, à Germanis proceribus regem Germaniæ ſubrogatum, regem Italiæ deſtinauit. Cæterùm cùm domeſticis bellis Henricus diſtraheretur, vix nouennio pòſt ab eodem euocatus, victo Adoino, rex creatur. Poſt diſceſſum Henrici, cùm Ardoinus animos reciperet, Arnulfus exercitu Haſtam obſedit & occupauit, Ardoinum præ mœrore monachum induere compulit. Sigon.

Galeacius ſecundus Vicecomes, ſumptuoſo ædificandi ſtudio, magnificisq; operibus Romanæ potentiæ monumenta luculenter imitatus, Mediolani Arcem Portæ Iouis mira celeritate conſtruxit, quùm antea è regione templi maximi, anteriorem curiam vaſtis porticibus atque cœnaculis & media latiſsima area, ad equeſtres ludos admirandam Actianis ædibus adiunxiſſet. Arx demum in ſupercilio decliuis vrbis ad boream extructa condecoratáque eximijs picturis, ita ſpectantium oculos ad admirationem conuertit, vt Franſciſcus Petrarcha nihil adulatus, Galeacium, eo incomparabili ædificio, quùm cæteris operibus maximos Europæ reges anteiret, ſeipſum ſuperaſſe perſcripſerit. Spacium enim quadratæ formæ ducẽtorum ferè ſtadiorum perpetuo muro circumplexus oportunum, ad omne genus venationis addiderat, fundis nonnunquam antiquis

Arx Mediolanenſis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

poſſeſſoribus iniquo precio ademptis, vſq; adeò impotenter, vt Bartolus è Xyſta familia, quum paterno agro pelleretur, iniuriam fruſtra deprecatus, equitanti Galeacio ventré cultello perfoderit, leui quidem inflicto vulnere, quod magno caſu in ipſam balthei fibulam cuſpis incidiſſet. Iou.

Friderico Rege Germanorum Conſtantiæ ius dicente, duo humili loco, atq; obſcura conditione homines vltro acceſſerunt, ac fœdo miſerabiliq; habitu ſumto, & crucibus ſupplicantium more prętentis, ad tribunal eius in die Cinerum adierunt. Quærenti quinā eſſent, quidue peterent: ſe Laudenſes eſſe dixerunt, ob id ad eum profectos, vt patriæ ſuæ calamitates exponerent, quas ipſa ſub impotenti, & ſuperbo Mediolanenſium imperio, per annos amplius XL. perferret: non diffidere, vt ille cognouerit, quin pro ſua in omnes æquitate atque iuſticia ruenti amicæ vrbi præſens auxilium afferat. Iuſsi cætera exſequi, omnia Laudenſium, quibus à Mediolanenſibus affecti fuiſſent, detrimēta narrarunt. Quibus acceptis, Fridericus haut mediocriter pro re commotus, bonum eos habere animum iuſsit, nam ſe propediem maturum auxilium allaturum; ac continuò litteris ad Conſules Mediolanenſium datis, vt à Laudenſium Comenſiumq; abſtinerent iniurijs, imperauit. Laudenſes clauem aureā per Guilhelmum Marchionem Montisferrati miſerunt, hautquaquam ſimulatæ deditionis argumento futu-

Laudenſiū contra Mediolanenſes querelæ.

futuram. Quin etiam ipſe Marchio ac Legati Papienſium ad Fridericum profecti, eadem de intolleranda Mediolanenſium inſolentia, & non dubijs eorum ad Lombardię occupandum Imperium conatibus retulerunt. Quæ quanquam Friderico grauia, neq; vllo modo ferenda ſunt viſa, tamen in præſens ſe contemnere ſimulauit. Nam Mediolanenſes, his rebus compertis, territi, craterem aureum cum ingenti pecuniæ ſumma miſerunt, ac ſe ad redimendam eius gratiam, vltrò coronam ei tradituros promiſerunt: cuius parandæ cauſſa reliqua ille omnia ſibi poſthabenda exiſtimabat. Sigonius. Papienſiũ querelæ.

Friderico I. Imp. Mediolanum obſidēte, Mediolanenſis quidam, inſcitia equitandi Germanis obiecta, fortiſsimum quenq; ſingulari certamine prouocauit: cœpitq; edoctum egregiè equum modò impetu vehementi propellere, modò adductis habenis in gyrum reflectere, mox varios perplexoſq; per anfractus diſcurrere. Cùm diu impunè inſultaſſet, & alij alijs de cauſsis, ſiue timore, ſiue conſilio, certamen eiuſmodi abnuerēt: Albertus Tirolenſis inermis & Palefrido inſidens, ſolo clypeo & haſta munitus obuiā prodijt, ac Mediolanenſem inſolētius ſe iactantē haſta propulsũ equo deiecit. Sig. Duellum Mediolanenſis & Germani.

Idem Fridericus I. Imp. Mediolanum obſidens, Anno Sal. 1161. ſi quos ad leuandam obſidionem oppoſitum inferentes deprehendiſſet, eos præciſis manibus, aut effoſsis oculis, aut truncatis naribus domum dimiſit; vt tali fœdi- Friderici I. Imp. in Mediolanenſes crudelitas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

tate ſupplicij ab eiuſmodi conatu reliquos abſterreret: aut imbribus diu noctuq; obiectos, ac frigore maceratos, ad paciſcendam quantumcunq; pro redemtione pecuniam compulit. Sig.

Subactis à Friderico I. Imper. Mediolanenſibus, Regi Bohemorum Vladislao, cuius interceſsione clementiorem experti erant victorē, Mediolanenſes dono dederunt Candelabrum Æneum, quod Salomonis fuiſſe dicebatur, cum decem millibus aureorum, quod ille Pragam ad D. Vitum deuehendum curauit.

Candelabrum Hieroſolymitanum.

Maxima Mediolani vectigalia.

Philippo Vicecomite à Venetis Fr. Carmaniolæ ductu victo, & ad pacem inclinante, Mediolanenſes promisêre, Si vrbis vectigalia ciuibus exigenda permitterentur; daturos ſeſe, quoad debellatum eſſet, equitum decē millia, ac totidem peditum. Philippus id conceſſurus fuerat, niſi formidoloſū natura Principē ex aulicis quidā admonuiſſet: videret ipſe quid ageret: nil aliud fore, vectigalia vrbiū permittere, quàm ad libertatē illis gradum facere: Sanè periculoſum eſſe, cum duobus liberis populis, Venetis & Florentinis, atq; eiſdem potentiſsimis, bellum gerere, ac ſuos libertate, qua nihil dulcius mortalibus eſſe ſoleat, imbuere. Ceſsit ergo eiuſmodi monitionib. Philippus. Sabell.

Antonius Leua à Carolo V. Cęſare Mediolano pręfectus, à Gallis, Venetis & Sforcianis, in magnas difficultates rei numariæ redactus, vt militi neceſſaria perſoluto ſtipendio pręſtaret, vectigal excogitauit Mediolani, quo omniū pecunias abrade-

abraderet, & ſingularum familiarum fortunas euerteret: Seuero namq; edicto vir imperioſus & ſæuus, à quoquam ciue panem coqui vetuerat, cùm venalis tantùm ederetur, conſtitutis etiã monopolijs tabernis, vnde eſurientes magno pretio panem coëmerent, tanta edicti atrocitate, vt plerique inopes laquei metu fame paſſim interirent. Molendi vtiq; tritici, percoquendiq; panis vetantes leges, pauidum vulgus perhorrebat, ita vt Antonius clariſsimam paulo ante, atque opulentiſsimam Italiæ ciuitatem, importato ingenti luctu, longè omnium miſerrimam redderet. Tanta ſcilicet acerbitate atque ſæuitia crudeliſsimæ legis authoritatem tuebatur, vt vel ab egentibus mulierculis, quæ deſiderio panis ſubcinericias conficerent offulas, & in Sartagine placentas oleo ſuffrixiſſent, contuſoque in pila tritico farinam exprimere conarentur, prægraues pœnas exigeret: ſic vt non infacetè, quanquam amariſsimè, Marc. Ant. Canicula, Quæſtorij ordinis ciuis, in corona diceret, Peramplam, vti reor, ciuis hic noſter Antonius à Cæſare gratiã procul dubio referet, quando ei ſupra tot clara cognomina ſummæ maieſtatis, nouæ nobilitatis ergo, Furnarij titulum adiecerit. Nam & tabernæ furnariæ, & venales panes Cæſareæ Aquilæ nota ſignati, vulgò Imperiales vocabantur. Verùm neque Ant. Leua, neque Cæſar ipſe ab ea execrabili diuinarum atque humanarum rerum labe, fideliumq; Inſubrum miſerijs, vllam omnino infamiam ad ſe

Crudelis extorquendæ pecuniæ inuentio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

redituram putabant, modò opes ſuas aduerſus conſpirantium hoſtium potentiam confirmarent. Iouius.

BERGOMVM.

VRbs vetuſta à Gallis ſimul cum Mediolano, & Brixia, & Verona, eodem tempore, ſicut Pomp. Trogus dicit, ædificata.

Bartholomæus Coloneus Bergomenſis, Venetorum Polemarchus, cui pro Republica bene geſta vt Imperatori, ſtatuam auream erexerunt, Venetos coarguiſſe dicitur, quòd ſe ipſos, Rémque publicam homini peregrino non ſatis prudenter credidiſſent. Nam Corinthus non alia de cauſſa in Tyrannidem incidit, quàm quòd Timophanem imperatorem peregrinum euocaſſet. Similiter Britanni ab Anglis, Hiſpani à Mauris, Græci à Turcis, quos ad præſidium euocarant, de imperio deiecti fuêre. Bodin.

Quibus Reſpub. cōmittenda.

Scripſit hic Coloneus Senatum Venetum, hæredem ſuum. Cùm eius equeſtris ſtatua ex ære deaurata, in area S.S. Ioannis & Pauli, à Patribus collocaretur, inuidi patriam ei exprobrantes, nocte quadam ſcopam manibus, & collo ſaccum applicarunt, quæ baiulorum ſymbola ſunt, quorum Bergomenſis ager feraciſsimus eſt. Bernhard. Corius in Hiſtor. Mediolan.

Inuidia virtutis comes.

Marcus Iuſtinianus Bergomū Philippo Mediolanenſium Duci extortum, Reipub. Venetæ peperit, & Prætor deſignatus eſt. Dicere ſolitus erat Philippus, *plus negotij ſibi ex lanea Marci Iuſtiniani*

Bergomū à Venetis Mediolanenſibus eripitur.

niani veſte exhiberi, quàm ex ducentis cataphractis Venetis capere quotidie ſoleret. Egnat.

Miſericordiæ loca plurima, ad eleemoſynas clam & apertè pauperibus erogandas, in vrbe & extrà inſtituêre Bergoméſes ciues, circa ann. Domini 1135. quæ in hunc vſque diem adeò excreuerunt, vt in orbe Chriſtiano locus aliquis huic ſimilis vix inueniatur. *Bergomẽſium beneficentia.*

Bergomenſes & Brixiani allium, cuius apud eorum plebem frequens eſt vſus, quo ſcindas modo, plurimum à ratione partium exiſtimant intereſſe. Auditumque aliquando eſt, fuiſſe in Bergomenſium montibus, qui aduenas ex Calabris Apulisúe aut Hetruſcis viatores hoſpitio receptos, allium, quod ſuo ipſius hoſpitis iudicio in ſpicas natura diſtinctas diuidi oportuit, gladio ſcindentes, tanquam diuerſarum partium aut factionum, quibus tum temporis Italia diſtrahebatur, interfecerint. Crantzius. *Bergomẽſium ſuperſtitio in ſcindendo allio.*

Bergomi in æde D. Alexandri, monumentum memorabile exſtat:

P. MARIO VOT. LVPERCIANO EQ. R. Q. PVB. OMN. HONOR. MVNICIPAL. ADEPT. IVDICI. DE. SELECT. SACER. CÆNINEN. COLL. FABR. CENT. DEND. M. G. PATRON. CVIVS EXIMIA. LIBERALITAS. POST. MVLTAS. LARGITIONES. HVC. VSQVE. ENITVIT, VT. LVCAR. IIIIII. REDEMTVM A REPVB. SVA. VNIVERSIS. CIVIBVS-SVIS. IN. PERPETVVM. REMITTERET. HVIVS. TOT, ET TAM. INGENTES. MERITA. ITA REMVNERANDA. *Vetus monumentũ.*

CEN-

CENSVERVNT, VT. EFFIGIEM. IIIV. PERPETVA. VENERATIONE CELEBRARENT. L. D. D. D.

COMVM.

VRbs antiquiſsimæ originis, Plinij & Cæcilij Poëtæ Patria, ad Lacum Larium poſita ſolo fertiliſsimo. In lacus huius Inſula, quæ Comantina vocatur, Francilio Dux Romanus, & poſtea aliquot Gothorum & Longobardorum reges multas conſeruarunt diuitias.

Hypomnemata.

Vandeneſius à Piſcario fraudulenter decipitur.

Gallicus dux Vandeneſius, Comi à Caroli V. Cæſaris copijs obſeſſus, conſumto omni puluere, & deſperatis auxilijs, Piſcario deditionem facit, ijs legibus, vt ipſe incolumis cum equitatu, totoque reliquo præſidio, impedimentisque ex vexillis ad Lotrechij Gallicarum copiarum Imp. caſtra deducatur, & nulla Comenſibus inferatur iniuria.

Accipit læto animo condicionem Piſcarius, ſolemnes tabulæ conficiuntur: ipſe Vandeneſius armatus ex muro deſcendit, & claues portarum vrbis de manu, ſpectante exercitu, Piſcario tradit. Eo modo compoſitis rebus, Ioan. Dorbinus Caſtrorum Magiſter, perrupti muri cuſtodiæ imponitur, vt Hiſpanos ab ingreſſu vrbis arceat. Comenſes ſoluti metu ſpectatum in caſtra exeunt, iurant in verba Piſcarij, & fœderatorum nomine ſacramento adiguntur. Erant deniq; omnia, quòd Gallos externos grauesq; domi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

dominos expuliſſent, plena gratulationis atque lætitiæ. Sed dum Galli, collectis ſarcinis, profectioni ſeſe accingunt, paſsim totis caſtris Hiſpani prædæ auidi repentè arma capiunt, eo ſpectante, per transuerſum murum qui intercedebat, vſque adeò anguſtum, vt ſinguli tantùm tranſirent, foſſam ſuperant, & per ruinas eniuntur. Ioan. Dorbinus, & Vargos ſignifer, qui erant cum cohorte in ſummo muro cuſtodiæ præpoſiti, non modò reptantes & ſcandentes non arcent, haſtisúe retrudunt, ſed eos porrectis dextris excipiunt, & alacriter introducunt. Ita incredibili celeritate, ſi loci difficultatem reputemus, Hiſpani omnes ac demum ipſi Germani in vrbem irruperunt. Vrbs tota miſerabili condicione eſt direpta: Patritij plerique ætate prægrandes vt maiore pecunia ſalutem redimerent, vulnerati, alij occiſi, tanta crudelitate, & rapiendi auiditate, vt nunquam impudentiùs vel atrociùs, ſi violatam fidem publicam ſpectes, vrbs vlla direpta fuiſſe videatur. Vnum Piſcarius, qui cum Vaſtio fratre ſatis maturè irruperat, diligenter cauit, vt Vandeneſium & Gallos ſeruaret inuiolatos, quibus equos, arma, veſtem vti potuit, ſeuera facta conquiſitione, reſtituit. Sed Vandeneſius vbi ad caſtra Gallica fuit deductus, eam contumeliam iracundo ingenio minimè ferens, per præconem miſsis & evulgatis epiſtolis, Piſcarium ad ſingulare certamen prouocauit, tanquam priuatæ publicæq; fidei violatori, quòd ſe & Gallos omnibus

Hiſpanorũ perfidia.

Hiſpanorũ in ſpoliandis vrbibus promptitudo & crudelitas.

vexatos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

vexatos iniurijs fœdè violari, & vrbem ſolemni deditam pactione, non militum, ſed latronum more, impunè diripi permiſiſſet. Iouius.

DE VALLE TELINA.

IVuat etiam aliquid de Valle Telina adſcribere, præſertim cùm illa nouis his ſuis cladibus nunc plurium, proh dolor, in ore verſetur.

Tradunt, Vallem hanc à Tyrrhenis Hetruſcis habitatam, Vulturenæ nomen accepiſſe.

Rhætis ſubalpinis tandem ſubiecta, cùm illi fines ſuos Comum & Tridentũ verſus dilatarét.

Multa ab irrumpentibus Barbaris & Allemannis perpeſſa, nec à Gothorum aut Longobardorum furore libera fuit. Vexata quoque Guelforum & Gibellinorum factionibus; tandum Vicecomites & Sfortianos agnouit.

Anno 1404. Barnabæ Vicecomitis filius Maſtinus, quòd Curiæ Rhetorum in exilio humaniter ab Epiſcopo Hartmanno fuiſſet ſuſceptus, Eccleſiæ Beatæ Virginis Curiæ, Vallem Telinam, Commune de Bormio, Commune de Peſclauio, caſtrum, oppidum & Vallem Clauennæ & Plurij, cum omnibus ſuis hominibus, rebus, dominijs & iuribus, gratitudinis ergo donauit.

Vallis Telina Rhætis datur.

Anno Sal. 1516. Friburgi Auenticorũ 29. Nouemb. pax perpetua inter Galliæ Regem, Heluetios, & Rhætos, initur. Rex, Heluetijs ſuas præfecturas cis montes: Rhætis Vulturenam, Comitatum Clauennæ, & Bormium liberè poſſidenda dimittit.

Longi-

Longitudo eius eſt 60. milliarium Italicorum, quæ decem Germanica efficiunt: Latitudo incerta eſt. Valis Telinæ longitudo.

Vt ſolum fœcundum & diues, ſic populoſa & pulcris oppidis repleta Vallis eſt, vt quæ cum Clauennenſi Comitatu centũ faciat Parochias.

Magna Nobilium frequentia, qui armis & litteris etiam primarijs Italiæ, vnde pleriq; primam trahunt originem, non immeritò comparari poſſunt. Nobilitas.

Primaria oppida ſunt Tiranum, Tilium, Sondrium, Morbennium, Trahona, & Bormium.

Clauenna à Claue nomen habet, per caſtrum enim Clauennæ, tanquam per clauem, exteris populis tranſitus in Italiã olim præcludebatur.

Plurium à plorando dictum, quondam magna aquarum & ſaxorum ruina oppreſſum dicitur, & proinde in alium locum, vbi caſtrum Bellofortum ſitum erat, translatum. ante paucos annos, non ſine malo præſentis miſeriæ omine, cùm populoſum, & ædificijs perquàm magnificis excultum eſſet, partim terra abſorptum, partim vicini montis ruina, vno momento ſepultum. Plurium oppidum. Ann. 1618.

Galeacius Capella de bello Muſsiano: Iacobus Mediceus iam dudum animo agitabat, quomodo Vulturenam Vallem, armentis vinoque ditiſsimam, in poteſtatẽ redigeret: quod quando in expeditione Clauennæ parum ſucceſſerat (quoniam Cęſariani debellato & capto apud Ticinum Gallorum Rege, noluerũt bellum per ipſum Hiſpanienſium de occupãda Valle Telina conſilium.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ipſum inchoatum aduerſus Rhætos perſequi) nunc adiunctis ad eos, quos antea diuerſis in locis delegerat, noningentis lectiſsimis peditibus (tot enim erant Hiſpani, qui præſidio arcis Mediolanenſis & Comi impoſiti erant) & tribus millibus Germanorum, quos Pandulfus Sitticus, ipſius ſororius, vir opibus & gratia apud Ferdinandum Rom. Regem pollens, mittere in auxilium promiſerat, ſperabat eam vallem, antequam quiſquam ſuppetias ferre poſſet, percurrere; oppida & villas diripere, è captiuis ingentem auri ſummam extorquere; poſtremò quoddam ex oppidis eius vallis, quod magis idoneum videretur, vallo & foſſa ſtatim munire, præſidioque firmare; ita vt ſi Rhæti tantum in numerum veniſſent, quibus ipſe patenti acie par non eſſet: ij quos introduxiſſet, munitionibus tuti eſſe poſſent. Atque ita vbi hoſtes pecuniæ, aut commeatus inopia in bello perſeuerare (quod breui fore ſperabat) nequiuiſſent, ipſe denuo villas & oppida circumiacentia inuaderet, & tardem ſine vi, ſiue belli tædio totam vallem victor poſsideret.

Medicæi de inuadenda Valle Telina propoſitum.

CLAVENNÆ & RHÆTIÆ DESCRIPTIO.

CLauenna in reducta & patente valle ſita, radicibus montium, qua Sol oritur adiacet, & quadrato murorum cinctu munitur. A' capite lacus decem millibus paſſuum remota, Meram amnem, variâ fontium riuorumq; ſcatebrâ collectum,

lectum, latere vno excipit, & amœno anfractu in Larium emittit. Arx gemina, in tutelam velut oppidi, proximam modico interuallo rupem occupabat: altera ſublimis, & ſupra vim omnem repentinam poſita, faſtigium extulerat; nec adiri, niſi anguſto & vtrimque exciſo centum quinquaginta graduum aſſcenſu poterat: altera inanis, & propè otioſa, ad radicem montis velut procumbens, continuo muro ambulacrum in turrim oppidi peruium ſuſpendebat. Vt ſpatium loci æſtimares, veteris ſtructuræ, ruinas robuſto adhuc ambitu mœnium complectebatur, viam in crepidinem præbens. Inſubrum olim hoc opus fuit, & dignus caſtello mons, qui intra fauces ſuas niuesque Rhætos coërceret.

Sed tam vicinum limitem ferre gens Alpina non potuit; quia libera, indoleque ferox, iugum putauit, quidquid ante oculos vrgeret. adeò verum eſt, exaſperari populorum animos, ſi conſtringi metuant. Quæcunque homines terra dedit, mater eſt; omnibusq; Patriæ affectum natura indidit. *Rhetorũ in patriam amor.*

Sed nulla gens maiori contentione delicias, & fertiliſsimi ſoli glebas, quàm iſta cautes & ſterilia ſaxa propugnauit. Non loco, ſed ingenio libertatem Rhæti mentiuntur, & aſpernati locorũ ſquallorem anguſtiàsq; incipiunt, quoties claudi. Si rectè tamen naturæ dotes arbitreris, etiam rigentibus vallium campis, aſperrimisq; montium iugis ſua amœnitas eſt: *Rhætiæ deſcriptio.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

in ipſo horrore inuenias quod placet. Vbi cunčta deeſſe cenſeas, maxima varietas eſt. Æternum alibi niuium onus vertices ſuſtinent; alibi vernaculum candorem frondoſa diſtinguunt iuga. Iam caluities rupium ſummâ æſtate, canities adultâ hyeme, venerandam ſenij quandam dignitatem repræſentant. Altiſsimis deinde ſcopulis cadentes, & eliſæ in ſpumam aquæ, cum ſtrepitu ruunt, & impactæ ſaxis velut irritamentis incitatæ, rurſus ſubſiliunt, donec leniori paullatim alueo receptæ, iniuriam vincunt loci, coloremque, poſitâ violentiâ, vindicant, & in limpidiſsimos riuos effunduntur.

Fontes & riui.

Rupes & montes.

Surgunt hinc inde marmoreę montium moles, murorum turriumque velut imagines, & ſtructuræ quædam miracula mentiuntur. In vallibus ſparſæ villæ, & optimæ alibi glebæ; in ſterilitate fertilitas, in horrore amœnitas, in ſolitudine frequentia. oculorum delicias hîc pictura inuenit, & omnem tamen artificis induſtriam natura vincit. Iam rupium fauces, callium anfractus, fontium ſcaturigines, torrentium nunc impetus, nunc ignauia, pontiũ fornices, lacuum æquora, pratorum colores, arborum proceritas, denique noua vbique telluris cœlique facies ſpectantium rapit oculos & moratur.

Incolarum generoſitas.

Accedit itinerum ſecuritas; vt tota prouinciâ, tanquam vnâ in vrbe peregrineris. Vt ſcias deorum hîc quoque Penatum religionem eſſe; pro Patria, quoties incurrit hoſtis, pugnatur:

& ſoli

& ſoli pretium æſtimari; inueniat miles, quod ferro & igni vaſtet. Etiam in abdita & concluſa excelſiſsimis montibus loca aurum congeſſit auaritia, tanquam ſecurius poſſeſſura. Nulli prorſus ſinè opibus mortales agunt; & ne hoſtis deſit, cumulant omnes quod ad rapinam auaros animos accendat.

Diuitijs florere Rhætos, virtus & vetuſtas indicant, & libertas ab origine gentis adhuc ſuperſtes. Fuimus Troes.

Atque vt veterem rerum memoriam reuoluam, Victi olim, non domiti à Romanis, ſudore & ſanguine vires atque fortunas inſtaurarunt: ſtrenui quidem, quod rapere ab hoſtibus manubias potuêre; opulenti, quòd amittere. Ergo quorum animi omni bello maiores erant, concludi poſtea libertas non potuit: etiam Inſubribus reſtiterunt: & ne prouinciæ limitem ſuo arbitrio hoſtis tam vicinus figeret, ſtructam & obiectam ſibi à Mediolanenſibus arcem Maximiliano Sfortiæ ademerunt. Omninò quaſi ſitu loci & opportunitas cogeret, produxêre terminos; cùm ab vna hac arce aut timere Rhæti poſſent, aut timeri; tuti ac ſecuri ſuo præſidio, hoſtili & alieno obſeſsi.

Quid non auri fames?

Non auaritiæ, ſed pijs maiorũ inſiſtendum veſtigijs.

Sed Medicæus, vt vniuerſam regionem concuteret, arcem petere inſidijs ſtatuit. Cohortes in promtu erant, conſilia in expenſo, quibus, ſi fortuna faueret, nomen & potentia creſcerent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Selecti è toto numero nouendecim, fide & robore præſtantiſsimi; & his ductor, inuictâ indole iuuenis, origine Rhætus, nomine Riccius, rerum & locorum gnarus, quem peculiari affectu Mediceus pridem ſibi iunxerat, magnis aptum rebus, & perenni dignum famâ, niſi Patriæ charitatem ciuis violâſſet.

Iuuenis Rhætus patriæ ſuæ proditor.

Gentis ſuæ oblitus, ſtrenui laudem quàm boni maluit; & nullum ſoli natalis beneficium cenſuit, modò militem ſe præſtaret. In damnum popularium fortis, hanc tamen veniam impetrat, quòd Medicæo obſequutus. Summa hyems erat, & cœli rigore aſpera omnia atque concreta gelu, cùm paullò antè continuis imbribus Mera auctus, curſuque violentus, præcipiti impetu murum iuxta turrim ſtrauerat, quæ ex vrbe in arcem clauſâ ac ſuſpensâ via tranſitum pandebat. Riccius explorato in anteceſſum ſitu, noctu cum ſuis ad oppidum venit, & vadato amne, qui nullâ aut tenui adhuc glacie ſternebatur, ſummo cum ſilentio per murorum hiatum ſcandens ambulacrum, in arcem inferiorem euadit. Ruinas igitur milites ſubiêre, vt & in occulto, & extra iniuriam rigentis cœli laterent: ſed quia madidi, aſperrimo per quietem frigore vexati, ærumnoſam & felici dignâ luce exantlabant noctem. Summa cõſilij erat, aut in arcem erumpere, aut Præfectum capere & deditionem extorquere. Summo manè è rupe deſcendens ſatelles, clauiumq; faſcem baiulans, per aream & Hyperum ad oppidum

Contra naturam ſuæ obliuiſci gentis.

Proditoris diligentia.

pidum pergit, vt iuſſu Præfecti, & ex more portas reſeraret.

Riccius ad omnia intentus, quia ſuperiorem arcis aditum animaduertit non ſinè cuſtodia eſſe, & ex re ſua putaret oppidum aperiri, ſuos continuit. Suſpicari etiam cœpit, eâ nocte Præfectum in oppido cubâſſe. Ergo ſinè obſtaculo ſatelles tranſit, munere ſuo fungitur; & mox Rhætis nonnullis comitatus redit, qui ſalutatum Præfectum venerant, officij quoque cauſsâ deducturi. Fabulis intenti, incautè incedebant, cumque iam proximi ruinis eſſent, è latebra Medicæani ſtrictis pugionibus exſiliunt, Præfectum rati adeſſe. Errore deprehenſo, facinus tamen peragunt; manus & mox vincla non repugnantibus indunt. Ac ſilentium quidem primùm ſtupor, deinde vìs imperauit. Ne carcer deeſſet, ijſdem ruinis & capti & liberi latebant. Præfectus, ignarus eorum quæ acciderant, etſi accuſare moram famuli poterat, vltrà inueſtigare deſiit, à ſuſpicione infortunij alienus. Nam quod periculum, vbi hoſtis non erat? Finibus tuti, in Italiam & bellum & ſimul metum Rhæti effuderant. Ex arce igitur ipſe Præfectus deſcendit: iturus ad oppidum, filium adhuc puerum ducit, quem ſatelles ſequebatur. Dies ſolennis erat, & partim animi, partim rei diuinæ cauſsâ maturius ibant. Quis vbique fortunæ ludus! Inferioris adhuc caſtelli mœnibus ſepti, & tamen hoſtili impetu repentè obruti, ſcire non poterant, in quorum

Clauenna proditione occupatur.

Speculum, in quo nos cōtemplemur oportet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

venirent poteſtatem. Riccius ſinè mora Præfectum captans, infeſto iugulum gladio petijt; &, *Iſtud*, inquit, *tibi nunc ferrum fatale vibro, niſi præſentem mortem caſtello redimas: periiſti, niſi confeſtim fortunam agnoſcis, aditumq; pandis. Quid cunctaris? hoſtis, & armatus adſum; crudelis quoque, niſi vitam æſtimas. Iterum, quid cunctaris? aut anima, aut Præfectura ponenda eſt: tu elige: nobis quod audaciâ tentatum eſt, vis perficiet.* Sed temnente minas Præfecto, qui mortem honeſtam turpi vitâ potiorem duceret, magis vrgere Riccius cœpit, & furoris perſonâ vultum induens, *Vincet*, inquit, *ſæuitia pertinaciam; ſed vos commilitones, ferrum vnà ſtringite, vnà ferite; vt omnium cadat manibus, qui cunctos ſpernit. Non ſatis vnum vulnus, nec mors vna ſatis, toties modò perire poßit, quoties cædi.* Sic ille, cui parcere ſtatuerat, minas & arma intentabat. Ductis igitur ſub ipſa arcis mœnia captiuis, cùm fictâ crudelitatis ſcenâ, lanienam Medicæani adornarent, ingenti armorum ſtrepitu Præfecti familiam conterruêre. Vxor è murorum pinnis diſpiciens, cùm ſubiectum mucronibus minantium chariſsimum videret maritum, triſti eiulatu lacrymiſque manantibus deprecari vim cœpit: *Crudele inhiberent ferrum, non vnius cæde duos perimerent: ſuam in mariti corpore animam viuere; ſe tum maximè haurire vulnera, cùm ſpectaret: nec lædi virum poſſe, niſi vt in mulierem ſæui eſſent. Si latrones veniſſent, prædam ſpectarent, non ſanguinem: ſin milites, annis captiui parcerent, lytro contenti.* Vocem contrà Riccius tollens, *Milites*, inquit,

Vxoris in maritum pietas.

quit, *ſumus, non latrones: ſed vis & crudelitas in ho-ſtem permiſſa. Arcem poſcimus: tu vide, pluris maritum, an domicilium facias. Quod iſte negat, tu præſta: vnâ hac rupe amores tuos redimas. Id vnum captiui pretium eſt.* Sed Præfectus generoſum promens animum, vxorem ad conſtantiam hortatur: *Negligeret maritum, quem ſinè ſcelere ſeruare non poſſet; imò quem ſeruatum iret, vt occideret. Vincula, mortem, æternumq́; à Patria ſibi probrum imminere, ſi arx dedatur: periturum ſe turpius, ſi vitam deberet latronibus, fide proiectâ. Mori in malis non eſſe, omnibus contingere, ſi pereundum, referre tamen quâ cauſſâ, aut culpâ; militis, an carnificis manu: ſe paratum, quamcunq; hoſtibus crudelitatem ſcelus dictaret, intrepidè excipere. proinde non vitam modò ſpectaret mariti, ſed famam; tueretur arcem, quâ ſaluâ, nihil amitteret.* Riccius, quia ex ſententia minæ non procederent, & cum periculo mora eſſet; acriùs vrgere cœpit, leuiterque, quem proximus impellebat miles, Præfecti filium vulnerans, hoc velut vltimo immanitatis ludibrio paternum maternumque affectum ſtimulauit: &, *Senties igitur*, inquit, *quâ mercede pertinaciam extollis: vt ſæpiùs occumbas, ſpectabis pater filij funus, priusquam moriaris, & vtrumq; occidet diuiſo nomine vxor materq́;, quia non ſeruabit.* Simul verò truces componens oculos, imbuendum innocenti ſanguine enſem ſuſtulit, tanquam percuſſurus. Non diutius naturæ ſtimulis repugnare Præfectus potuit. Victus & pallentis pueri diſcrimine, & mœſtiſsimæ coniugis planctu, arce ſalutem pactus eſt, & neceſsitatem æſtimauit.

Proditor & Aſſaſinus, non miles.

Præfecti generoſitas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Vt pius eſſet, peccare in patriam ſuſtinuit, difficiliusque in gemina ærumna patri fuit, ſpectare mortem filij, quàm occumbere.

BRIXIA.

ATila, exciſâ Aquileiâ, Patauium, Vincentiam, Mantuam, Brixiam, Bergomum, Cremonam, Ferrariam, vrbes munitas & opulentas vi cœpit, & in prędá conceſsit militum. Quibus tamen omnibus tum propter magnificentiam ædificiorum, tum amicorũ retentus precibus pepercit, ne igne abſumerentur. Vnicam Brixiam, ob vulnus in porta vrbis, dum arctius illi expugnandæ inſtaret, ſibi inflictũ, vnà cum ciuibus omnibus, eò incluſi, incendio funditùs delere decreuerat, ſed ab amicis ab eo quoque propoſito fuit reuocatus. Nic. Olahus.

Atila in vrbis porta vulneratur.

Mediolano à Friderico I. Imp. euerſo, Brixiani Legatos ad eum miſerunt, qui nudatos tenentes gladios pacem ſupplices peterent. Data eſt ea lege, vt muris deiectis, foſsisq; completis Præfectum à ſe acciperent, & certam pecuniæ ſummam perſoluerent, ac ſecum expeditionem Romanam Apulamq; ſuſciperent. Sigonius.

Digna eſt Brixia Ciſalpinæ Galliæ vrbs præcipua, quæ ſeruatæ fidei nomine multum laudis & gloriæ præter cæteras dotes mereatur. Nam cùm à Philippo Vicecomite Mediolanenſi Principe diutius obſideretur, fameque ac peſte intus etiam laboraretur, Prætore Franc. Barbaro & Præfecto Chriſtophoro Donato, conſtantiſsimè

Brixianorũ fidelitas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ſtantiſsimè ſeſe & vrbem tuentibus: tantùm abfuit vt de vrbe dedenda Brixienſes ipſi vnquam cogitarint, vt omnibus obſeſsi malis vrbem tamen tutati ſint, donec Cata Melita Imperator, cum ſumma rerum omnium difficultate obſidionem ſoluerit. Viſitur adhuc in aurea D. Marci æde oblatum vexillum à Brixienſibus tantæ fidei teſtimonium. Egnat. & Sabell.

Cùm Brixia Venetis parens, Vicecomitum armis graui obſidione teneretur, ventumq́; eſſet ad inopiam rerum omnium: Franſciſcus Barbarus præfectus vrbis, mulos harena onuſtos ſæpe in vrbem induxit, porta hoſtibus auerſa, vt ſpeciem multitudini exhiberet leuandæ famis nouo rei frumentariæ inuectu. Quæ ludificatio fecit, vt perſeueratum ſit in toleranda obſidione, quoad breui pòſt verum affuit à Venetis ſubſidium cum commeatu. Sab.

Ingenioſum ad cõſtantiam incentiuum.

Veneti mira arte huius obſidionis tempore, populum in officio continuêre. Inter alia, ſunt litteræ, tanquam ex caſtris hoſtium in vrbem miſſæ Sagittarum iactu, pro concione recitatæ, quibus monebatur ciuitas, caueret ne deditionem faceret, nec crederet Ducibus hoſtium, qui veniam promitterent: ſtatutum his eſſe, Brixia recepta, non ætati, non ſexui parcere, omnem promiſcuè multitudinem tollere, vrbem direptam & incenſam funditùs euertere. Sabell.

Venetorũ in retinendis Brixianis prudentia.

Guidonem Turrianum Proditorem Guel-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ſum Mediolano exegerat Henricus VII. Imp. Cui cùm fauerent Cremonenſes, Laudenſes & Cremenſes, miſsis clauibus Henrico, ſe & ſua Cæſari ſubiecerunt. Brixiani in rebellione cõtumaces perſeuerabãt: quos Theobaldus Bruſſatus, qui Spiræ militari Parazonio à Cęſare donatus, eius beneficio in patriam receptus erat ab exilio, ad defectionem ſolicitabat, in rebellioneq; detinebat. Longâ igitur obſidione Brixiam premens, fame, ferro flammisq; tandem perdomuit. Cùm autem Theobaldus in monte, qui Brixiæ imminet, cum paucis militibus quotidie Cæſaris caſtra ſpecularetur: tandem captâ rupe & obſeſsâ, milites occidũtur ac ſpoliãtur. Inter cadauera Theobaldus, qui ſe mortuum ſimulabat, vt hoſtium manus elaberetur, repertus, ad Cæſarem perducitur. Quem acerbiſsimis verbis vt proditorem inceſsit, illumq; diligentiſsimè curari iuſsit, ne morte ſuperueniente, ſupplicio eriperetur, ſed vt diutius affligeretur. Crudeliſsima dehinc eiúſdem audita ſunt flagitia: quæ in propinquos, in generum ſæuiſsimus latro patrauerat. Sed cùm octo diebus corpus eſſet firmatum medicinis (vulnus enim lethale habuit) equo alligatur perfidus, per exercitum raptatur, in quatuor dein partes diſſectus. Tum ex aduerſo vrbis, perticæ defixæ ſunt, in quarum faſtigio caput, pedes & manus deligantur. Brixiani etiam quatuor capti bobus alligati dilacerantur. Cuſpin.

Brixiani Cæſari rebelles.

Perfidi ſupplicium.

Brixiani ſexaginta milliâ aureorum Cæſari depen-

dependerunt, ſexagintaq; ciues nobiliores obſides, qui Romam vſq; officij gratia Regem proſequerentur. Cæſar muros ſubrui, & ad ſolum æquari iuſsit: ac demolita porta, vrbem poſt ſextum deditionis diem ingreſſus eſt. Idem.

Poſt victoriam Mediolanenſem Galli cũ Venetis Brixiam obſidebant, & cuniculis actis iam prope in vrbem penetrarant: cum miles quidam, vt linguam iactantiamq; Hiſpanorum, iniecta cuniculi ſuſpicione, reprimeret, Hiſpanicè locutus: *Commilitones*, inquit, *qui extremis etiam rebus veſtris tam ſecurè iocamini, cauete, ne à vobis contumeliarum rationem poſcamus, quum Gallina pede ſcalpere ac fodere humum aliquando deſierit.* Ex his verbis Hiſpani, hoſtem ſpecus cuniculoſque moliri, ab ſuæ gentis milite per luſum cautè ſibi ſignificari iudicarunt. Noc mora, alij paſsim omnibus ſilentibus ſtrati, vt terræ motum notarent, aurem ſolo applicabant: alij tympana militaria ſolo depoſita, ſi concuſſis leuiter membranis, vel tenuiſsimè perſonarent, contemplabantur: alij capaciſsimas pelues, vaſaq; ænea omnis generis aqua repleta, ſi tremulis motibus agitarentur, intentiſsima cura omnibus locis obſeruabant. Quibus argumentis ſubterranei operis motiones deprehenſæ, & multorum dierum labores contrarijs operibus diſsipati fuêre. Iouius.

Hiſpanorum prudentia.

Brixia à Gallis & Germanis capta 1512. Prælium à ſecunda diei hora vſq; ad veſperam protractũ: vrbs magna ex parte direpta fuit. Bemb. lib. 12.

MAN-

MANTVA.

VRbs vetuſtiſsima, ab Etruſcis condita, vna ex XII. Colonijs, quas trans Apenninum miſerunt.

Virgilius eius ciuis:

Mantua diues auis, ſed non genus omnibus vnum.

Liuius lib. 22. prodigia enumerans, quæ anno V. ſecundi belli Punici fuerunt, dicit: *Mantuæ ſtagnum effuſum Mintio amni cruentum viſum.*

Paſſa eſt Mantua olim calamitates maximas, præter illas quæ Virgiliano verſu ſunt notiſſimæ:

Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.

Mantuæ conditio. Nam ab Atila, Gothis, Longobardis, & Chachano Bauarorum Rege eam quandoque dirutam, quandoq; ſpoliatam, quandoq; mœnibus apertis immunitam fuiſſe relictam, in hiſtorijs inuenimus.

Carolus Caluus C. Magni f. Mantuæ veneno interijt, quod Iudæus Medicus pecunia corruptus dedit. Malè ſibi conſulere ſibi videntur qui Iudæorum, & Agyrtarum conſilio vti volunt.

Otho II. Imperator, Mantuam Tedaldo Comiti Canoſſæ cum omni ſua conceſsit iurisdictione.

Ecelinus Tyrannus Mantuæ aliquandiu fuit Dominus.

Circa ann. Sal. 1319. Gonzagæ tyrannos ex familia Bomaleozi, expulerunt.

Montis-

Montisferrati Marchionatus quoq; ab Othone II. Imp. fuit inſtitutus, vnus ex illis ſeptem quos inter Alerani Saxonis filios diſtribuit. Montisferrati Marchionatus.

Familia Palæologorum Montisferrati Marchionatum poſſederunt vſq; ad annũ Sal. 1534. quorum Ioan. Georgius vltimus Palæologorũ obijt; Tunc Carolus Quintus Ducem Mantuæ matrimonij beneficio legitimum hæredẽ Marchionatus illius declarauit, qui ann. Salut. 1575. à Maximiliano Imperatore in Ducatum fuit erectus, cùm Guilhelmus III. Dux Mantuæ primus Montisferrati Dux crearetur.

Circa ann. Sal. 1433. Ioan. Franciſcus Gonzaga à Sigiſmundo Imp. primus Mantuæ Dux fuit ſalutatus, & Aquilæ ac crucis purpureæ inſignibus donatus.

Mantuanus Ducatus poſt Florentinum, hodie Italiæ maximus eſt, vt qui ſexaginta circiter quinque vrbibus, & infinitis pagis dominetur, & ſingulis annis D. M. aureorum in reditibus colligat, quamuis ſubditos clementi, & paterno prorſus tractet animo.

VERONA.

M. Antonius Sabellicus Decad. ſecũdę lib. 8. Hiſtoriæ rerum Venetarum, de vrbe hac ita ſcribit:

Tam opulentæ Ciuitatis acceſsio, in ſpem maiorum rerum Venetorum animos erexit: fuitq; ea victoria tam grata patribus, quam ad eam diem vlla fuiſſet. Necimmeritò.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Eſt enim, vt pauca de ea dicam, inter cæteras Ciſalpinæ Galliæ vrbes, & celebritate nominis, & ſitus opportunitate VERONA maximè inſignis: eius conditores Gallos fuiſſe, tum ex eo ſuſpicari licet, quod illuſtriſsimæ quæquæ Ciſalpinæ Galliæ vrbes à Gallis conditæ creduntur: tum quia Pompeius Trogus illius originem ad eos Gallos, qui Brenno duce, in Italiam venerunt, referre mihi videtur. Si quicunq; mortales fuerint, qui prima loci mœnia poſuerunt, ideo viros ſummos fuiſſe credere par eſt, quia magnum & verè perſpicuum opus moliri ſunt adorti; ita vt cordati, & verè prudentes, non cæci, & quales Chalcedonis conditores ab Apolline olim iudicari poſsint. Nam præterquam quòd ager vrbi circumiectus, tritico, oleo, vino, pecoribus abundat: quod & nobiliſsimas habet lapidicinas, quòd flumina, quòd ſtagna, quòd lacus, in quibus eſt Benacus omnium, qui in Italia ſunt, amœniſsimus; quòd & aquarum ſalubrium plures habet ſcaturigines, quos balneorum vſum præſtitiſſe olim idcirco affirmare auſim, quia aquæ ipſæ calidæ ſunt: & quòd ad hunc diem veſtigia murorum quædam circa aquas cernuntur, quæ id quod vulgus tenet, manifeſtè arguunt. Quid ſitus ipſe? Nihil certè eo formoſius, nihil viſu ſuauius: nulla prudentiſsimi pictoris manus tam blandum locum, tam amœnum effinxit vnquam. Nam cùm tota ferè vrbs æquo ſolo recumbat, ſitq; tam ad meridiem quàm ad Ortum, & occaſum

Veronæ accurata deſcriptio.

Ager.

Fontes.

Situs.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

caſum brumalem, conuerſa; ad Septentrionem tellus illi leniter aſſurgit; cuius iuga breui molliq; ambitu circunducta, Theatralem penè formam exprimunt: vallis leniter reducta quæ in medio eſt, vineta habet & pomaria amœniſsima, quæ procul ſpectantibus ita blandè arrident, vt ſpectantium animos (quod multis eueniſſe conſtat) ſubita & inopinata læticia, velut mina quadam repentè obruant. In ſummo cliuo duę nobiliſsimæ Arces, quorum vna Atheſi? extremam vallem, placido curſu riganti, penè incubat: altera eminentiore loco, & quaſi vallis ſupercilio ſedens, ſubiecta vrbis mœnia deſpectat: ac longè latèq; in circum-Padanos cāpos, totamq; ferè Ciſalpinam Galliam pandit proſpectum. Plures ad hæc nobiliſsimi pontes fluuio impoſiti. Arces.

Amphitheatrum media vrbe aſſurgens, veteres Arcus, ac mille alia Antiquitatum veſtigia, quæ vetuſtam vrbis opulentiam planè demonſtrant. Sunt hæc quæ dixi, omnino magna, ſed quod ſequitur, longè maius. Habuit ab initio ea ciuitas præſtantium virorum, quaſi Seminarium quoddam: vt in omni ferè doctrinarum genere tam claros ſemper illa viros tulerit, quàm quæuis alia clariſsimos. Antiquitates. Viri illuſtres.

Hypomnemata.

Hetruſci Gallos in ædificatione huius vrbis plurimis annis præceſſerunt. adeò vt illa Hetruſcis originem, Gallis verò reſtaurationem, & amplificationem meritò debeat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Romani, loci commoditate & fertilitate cō-
moti, eò Coloniam deduxerunt.

Gallienus Imperator, ipſam nouis muris cinctam, Gallienianam vocauit, vt ex veteri patet epigrammate.

L. V. Flaminius Roman. Conſ. ac Vniuerſæ Græciæ domitor, Amphitheatrū Veronæ proprijs ſumptibus erexit anno ab vrbe condita D. III. vt docet vetus inſcriptio apud Lucenſes reperta. Conuenerunt in hac vrbe Lucius Papa, Fridericus I. Imp. & Saladini Ægypti Sultani Legatus.

Conuentus principum.

Conſtantinus Magnus, magno prælio victis Veronēſibus, Maxentio Tyranno addictis, cùm ponere iuſsiſſet arma, ignouit. Verùm ne conſcientiæ timore diffugerent, in vincula tradidit. Cùm autem præfecti & milites, quomodo tot vincula parari poſſent, ambigerent, Conſtantinus ex gladijs eorum gemina aptari clauſtra præcepit. Sigon.

Veronenſes à Conſtantino puniuntur.

Alboini Regis Italici corpus, perfidiâ vxoris Roſimundæ interfecti, ſub ſcala palatij ſepultum eſt Veronæ. Diacon. & Blondus.

Alboini ſepulcrum.

Vbi Totilam Regem creatum, Ioannes, Beſſas, Vitalis, & cæteri, qui à Beliſario relicti ad defenſionem Italiæ fuerant, audiuerunt; decreuerunt exercitum Veronam extemplò ducere, eamq; cum Gothis ibi morantibus in poteſtatem redigere: Deinde aduerſus Totilam in Picenum redire. Sic igitur Præfecti vndecim exercitum duodecim hominum millium Vero-

nam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

A Beliſarij exercitu occupatur.

nam adduxerunt. Statuta nocte centum delecti viri, Artabaze Armenio Duce, præmiſsi, portam, cuſtode ex compoſito aperiente, occuparunt. Gothi re intellectâ, per aduerſas portas vrbe ſe eiecêre, atq; in rupem imminentem euasêre, vnde facilè vrbem & campos omnes deſpicere poterant. Pòſt paulò Præfecti Romani, ab Artabaze acciti, ad vrbem procedere cum copijs incœperunt: verùm in itinere, altercatione inter illos de præda Veronenſi diſpertienda, coorta, fruſtra temporis aliquid conſumſerunt.

Gothi Beliſarij exercitum prædæ inhiantem expellunt.

Itaq; Gothi, luce orta, ex alto paucitatem hoſtium, qui vrbem inierant, & longinquitatem eorum, qui ad eam accedebant, conſpicati, incitato curſu vrbem repetiuerunt, ac Romanos in murorum propugnacula ſe referre compulerunt. Interim Præfecti, diuiſa, quam partituri non erant, præda, ad portam venientes, cùm eam clauſam reperiſſent, celeri inde ſe fuga proripuerunt: & ſuos de muris pugnantes, & ne ſe deſererent, obſecrantes, deſtituerunt. Illi ſaltu ſeſe ex mœnibus deiecerunt. Sig.

A Berengario occupatur.

Berengarius Italię Rex, à Ludouico Prouinciæ Rege regno eiectus, clam Veronam noctu inuaſit. Ludouicus, re comperta, trepidus in baſilicam D. Petri in arduo colle ſitam, ſe recepit, atq; in penetralibus eius ſeſe abdidit. Quęrente autem ac perſcrutante omnia Berengario, miles eius, qui vnus fugientem animaduerterat, timens, ne repertus occideretur, Berengarium adijt, atq; ita dixit: *Rex, quando te Deus tantæ victo-*

riæ compotem fecit, vt hoſtem tuum in poteſtate habeas, æquum eſt & te præceptis eius obtemperare, qui inquit: Eſtote miſericordes, ſicut Pater veſter miſericors eſt. Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare & non condemnabimini. Berengarius autem intelligens, eum, vbinam Ludouicus latéret, tenere, ſed vitæ eius cõſulere velle, reſpondit: Putáſne me, homo inſulſe, quem mihi Deus tradidit in manus, occidere velle? Qua voce erectus miles locum, vbi ſe Ludouicus condiderat, indicauit. Berengarius autem cùm Ludouicum comprehendi iuſsiſſet, tum in conſpectũ ſuum productum ita appellauit: *Non credo te oblitum eius temporis eſſe, cùm ego te meis præſidijs circumſeptũ ita, vt elabi non poſſes, miſericordia tui captus, quæ nulla tibi debebatur, dimiſi, ipſeq; te nunquã amplius Italiam ingreſſurum mihi ſacramento interpoſito ſpopondiſti. Quare, quando tu neq; beneficij mei, nec iuriſiurandi tui rationem, vt decuit, habuiſti, meq; eodem tempore ac Deum ipſum libidine alieni regni percitus, fefelliſti, vitam quidem, ſicut ei, qui te mihi prodidit, promiſi, concedo: oculos verò erui tibi prodendi exempli gratia iubeo.* Atq; his dictis, Ludouicus ſtatim luminibus orbatus, & regno ſe abdicare coactus eſt. Idem.

Ludouicus Prouinciæ Rex capitur.

Veronenſes, qui fidem erga Berengariũ Regem Italiæ conſtantiâ ſummâ coluerant, nouo accenſi odio, capiti eius cœperunt inſidiari, auctore tanti ſceleris Flamberto quodá, cuius filium Berengarius è ſacro fonte ſuſceperat. Cuius rei cùm in ſuſpicionem Berengarius inci-diſſet,

Veronenſium in Berengarium odium.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

diſſet, homo & natura & ętate iam exactâ mitis, Flambertũ ad ſe vocauit, atq; ita appellauit: Si mihi tecum non & multæ & iuſtæ amoris cauſſæ intercederent, haud difficilè credidiſſẽ, quod vulgi ſermone audio celebrari, te meæ vitæ inſidias comparare. Nunc, vt eis fidẽ non habeo, ſic meminiſſe te volo, quantæcunque acceſſiones & fortunæ & dignitatis tibi fuerunt, eas te non potuiſſe, niſi meo beneficio conſequi. Quare eo animo in me eſſe debes, vt vita mea in amore & fide conquieſcat tua. Quòd ſi à te mihi fidem præſtitam eſſe intellexero, faciam, vt in referenda gratia beneuolentiã experiaris meã. Atq; his dictis, aureum magni ponderis poculũ ei porrexit & addidit. Amoris ſalutiſque meæ cauſſa quod cõtinetur haurito: quod continet, tibi habeto: Flambertus reſponſo, quod facilè liberare regẽ ſuſpicione poſſet, in ſpeciem dato, ab illo abijt, ac ſtatim ſocios, qui ſecum proxima nocte illum conficerent, conuocauit. Berengarius prope templum, vt ſolitus erat, in amœno potius quàm firmo diuerſorio cubuit, neque cuſtodes, vt ab omnibus tutus inſidijs, vllos appoſuit. Sub lucem autem cùm precandi cauſſa templum iniſſet, Flambertus cum armato iuuenum globo irrupit.

Flambertũ Parricidiũ.

Quorum vbi tumultum Berengarius, procedens ad eos, Flambertum eminus vocat, & quid hoc tandem turbæ ſit, quærit. Iubet illo bono animo regem eſſe: non enim hos contra illum, ſed pro illo ſtare: ac ſenſim armatos in medios iam progreſſum cor-

ripit, ac romphæa à tergo percuſſum proſternit, Anno Regni XXXVI. Innocentia eius ex eo apparuit, quòd lapis ſanguine eius infectus nulla vnquam ablutione purgari potuit. Berengario mortuo, Milo vrbis Comes, ſpectatę virtutis iuuenis, quem ſibi Rex à puero educarat, cùm defendere vitam Domini ſui, quia non affuerat, nequiuiſſet, mortem ſaltem vlciſci cupiens, tertio poſt eius necem die Flambertum ſociosq́; eius per vim cepit ac ſtatim ſuſpendio interemit. Sigon. lib. 6. regn. Italici.

Terræ motus. Anno MCLXXXV. Italia ingenti adeò terræmotu contremuit, vt eius impetu exterior pars amphitheatri Veronenſis corruerit. Sigon.

Anno Sal. DLXXXIX. Italia ab Authari Longobardorum Rege miſerè afflicta, cõtinuis imbribus Octobri menſe cœlo effuſis, tanta aquarum illuuies Italiam totam inuaſit, quantam poſt antiquum diluuium nulla hominum aut literarum memoria prodidit: Nam exundantibus amnibus, non campi ſolùm paſsim in ſtagna conuerſi, & viæ itineraq; confuſa ſunt, ſed tecta etiam ſubruta, atq; homines paſsim, pecudesq́; nullo diſcrimine perierunt. Veronæ

Inundatio. Atheſis amnis ita creuit, vt aqua ad ædẽ D. Zenonis peruenerit. Quod verò pro inſigni miraculo S. Gregorius ſcripſit, Authari ipſo rege ſpectante, aqua apertis templi ianuis irruens, templum tamen ipſum non inijt; & paulatim creſcens vſque ad feneſtras, quæ proximæ tecto erant, inuaſit. Qui verò in templo remanſerant,

cùm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

cùm elabi inde non poſſent, aquam tamen ad ianuam templi venientes hauriebant, neque ab eius impetu aliquid noxæ accipiebant. Ea ędes fuit, quæ hodie in ripa Atheſis ſita Oratorium S. Zenonis vocatur. Templo ipſo incolumi, tamen muri vrbis vi aquæ multis in partibus ſubruti prociderunt. Idem.

Moris erat veteris, vt Imperatori Germano in Italiam traijcienti, aut ex Italia abeunti, Veronenſes pontem in Atheſi, quo commodius ac facilius traduceret exercitũ, compararent. Tanto verò odio aduerſus Fridericum I. Imp. ardebant, quem de iure ſuo nihil conceſſurum eſſe cernebant, vt eo, poſt ſuſceptam Romæ coronam, ann. Sal. 1150. reuertente, non ſolùm fraudem in ponte conſtruendo commiſerint, quo ipſum cum exercitu perderent, ſed vbi dolus nõ ſucceſsit, inſidias eidem nonnulli in faucibus Alpium, coactâ militum manu, pararint. Quibus ille euitatis, ac ſontibus ſeuero ſupplicio affectis, in Germaniã euaſit incolumis. Ad Idus inde Octobris cùm Ratiſponæ conuẽtum ageret, Epiſcopus Veronenſis eum conuenit, atq; ipſum nomine ciuitatis rogauit, vt Veronenſes in gratiam reciperet: nam ſcelus illud paucorũ hominum fuiſſe, ac ciuitatem ipſam omni crimine prorſus vacare. Qua re audita, illis, pecunia & Sacramento accepto, ignouit. Sigonius. Veronenſium in Frid. I. Imper. odium.

Orta ſuper menſa Canis Magni Scaligeri edendi mentione, cùm multi magni comeſtores referrẽtur ab alijs, & Fagiolanus, qui multis a-

ctus fortunę tempeſtatibus iam ſenex ad aulam Canis peruenerat, ybi non hoſpitis, ſed parentis locum tenebat, cepiſſet de eſu ſuo in ætate iuuenili, vtpote qui eſſet immenſi corporis, quidam incredibilia narrare: Petrus Nauius, qui in eadem aula ſapientia celebris, ſed mordax habebatur, reſpondiſſe traditur: *Minimè quidem miror hæc quæ dicis, cùm maiora ſileas, quæ tamen ſcimus: Piſas & Lucam vno prandio deuoraſti.* Conſtans enim erat opinio, potuiſſe die illo, quo de illarum ciuitatum dominio pulſus erat, vulgi tumultum comprimi, ſi è conuiuio ſurrexiſſet. Petrarcha.

In Fagiolanum argutum dictũ.

Fridericus II. Imp. dum Romam coronatus redit, à Veronenſibus in itinere eſt indignè acceptus. Quam ignominiam, interiectis aliquot annis, vlturus, iniecto igne vrbem incendio deformauit, ſtudiumq; illinc generale Patauium tranſtulit. Similiter quoq; aliquanto pòſt Bononienſe gymnaſiũ Patauium tranſtulit. Cuſp.

Obſeſſa à Gallis Verona anno Sal. 1516. cui Cęſaris Maximiliani nomine M. Ant. Columna prętrerat, quidam agricola Veronenſis, Columnę pollicitis ineſcatus, cùm ſæpè res venales, & hortenſia inprimis in caſtra deferre conſueuiſſet: ſimulatione ſpectandi, ad tormentorum locum, vbi & omnis eorum apparatus, minimè id curantibus cuſtodibus, proceſsit: funiculumq; igne ſuccenſum, vt antea edoctus fuerat, idonea in parte reliquit. Nec mora, vt primam ſtatim ſtramenta flammam corripuêre, tantus repentè

Vel ruſticus maximo nocet exercitui imprudenter cuſtodito.

pentè inceſo puluere ignis obortus eſt, vt quicquid ſulphurei pulueris ad oppugnandam vrbem magna impenſa, & multo labore paratum, conuectumq; fuerat, id totum vno temporis puncto conflagrarit: tantaque flammarum violentia atque rapiditas fuit, vt omnia concurſantis, & reſtinguere conantis exercitus remedia, vna mali velocitate præuerteret. Id ſolum in graui atque inſperata iactura ſolatio fuit, incendiarius dum ſe reciperet, in ipſo ſtatim incendij ſæuientis initio deprehenſus. Qui poſtea ad eruendam veritatem tormentis excruciatus, & viuus eodem igne concrematus, dignas ſcelere atque audacia pœnas perſoluit. Sabell. ſuppl.

Cùm in hac obſidione ad ſummas rerum difficultates peruentum eſſet, M. Ant. Columna Dux, primores exercitus quotidianis cœnis adhibuit, & quadraginta diebus nihil præter aquam bibit, ac tanta comitate omnes abſtinentiæ & frugalitati inſuefecit, vt facilè atque alacriter cæterarum etiam rerum inopiam tolerarent. Iouius.

Hiſpani milites ex Maximiliani exercitu, qui Veronæ erat, cùm viderent Venetos vrbem obſeſſuros, vt quid quæque domus atque familia voluntatis in Rempubl. haberet, ſi poſſent, fallendo cognoſcerent: nocte intempeſta per oppidum cum magno armorum ſonitu incitati cucurrerunt, nomenq; Marcium, quod eſt inſigne Reipubl. ſæpè in curſu conclamauerunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Venetorũ fautores explorantur.

Quo exaudito, à pleriſq; illos eſſe Venetos credentibus, qui ſe in oppidum intuliſſent, eadem nominis acclamatione eſt reſponſum datum, ſalutatioq; veluti mutua facta. Illi eas domos, vnde voces veniebant, atramento ſignauerunt, poſteroq; die repetitis notis omnes ad vnam diripuerunt. Quibus rebus conſecuti ſunt, vt & reliquis amicis Reipubl. timor iniiceretur, ne quid vltra facere aut dicere auderent, & ipſi præda illa pro ſtipendio, quod non perſoluebatur, ad ſe ſuſtinendos vterentur. Bemb.

Scaligerorum quondam exiſtimatio.

Scaligerorum ſepulcra contemplaturus, cogita tecum quàm latè ſe gentis illius ſplendor diffuderit. Regina, filia Maſtini Scaligeri ex Thadea Carrarienſi nupſit Barnaboni Vicecomiti Mediolanenſi Principi, & ex eo ſuſcepit 4. mares, & 12. filias. Quarum prima nupſit Petro Cypri Regi. Secunda Ludouico primogenito Regis Galliæ, tertia Bauariæ Duci, quarta Auſtriæ Duci, quinta Galeacio Vicecomiti, ſexta Leopoldo Auſtriaco, auo Friderici III. Imp. ſeptima Bauariæ Duci, octaua à Friderico Regi Siciliæ, nona Friderico Gonzagæ, decima Erneſto duci Monachi, vndecima Friderico fratri eius iuniori, duodecima Dimundo Cantiæ Comiti, primogenito Regis Britanniæ. Ex quarum generoſa prole omnes ferè principes, qui nunc rerum potiuntur, prodierunt: vt Regina iſta Scaligera, veluti Cybele quædam fuerit, & nomen matris deorum meruerit. Scardeon. hiſt. Patauin.

Ioh.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Iohan. Bonetus Veronenſis cùm ab Ecelino Tyranno, promiſsis allectus; Deinde tormentis diſcruciatus, in initæ in Tyrannum coniurationis quoſdam nominaret, quos ipſe inſontes nôrat; ne fortè doloris magnitudo ad ea dicenda cogeret, quæ ipſe ſponte ſua nunquam faſſurus erat, in prætoris conſpectu ſibi ipſi dentibus linguam abſcidit: atque haud multò pòſt inter tormenta defecit. Idem fecit Bardilo Vincentinus. Fulgoſ.

Boneti fidelitas.

VINCENTIA.

PEriculorum & incõmodorum ſocia, quibus vicinæ vrbes ſubiectæ fuerunt.

Atila Hunnorum Rex, in oppugnandis vrbibus, nõ ducis modò, ſed & militis munia obiuit. In Vincentiæ expugnatione, cunctantibus ſuis, ob aquæ profunditatem, & oppidanorum acrem defenſionem, in foſſam vrbis præcipiti ſaltu ſe demittens, per aquam mentotenus ad murum euaſit, ſuoque exemplo milites accendit. Nic. Olahus in vit. Atil.

Atilæ ſtrenuitas.

Poſt Gothos, Longobardos, Imperatores Germanos, ex quibus à Friderico II. ob contumaciam & rebellionem incenſa & diſpoliata fuit, Ezelinum Tyrannum, Scalanum, Galeatium, & Venetos habuit Dominos, qui cùm à Carolo XII. Gallorum Rege in prælio victi fuiſſent, ſe Maximiliano Cæſari ſubiecit, cuius imperium pertæſa, ad Venetos redijt: vrbs amœniſsima, maxima Nobilitate clara, quæ Con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ſtantium Academiam excolit, & ſuperbis ædificijs exornata.

Hypomnemata.

Cardinus Capiuacius, cùm vexillifer eſſet Ludouici Buzzacharini copiarum Carrarienſtum Ducis, qui, Galeacio Mediolani principe defuncto, cum magno exercitu, ad recuperandam Vicentiam à Franciſco Carrarienſium Duce mittebatur, in media area nobiliū, quæ nunc Veneti Senatus Platea dicitur: cùm ei Carrarium vexillum in manus traderetur, nunquam potuit, neque à ſe, neque à ſuis vllâ vi ſuſtineri, quin elapſum de manibus humi caderet. Quod tunc portendiſſe ferunt, eiuſmodi belli apparatum, allaturum exitium & finem Carrarienſium principatui: quod ita fore, breui rerum euentus oſtendit: quando inde occaſio orta belli eſt, quo dum Carrarienſis Vincentiam ſibi vendicare inuitis Venetis contendit, Veronam, Patauium, cum principatu, & vitam deniq; ipſam ſimul cum omni poteſtate filiorum, infeliciter amiſit. Bern. Scard. lib. 3.

Portẽtum.

Eſt in Vicentinis montibus Patauium verſus concameratio, antiquitùs effodiendis ad ædificationes lapidibus facta, ingentis magnitudinis, vt terna millia paſſuum introrſus pertineat: in eam perfugij cauſsâ, quòd os anguſtum habet, atq; id vnum tantùm, vt facilè defendi poſſe videatur, Galli & Maximiliani Imp. militibus appropinquantibus, eorum finium incolæ, cum vxoribus & liberis, & ætate confectis, propè ad ſex

ſex mille ſe abdiderunt. Eos cùm expugnare Galli non poſſent, tametſi perfractis, & deiectis obicibus ſe intuliſſent (loco enim perobſcuro, & viarum flexionibus cùm ambiguis, tum innumerabilibus) plurima ſtipula internè ſuccenſa, magnum eorum numerum, fumo cameras implente, interfecerunt. Bemb.

In pugna, qua Veneti Ann. Sal. 1513. 7. Octob. à Maximiliani Imper. exercitu, ad Vincentiam magnam cladem acceperunt, Lauredanus Legatus Venetus, duobus militibus, vtrius captiuus eſſe deberet, inter ſe dimicantibus, ab altero illorum immaniter fuit interfectus. Guicciard. *Lauredan⁹ interficitur.*

Oppugnbatur à Venetis Vicentia vrbs, defendentibus Germanis Maximiliano militantibus, Vicetinus ciuis Guidus cum ſuis porta occupata, L. Equites Venetorum intromiſit, illis verò à Germanis expulſis, portaque capta, cùm Guidus, reliquique de ſuperiore loco ſe defenderent, neq; Germani expugnare illos poſſent: dato ab eis iureiurando, nihil ſibi nocituros Germanos, ſeſe eis dediderunt, ſtatimque omnes ad vnum, contra fidei religionem interfecti ſunt, partim ſe è turri præcipitauerunt, atq; ita interierunt. Idem. *Inſignis perfidia.*

Circa ann. Sal. 1250. non pauci ex Waldenſibus Vincentiæ vixerunt, quos Itali ab amore fraterno, quo quoſuis amplectebantur, Fratricellos, alij autem ex odio Gazaros, à Germanico Ketzer/ quia Frid. II. Imp. illos oderat, vocabant. Fuerant etiam plurimi Veronæ, Mediolani, Genuæ, *Vvaldenſes.*

nuæ, Florentiæ, in Valle Spoletina, in Calabria, & Sicilia, & verſus Vulturenam in Valle Camonica vbi ſeptem Scholas habuerunt, quibus à fidelibus in Lombardia fuerat de neceſſarijs proſpectum.

PATAVIVM.

Nomen.

AB Antenore cõditore vrbs Antenorea dicta. Regio verò tota à ſocijs Henetia primùm, inde Venetia. Mortuo Antenore, cùm filios eius Troiam rediſſe ex Euſebio conſtet, Heneti illi, qui ibi remansêre, in memoriam eius, quam in Paphlagonia reliquerant, Patauium dixêre. Etſi alij à volatu cycnorum, ἀπὸ τȣ̃ πέτεσθαι, capto auſpicio per Antenorem, ſic dictam velint: alij à Pado, cui nulla olim vrbs vicinior erat: alij à tota regione Transpadana, Padua olim nuncupata, quòd nulla in ea vrbs eſſet celebrior: vt hac ratione & fluuius regioni, & regio vrbi nomen ſuum communicâſſe videatur.

Ciuium ingenia.

De acumine ſatis ſuperque longo ciuium, in omni ſcientiarum & artium genere, varia exſtant teſtimonia.

Fides. Cic. XII. Philippica Patauinorum fidei erga Remp. Rom. meminit, qui M. Antoniũ III. virum excluſerint. Cùm in Iuſtiniani Imp. partibus perſtaret, à Totila excisa eſt ciuitas. Sed quid hoc in libris miramur? Ipſi olim ſerui Patauini, ne libertatis quidem præmio propoſito, induci potuêre, vt Dominos ſuos Aſinio Pollio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Pollioni procoſs. Illyrici, pecuniam & arma Patauinis imperanti, proderent, teſte Macrobio lib.1. Saturn.

Pudor. Pudicitia Patauinarum Plinij iunioris & Martialis teſtimonio inſignis olim. Matronæ non niſi velatæ in publicum prodibant. Eum morem virgines Venetæ & Patauinæ etiamnum hodie retinent.

Artes mechanicæ. Lanificio dediti, propter lanæ Euganeæ præſtantiam. Vbertinus Carrarienſis Dux III. Collegium lanificum ampliſs. priuilegijs dotauit.

Salubritas.

Propter aëris ſubtilitatem eteſiæ illic febres peſtilentes, non contagioſæ, Petechæ à maculis dictæ, graſſari conſueuerunt.

Frequentia.

Strabo lib 5. in vrbe Patauina olim D. equeſtris ordinis viros cenſos teſtatur.

Superioribus annis Venetorũ cenſu M. XLV. ciuium Patauinorum recenſita.

Temperies.

Athenarum profectò quoad litteras, æmula eſt Padua: & ſi coloniam eius Venetam ſpectes, etiam quoad arma. Singulari proinde & cœleſtis influxus benignitate, & aëris temperie prædita, Muſis domicilium vt aptiſsimum, ſic gratiſs. præbet.

Commoditas.

Vrbs Patauina, ab Euganeis collibus ſex paſſuum millibus, à mari M. XIIX. diſtat. Itaq; propter

pter vicinas Venetias in totius terrarum orbis meditullio poſita videri poteſt. Medoaci vtriuſque oportuno affluxu totius agri ſui diuitias recipere, deficientia importare, abundantia in æſtuaria exportare, & paucarum horarum ſpacio nobiliſs. Venetorum emporio & ſua communicare, & peregrina ex eodem ſubuehere poteſt.

Situs, Longitudo, Latitudo.

Ante Attilę excidium ad lęuam Medoaci fluminis Orientem verſus ſita erat, vbi Ruthenæ olim exſtabat, corrupta voce hodie Ruina dictus. Poſt excidium verò in oppoſita fluminis ripa ædificari cœpta, paluſtri ſolo, vbi nunc forum eſt. Hodierno tempore citra & vltra Medoacum exteriore murorum ambitu ſex millia & ducentos paſſus adæquat.

Exſtructores, Poſſeſſores, Ampliatores, Euerſores.

Antenor, cùm Troianorum reliquijs Henetorum gentem in interiorem maris Adriatici ſinum duxit, Timauoq́; ſuperato, ad Medoacum, pulſis Euganeis, conſtitit, vrbem condidit, ante Chriſtum plus minus 1140.

Anno Salut. 446. ab Attila Hunnorum rege, ferro & igni exciſa. Poſt LXX. an. à Theodorico Oſtrogotho reſtituta.

A' Totila Gothorum rege iterum vaſtata, quòd Iuſtiniani Imp. partes ſequeretur. A' Narſete eunucho Iuſtiniani Imp. exarcho, victis Gothis, reſtituta, anno 536.

Ab Agilulfo Longobardorum rege, an. 568. fruſtra oppugnata, igne iniecto, ventoque ni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

mium ſecundo, cùm lignea vrbs eſſet, in fauillas redacta. Ciues liberè quò vellent abire iuſsi. Pars maxima & nobiliſs. Venetias conceſsit.

Deuictis à Carolo Magno Imper. Longobardis, an. 773. ſub Imp. Germanis ſenſim adoleſcere cœpit, præſertim verò ſub Henrico III. & Henrico IV. eiusq; vxore Bertha. Is Cathedralem Eccleſiam magnificè dotauit, à S. Iuſtina in mediam vrbem tranſtulit, libertatem Patauinis cum Carrocio, quem in reginę memoriam Bertham vocant, conceſsit. Conſules tum primùm creari cœpti. Pace Conſtantiæ inter Fridericum II. & Italiæ ciuitates, anno 1173. inita, priuilegia vetera Patauinis firmata: ipſi fidelitatem Imp. iurarunt.

Anno 1174. ſeditione inter Iordanum S. Benedicti Nouelli Priorem, & Luſcum Franſalgandinum nobilem orta, iniecto occultè igni in aduerſæ factionis domum, tota penè vrbs cum archiuis perijt. Exſtat ad D. Canciani baſilicam ſaxum nuper effoſſum cum hac Inſcriptione: MCLXXIII. ARSIT PADVA.

Ab incendio an. 1174. veluti exuſto ſimul vrbis veterno, armis literisque florere cœpit, per annos ferè centum, ſub Coſs. & Tribunis.

Sub Friderico II. Acciolino tyranno prodita fuit, an. 1237. eidemq; paruit annis XIX. Quibus totam ferè nobilitatem extinxit tyrannus crudeliſs. & vrbis defectione audita, XI. M. Patauinorum militum trudauit.

A' Philippo Fontaneſio Alexandri IV. Pp. legato,

gato, Venetorum auxilio, libertati reſtituta, ann.1257.

Anno 1314. cùm Guelfi Gibellinos eieciſſent, quietem habuit Reſp. per octennium. Sequuta ſunt bella cũ Cane Scaligero per XVII.an. Principem vrbs delegit Iacobum Grandem Carrarienſem, ann. 1318. Is ex fœdere Thadeam filiam Maſtino Scalæ, Canis nepoti, cum vrbe Patauina dotis nomine deſpondit. Eo mortuo, Marſilius Carrarienſis princeps II. electus, ceſſit tandem Cani.

Poſt nouennium Scaligeris erepta, Carrarienſibus per Venetos data, ann. 1337. quibus paruit per ann. 73. (interea tamen octodecim menſib. à Galeacio Mediolanenſium Duce intercepta, à Fr.Carrarienſi Iuniore recepta) vſq; ad annum 1408. quo à Venetis occupata fuit.

Anno 1509. Maximiliano I. Imp. dedita vrbs XL.die à Venetis recepta. Obſidionem Germanorũ fortiſsimè pertulit, toto Septembri menſe, bis oppugnata ad Caudæ longæ portam. Soluta obſidio prid.Cal.Octobr.

Incendia.

Attila Hunnorum Rex flammâ vrbem, ciues cæde miſerè afflixit.

Ab Agilulfo Longobardo obſeſſa, cùm virtute non poſſet, igne in ligneas domos mœnibus contiguas iniecto ſubiugata fuit.

Anno 1174. ſeditione orta, clam iniecto igne miſerè conflagrauit.

Excidia.

Excidia.

Præter ea, quorum in Euerſoribus paulò antè meminimus, Anno 1509. recepto à Venetis Patauio, ne ad obſidionem ſuburbana ædificia hoſti amplius commodarent, S.C. Veneto ſuburbia omnia ad mille paſſus extra vrbem circumcirca fauere demolita: inter quæ numerabantur Baſilicę quinq;, Monaſteria virorum 4. Virginum ſex, Xenodochia ſeptem, Domorum tria millia. Ambitus XV. M. iugerum. Eam calamitatem remotiora effugêre.

Seditiones.

Patauinæ ſeditionis ſedandę cauſſa, M. Æmilius Coſs. Roma miſſus ſcribitur à Liuio, lib. 40.

Seditionibus Gibellinorum & Guelforum inter patricios, & plebem gliſcentibus, turribus in vrbe & extra contra populi impetum ſeſe munire cœperunt nobiles.

Expeditiones bellicæ.

Cleomenis Spartiani claſſem circumuectis Italiæ littoribus, prædas ex agro abducentem Heneto, Patauini magna ex parte deleuerunt, teſte Liuio, lib. 10.

Ad munitionem Patauij conficiendam, non agreſtes modò homines, milites q; Reipub. Venetæ operam nauarunt; ſed Ciues etiam ex Nobilitate Veneta, atque ipſius Leon. Lauretani Principis liberi, ſuis terram manibus conuexerunt. Bembus.

Anno 1328. Patauini auxiliarij Carrarienſibus miſsi Iaderam, Dalmatiæ vrbem, irrita op-

pugnatione longo tempore à Rege Pannonum preſſam, primo ſtatim impetu cœpêre.

Patauini ſolennibus ludis vernis cum Vicetinis iurgio cœpto, vexillum ijs, cui aſinus inerat (dracone enim bicipite ipſi vtebantur) eripuêre, medioque foro opprobrij cauſſa aſinum vivum ſuſpendêre. Factâ pace, iuſsi Vicetini ex fœdere epulum Patauinis præbere, lucanicis onuſtos equos Patauium misêre. Patauini viciſsim, lucanicas inter ſe partiti, aſinum ipſimet de patibulo depoſuerunt. Hinc iocus in vtramq; gentem, Patauinos lucanicæ præmio aſinum de cruce depoſuiſſe, Vicetinos inſignia ſua de patibulo redemiſſe.

Domus, Palatia, Regia.

Domorum quatuor millia ambitu ſuo complectitur hodie. Ante bellum Maximiliani anno 1519. extra murorum ambitum in ſuburbijs tria millia domorum connumerabantur, Monaſteria virorum quatuor, Virginum ſex, Templa quinque, Xenodochia ſeptem, quæ pòſt à Venetis demolita ſunt, ne in ijs hoſtis latére poſſet amplius.

Regia Carrarienſium, vrbe media, decem lateritijs arcubus peruijs ab Occidente mœnijs interioribus iungitur, & per ea arci. Ab Vbertino III. Carrarienſe aulis magnificis aucta.

Dottorum ad D. Firmi, cum coloſſo lapideo: Vnde nomen familiæ Dottorum del Gigante.

Capiliſtarum ad D. Danielis cum equo Troiano, qui proinde Capiliſtæ de equo vocantur.

Antiquitatibus illuſtrium domorum ſub Inſcriptionibus meminimus.

Pleræque porticibus platearum ſuperiectæ.

Turres.

Turres priuatorum plurimæ, ſeditionibus Guelforum, & Gibellinorum excitatæ.

Turris Regiæ ſiue Palatij, Vbertini III. Carrarienſis opus, horologio mirabili, omnes motus cœleſtes continente, à Iacobo Dondo medico exornatum, an. 1344.

Turris Acciolini tyranni è regione portæ Saraſineſchæ, Brenta alluitur. Vbi nunc arx.

Mœnia.

Murorũ ambitus duplex hodie, olim triplex.

Exterior VI. M. CC. paſſus continet, cum ſex portis magnificis. Interior III. M. P. ambitu, altiſsimus, ſupernè deambulacrum habet perpetuum, duorum hominum capax, cum pinnaculis, coronæ inſtar, à caſu prohibentibus, flumine vndiquaq; circumdatus, XIV. portis & totidem pontibus lapideis peruius, à Marſilio II. & Vbertino III. & Franciſco VI. Carrarienſibus magna ex parte ædificatus.

Sepulcra.

Antenoris ſepulcrum, dum fundamenta Xenodochij domus Dei iacerentur, repertũ. Arca marmorea ad D. Laurentij Baſilicam tranſlata, & Louati tetraſticho exornata. Enſis in eo repertus deauratus, verſibus Latinis barbaris fatalem vrbi interitum denuncians, ſub A literæ principatu. Id quod ſub Attila Hunno, Agilulfo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Gotho, Acciolino tyranno, & Anſedìſio eius nepote & Præfecto, ſub Alberto item Scaligero, poſt Canis Scaligeri mortem (cui dotis nomine cum Thadæa Carrarienſe Patauium obtigerat) vrbem tenente (qui eum enſem ad ſe recepit) & Andrea Nerio prætore Carrarienſium, reipſa experta eſt ciuitas.

Liuij in foro iuridiciali, translatum eò è S. Iuſtina.

Pœti conſulis, in ædibus Chartulariorum ad D. Thomam.

C. Sextiæ in ædibus Scardeoni ad S. Bartholomæi, quæ ſe cum liberis libertatis amore præcipitem dedit.

Lucæ Euangeliſtæ ab Vrio monacho Conſtantinopoli allatæ reliquiæ, ad D. Iuſtinæ tumulo marmoreo repoſitæ.

D. Proſdocimus Græcus D. Petri diſcipulus, Patauinos conuertit. In Baſilica D. Iuſtinæ ſepultus: Primus vrbis Epiſcopus.

D. Maximus Patauinus patria Epiſcopus II. ad Iuſtinæ.

D. Daniel Leuita Proſdocimi, ann. 164. ad D. Iuſtinæ inuentus, in Cathedralem translatus, vota prius æde eo loci vbi corpus nullâ vi humana vlterius transferri poterat.

D. Iuſtinæ martyris, Vitaliani Iuſtini præſidis Patauini filię, ſub Maximino gladio confoſſæ ad D. Iuſtinæ, cum inſcriptione barbarâ.

D. Leolini Epiſcopi Patauini, in eius delubro.

D. Matthiæ, D. Vrij, Trium innocentum, Pu-

teus

teus plenus oſsibus martyrum, ad D. Iuſtinæ, D.Antonij Confeſſoris, & Felicis Pp. in æde D.Antonij.

Ioh. Cacij Epiſcopi marmoreum ſepulcrum in atrio ſummi templi.

Ioh. Baptiſtæ Forzatei Epiſcopi in templo Cathedrali.

Nic. Triuiſani Epiſcopi Cenetenſis & I.C. in æde Cathedrali.

Pauli Zabarellæ Epiſcopi Argolicenſis marmoreus tumulus in baſilica Eremitarum, familiæ Ouetariorum dicata, an.1525.

Antonij Tubetæ Epiſcopi Athenienſis, Franciſcani, Scotiſtarum principis, ad D.Antonij, iuxta aram Virginis, cum ænea ſtatua, an.1518.

Sepulcra Patauinorum vel armis vel litteris illuſtrium, in eorundem catalogo paulò pòſt adnotabimus.

Capiliſliorum gentilitium ſepulcrum poſt aram maximam in templo D.Antonij.

Aeraria.

Mons pietatis anno 1419. ad Iudęorum fœneratoriam exterminandam, pro centenario XX. exigere ſolitorũ, inſtitutus. Ærarij ſors XXXIIX. aureorum millia ex liberalitate ciuium ſuperat. Præficiuntur ſeptem domibus oportuno loco ſitis, nobiles viri, datis fideiuſſoribus annuatim, qui pro pignoribus pecunias mutuò dant, infra XXX. ſolidos gratis: ſupra, quinq; tantùm fœnoris nomine pro centenario exigunt, adminiſtrorum impenſas, quæ tria millia aureorũ quotan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

nis ſuperant, ſuſtinendas. Quod ſupereſt, in pauperes annuatim diuiditur, ſorte ſemper manente, & ex pijs eleemoſynis, præſertim quæ feſto Paſchatis colliguntur, quotannis creſcente.

Camera Pauperum, ex clericorum præcipuè multis, conflatum ærarium, cui Epiſcopus & duo ciues præſunt. Prouentus CL. aureorum in pauperes erogatur.

Mechanica opera, vt picturæ.

Sacellum D. Ioh. Baptiſtæ ſacrum, ſummo templo contiguum, ann. 1380. à Iuſto depictum, imaginibus ex vtroq; Teſt. deſumtis.

Sacellum Eremitarum, virtutũ & vitiorum & artium liberaliũ imagines habet. Eiuſdẽ opus.

Tabula D. Virginis eiuſdem, ad imitationem imaginis à D. Lucæ pictæ, quam Antonia Zabarella Eccleſiæ Cathedrali reliquit, an. 1341.

In æde S. Sophiæ imago D. Virginis, And. Mantineæ.

Tabula ad aram D. Lucæ in æde D. Iuſtinæ, eiuſdem.

Sacellum Eremitarum cum hiſtoria D. Iacobi, eiuſdem, incertis coloribus.

Sacellum ad D. Antonij, in quo Gatta Melata recumbit, Iacobi Montagnoni.

Tabula altaris maioris apud Seruos, Stephani ab Aggere.

Tabula altaris maioris ad D. Annæ, Dominici Compagnolæ.

Cælaturæ, Sculpturæ.

Sedilia chori Antoniani, Laurentij Canotij opus.

Tabulæ

Tabulæ æreę ad D. Antonij circa chorum, ex veteri Teſtamento. Bellani opus, duabus exceptis, Iudithæ ſcilicet & Dauidis, ab Andrea Riccio factis.

Candelabrum æneum ad D. Antonij, Andreæ Riccij.

Sepulcrum Chriſti ex creta ad D. Cantiani, eiuſdem.

Loculus corporis Chriſti in ſummo templo argenteus artificioſiſs.

Statuæ.

Statuas ſepulcris additas pete ex Tit. Sepulcrorum, item Virorum vel eruditione vel armis illuſtrium.

Iulij Pauli I. C. Petri Aponenſis, T. Liuij, & Alberti Eremitani, ſupra quatuor portas Palatij iudiciorum.

Gattæ Melatæ ſtatua in area D. Antonij equeſtris ex ære. Donati Florentini opus.

Statua Rocchę Benelli medici cathedrę inſidentis, ad D. Franciſci: cum imaginibus ſanctorum ad aram D. Virginis. Bellani opus.

Calfurnij ſtatua ad D. Ioh. in Viridario, Minelli opus.

Petri Bembi marmorea ad D. Antonij.

Simonis Ardei Minoritæ ibidem.

Hier. Cagnoli I. C. ibidem.

Familiæ illuſtres atq; nobiles Patauinæ.

Familiæ Patauinæ primùm diſperſæ, an. 421. in Rivum altum migrarũt, Alarici Weſtgotthi, qui Romam euerterat, metu: magis adhuc At-

tila mundante, an.456. Et hæc Venetæ vrbis & nobilitatis ſeminaria fuêre.

Sub Henrico IV. firmata Repub. Patauina, quatuor familiæ principes exſtitere, Atheſtina, Honaria, Carrarienſis, & Campiſamperia.

Eccleſiaſtica.

Epiſcopatus inſignis, cuius reditus ad XI M. aureorum aſſurgit. Huius caput olim fuit D. Iuſtinæ templum, pòſt in mediam vrbem translatus.

Ius monetæ. Henricus III. Imp. Ius monetæ ſignandæ Epiſcopo Patauino indulſit. Sigon.

Somniū ominoſum. Somniauit Patauij 1430. quidam, morderi ſe lethaliter à Leone marmoreo, ex his, qui in templorum veſtibulis cerni ſolent. Die autem poſtero, cùm templi fores caſu præteriret, Leone conſpecto, nō ſinè riſu ſomnium ſuum inter comites narrauit, & manu in apertum os illius protinus iniecta, dixit: En nocturnus hoſtis meus. Scorpio itaque, qui in imis faucibus Leonis deliteſcebat, eum lethaliter vulnerauit. Petrarch. Ad D. Iuſtinæ vetus templum Patauij id accidiſſe memorant vulgò.

Templum Cathedrale canonicatus habet XXIV. Præpoſituras IV. cui ſubſunt Baſilicæ intra vrbem XXVI.

Academiæ inſtitutio, ampliatio.

Inter omnes Italiæ Academias Bononienſis antiquiſsima, quæ mille annos ſuperat, à Theodoſio iuniore condita, ſi modò vera eſt publici priuilegij formula, barbaro ſtylo conſcripta, vt eius

eius ſeculi propria eſſe videatur, quo à Friderico II. Imp. iure Academiæ Bononienſes ſunt priuati. Ticinenſis rudimenta, victis Longobardis, à Carolo Magno ante D. CC. ann. iacta, eodemq; tempore etiam Pariſienſis, Anglorum opera, Bedæ diſcipulorum. Patauina tertium locum occupat, quæ CD. an. ab ortu ſuo numerat, tempore quidem poſterior, dignitate tamen propter illuſtriſs. Reip. patrociniũ facilè prima.

Fridericus II. Imp. Germanus, iuſta de cauſſa iratus Bononienſibus, Academiæ iura Pataium tranſtulit, circa ann. 1222. Id munus gratiſs. fuit ciuibus, qui tum per delectos Prætores regebantur. Cæterùm præclaris natalibus Acciolini ſeu Ezelini, tyrannis plurimum offecit, ita vt nudus & ſinè viribus infans iaceret. Poſteaquam verò Pontificis & Venetorum auxilio, cæſo tyranno poſt 19. an. duriſs. ſeruitutis libertatem eſt adepta Reſpub. Academia quoq; iam veluti ex ephebis excedens, ſui iuris facta eſt, ſub Goſaldi Hiſpani primo Rectoratu, an. 1260. cùm ab Vrbano IV. Pp. confirmata eſſet.

Anno ſeq. duo creati Rectores, alter Tranſalpinus, Henricus de S. Petronella, præpoſitus Friſingenſis: alter Ciſalpinus, Franciſcus de Nouarra, canonicus Patauinus: ijq; ſtatuta primùm in ordinem redegerunt.

Anno 1276. Ioannes Præpoſitus, Germanus natione, priuilegium de conductione Domorum, ſed ampliſsimum, alterum de Electione Doctorum impetrauit.

Ann. 1271. Nicolaus Archidiaconus Cracouienſis, & Iohan. de Monte Longo Aquileienſis, de profeſsionibus inchoandis & ferijs ſanciuêre.

An. 1301. Rodolfus de Auguſta, & Bonus de Mora Mediolanenſis, ex Bononienſib. Statutis leges Academicas correxerunt.

An. 1340. Vbertinus Carrarienſis Dux III. cùm Marſilio quem primum Veneti ex fœdere, pulſis Scaligeris, Patauij principem eſſe voluerunt) ſucceſsiſſet, Academiæ bellorum ſuperiorum calamitatibus diſsipatæ reliquias collegit, & DC. aureorum ſtipendio, quod tunc temporis ampliſs. erat, Raynerium Foroliuienſem I. C. conduxit.

An. 1399. Franciſci Carrarienſis vltimi principis interceſsione & magnificentia, (qui redemtionis ergò Iureconſultis domum in Vico Capellorum precij D. ducatorum donauit) à Fr. Mella Catalaunenſe & Io. Infude Calabro Rectoribus Rector vnus philoſophis conceſſus eſt, cùm prius Iureconſultis ſubiecti eſſent. Deinceps igitur alter Iuriſtarum, alter Artiſtarum Rector dici cœpit, abolito Ciſalpinorũ & Tráſalpinorum nomine: ita tamen, vt alternis annis ſingillatim nationis Tranſalpinæ & Ciſalpinæ ratio haberetur.

An. 1405. XV. KL. Nouembris, poſt XIX. mēſium obſidionem occupatâ vrbe, Veneti Academiam multò ampliorib. ornamentis cohoneſtare ſtuduerunt: Prætori & Præfecto vrbis, priuile-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

priuilegia Academica tuendi, & rixas Academicas tollendi, mandato ſerio ſemper dato.

An. 1445. cùm propter ſeditiones Academicas Electionem Doctorũ ſtudioſis ſenatus Venetus eripuiſſet, Georgius Ehinger Vlmenſis, Rector, pacem & libertatem Academiæ denuò impetrauit.

Quotannis, menſe Octobri, cùm Lectiones inchoantur, per publicum præconem Rectores vrbis priuilegiorum omnium obſeruantiam & defenſionem denunciant, & ſtudioſos veluti inuitant.

Manfredus ex Nobili familia Comitum Patauinorum, à Friderico I. Imp. Comes Palatij creatus eſt, & inuſitati vectigalis munere donatus, vt ei cenſus gratia Pátauij ius eſſet ab omnibus piſtoribus, ſingulis vicibus, cùm panes coquerent, ſingulos panes exigere, & à Cauponibus, pro quolibet dolio vini certam accipere menſuram. Quod quidem inſtitutum aliquandiu obſeruatum, poſtmodum Reipubl. decreto ſublatum eſt, cùm quidam pro vno pane duos poſcerent. Hinc prouerbium in plus iuſto exigentes: Sat eſt panem vnum pro furno dari. Scard. Com. Palatij.

Hypomnemata.

Ludouicus Patauinus, aliàs Scarampa dictus, obſcuris natalibus ortus, Philoſophiæ & Medicinæ operam dedit in Patria, (Fulgoſus chirurgum fuiſſe ait,) Romæ arma tractare cepit: ijsq; breui ſic nobilitatus eſt, vt ab Eugenio IV. in

Ioan.

Ioan. Vitellij locum Pontificijs copijs præficeretur. Auxilio miſſus Florentinis, Nic. Picininum Philippi Vicecomitis polemarchum ad Angliariam magno prælio vicit. Eo nomine Cardinalatus dignitatem promeruit, nutuque ſuo omnia adminiſtrauit, ipſum quoq; Pontificem popularibus ſuis planè obnoxium reddidit, ita vt vulgo Romæ circumferretur, etiam ab ipſis mulieribus, *Eia villano, ſe foſſe Padoano, ſareſti Papa, o Caſtellano.* Patriarchatum Aquileiẽſem quoq; adeptus eſt. Sub Calixto III. exercitui contra Turcas præfectus, eos ad Belgradum profligauit: Claſſe Rhodijs ſuppetias tulit, inſulas hoſtibus complures eripuit. Sed morte Calixti ſoluta claſſe, hoſtibus exacerbatis, Græciam in maximo diſcrime relinquens, Romam redijt. Luxu non Reges tantùm ſed & ipſum Pontificem vicit. Campum Floræ lapidibus ſtrauit. Baſilicam S. Laurentij ædificauit. Sabellium oppidum monaſterio ornauit, aquæductus inſtaurauit. Romæ obijt Anno Sal. 1465. Theſauros ex rapinis bellicis, & nundinationib. Sacris immenſos comparauit. Suppellectilem pretioſiſsimam duobus familiaribus ſuis Scarampis reliquit.

Scarampæ fortuna propitia.

Paulus II. teſtamento reuocato, Scarampas carceri tantiſper addixit, donec theſauros in ſuam redegit poteſtatem, partemq; ijſdem conceſsit. Prædia ſupra quinque millia iugerum Andreæ & Franciſco ab Arena dictis, huic nepoti, illi fratri, legauit, qui impiè partas opes inhone-

Fortunæ inſtabilitas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

honeſtiſsimè prodegerunt, adeò vt Franciſcus pronepos Patauij in Xenodochio publico annis confectus, miſerrimè vitam finiuerit Scardeon.

Circa annum Sal.1556. Patauini nobiles Academiam Conſtantum, magno animo & felici ſucceſſu inſtituêre; in Philoſophia Naturali atque Morum, in Oratoria & Poëſi; in Lingua Hethruſca, Latina atq; Græca. Exercitia Diſputationum & Declamationum frequentia: Muſicæ item tum vocalis tum inſtrumentalis. Academ. Conſtantum.

Th. Zuingerus conqueritur in Theatro ſuo, quòd Academiæ huius œconomiã & Politiam non curarit, ac inueſtigarit diligentiùs, optans vt alij excitati peregrinationis ſuæ fructum percipiant ampliorem.

Inter Patauinæ Scholæ priuilegia vetera, etiam illud fuit, vti nec quiſquam opificum eorum, qui cum ſtrepitu artem ſuam exercent, cuiuſmodi ſunt fabri omnis generis, ferrarij ſimul & lignarij, prope Collegia & auditoria habitare poſſent, quod Vniuerſitati ſtudioſorum datum videtur: at priuatim ſingulis. quòd ſi quis ſtudioſorum habitationis ſecutus oportunitatem, eò viciniæ commigraret, vbi ſimilis opifex habitaret, hic ipſe vel loco cedere, vel à ſtrepitu omni, exceptis ijs horis, quibus ſtudioſus abeſſet, abſtinere cogeretur. Muſę quietem amant.

Patauij moris fuit, vt & in reliqua Italia, eorum nomina, qui eruditione, aut quouis alio virtutis genere excellebant, parietibus publicè inſcri-

inſcribere. Profitebatur quidam nouus homo Sophiſticen. Is cùm mirum in modum ſibi placeret, exſpectabat quoq; diſcipulorum ſuorum, quos perpaucos habebat, encomia in parietibus depicta. Verùm cùm illi ceſſaſſent, nocte quadam ſolus, arrepta ſcala & pixide atramento referta, per vrbem deambulat, ſuumq; nomẽ authenticè per compita deſcribit. Accurrunt vigiles, furem arbitrantur, eumq; in carcerem conijciunt. Quod niſi miſero illi pixis cum penicillo, innocentiæ opinionem attuliſſet, ſcala profectò exitium peperiſſet.

Inſignis vanitas.

Noua hæc res & inaudita, mirificè omnium animos delectauit, ita quidem, vt ambitioſa hęc ſcala publico prouerbio circumferatur.

Baſsiano Lando Placentino, Med. excellentiſsimo, Theoricam Medicinam in Gymnaſio Patauino profitenti, cùm multi inuiderent, inuenti etiam ſunt nebulones quidam, qui vitæ illius inſidiarentur, Ann. Sal. 1561. Vrnulam puluere incendiario replent, eamq; ſub Cathedra, è qua ſingulis diebus publicè declamare ſolebat, clam reponunt, funem longum, qui extra auditorium per occultas quaſdam rimas protenderetur, Vrnulæ adaptant, eo conſilio, vt fune extra auditorium accenſo, ignis ſenſim prorepens, puluerem in vrnula contentum attingeret, & Baſsianum cum ſummo auditorum ſuorum atque adeò extremo periculo collegæ ſui Iunij Pauli Craſsi, qui eadem hora in ſuperioris contignationis aula profitebatur, è medio tolle-

Patauinorum quorundam Scholariũ enormis petulantia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

tolleret. Et ſanè voto ſuo potiebantur, niſi Baſſianus non emunctæ tantùm naris homo, ſed exquiſiti quoque odoratus, vbi Cathedram conſcendit, fumoſum quendam halitum ſenſiſſet. Eum primò ex vicinis ædibus exurgentem ſuſpicatus, cùm nihil remitteret, famulo imperat, vt quid hoc rei eſſet, inueſtigaret. Reperitur igitur funis accenſus, cuius ductum ſecuti, vrnulam ſub cathedra ſepoſitam vident, quæ cum puluere vitam ſimul & mortem Baſſiani poſt ſextantem horæ clauſiſſet. Venetias Baſsianus proficiſcitur, de inſidijs conqueritur. Senatus illum bono animo eſſe iubet, & vt ad poſſeſsionem reuertatur, obſecrat. Indici duo millia librarum, & vnius exulis reuocandi poteſtas, decreta fuerunt. Nec tamen, quamuis ampliſsimis propoſitis præmijs, auctor ſciri potuit. Gilb. Cogn. lib. 8. Narrat.

Veneti ſeueri ſcelerum vindices.

Franciſcus Petrarcha Arquati Euganeorum oppido ſepultus eſt. Quidam ruſticus, Archipresbitero ad ſe accerſito, pollicitus eſt, velle ſe de centum aureis Eccleſiæ facere Legatum, vt in ſepulcro Petrarchæ imponeretur. Archipresbiter Iacobo Zeno Patauino Epiſcopo negotium expoſuit. Zenus quin ruſticum laudaret, facere non potuit, quòd tanti clarorum virorum exiſtimationem faceret, quòd in magno ſepulcro tumulari, & immiſcendis oſsibus nobilitati vellet: Cæterùm ſub graui cenſura ſepulcrum violari vetuit.

Ruſtici arrogantia.

Theodericus Oſtrogothorum Rex Aponi

balnea,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Thermæ Aponenſes. balnea, quę ſunt in agro Patauino, muro cinxit, ædesque balneis appoſuit, vt commodius frequentarentur.

Frigerinus Capiuacius Patauinus, cùm in Baſſano agri Patauini oppido militiæ præeſſet, idque validiſsimo præſidio tueretur: ſua ſingulari prudentia deprehendit, quibuſdam militibus de prodendo Venetis oppido, eſſe ſecretò inter ſe conuentum, & diem certum conficiendo ſceleri conſtitutum. Quamobrem illicò deprehenſos, ſceleriſque conuictos, inaudito mortis genere ſontes illos omnes affecit: alios quidem, qui Centuriones erant, ſenſim comburi iuſsit, & aſſatos canibus deuorandos dari, alios per ſeptem horas (tamdiu enim ſuperuixerant) forficulis candentibus incidi: auctorem verò proditionis, diu tortum, & Galeari tormento, vt lapidem in aêra iaculari mandauit. ſub Franciſco Carrarienſe. Scard.

Proditorũ ſupplicia.

Iacobus Carrarienſis V. Dux Patauinorum doctos mirificè amauit, cùm ipſe mediocriter doctus eſſet, & Franc. Petrarcham Patauium euocatum Canonicatu, multisq; auxit ſacerdotijs, cuius necem, vt veri Mecœnatis in quadam epiſtola miſerabiliter deflet.

Carrarienſes Principes Veneti in carcerem coniectos necarunt, quoniam magnis affecti beneficijs à Senatu Veneto, non modò grati non fuerunt, ſed externos quoq; Principes ad Venetorum libertatem opprimendam ſollicitarunt. Scardon. lib. 3. Hiſt. Patauinæ.

Andreas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Stratagemata.

Andreas Grittus occupandi Patauij, Anno 1509. conſilio capto, cum exercitu, prope oppidum ante lucem ſubſtitit. Interim carri aliquot frumento impoſito, quos Legatus ad id præparauerat, cum bubulcis ante portam ſe contulerunt, atque vt ſibi aperiretur, pauliſper exſpectauerunt. Apertis portis, quæ ad priorem Medoaci fluminis alueum ſunt, quo tum alueo naues permeabant, ac demiſſo ponte, & carris in tranſmiſſu commorantibus, Legati pedites leniſsimè adueniunt, portamque capiunt, pauloque pòſt Legatus cum reliquo agmine in oppidum irrumpit; profectusque ad interiorem oppidi portam, qua murus iam alter poſtremo longè altior atque ſolidior, vnà cum altero Medoaci alueo, tanquam circino circumductus, vrbem reliquam tuebatur. Ea refracta, ad forum omnes magno clamore ac tubarum ſono rectà contendunt. Quibus obuiam progreſſa gens Parmenſis, (centurionis familiæ nomen, quæ ſe ad hoc ea nocte parauerat) armata cum Legato læta atque hilaris ſe coniunxit. Ita paruo temporis ſpatio Patauium recipitur eo ipſo die quo primo de Carrarienſe captum fuerat, cùm binos & quadragenos dies à Maximiliani Imp. partibus fuiſſet. Bembus.

Patauium proditione capitur.

Patauio à Maximiliano Imp. obſeſſo, Veneti, ne farina deficeret, fluminibus auerſis, in omnibus oppidi regionibus & vicis, molas frumentarias exſtruxerunt, quæ iumentis vertebantur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Sancta Sophia nobilis familia Patauij habuit continuata ſerie ſeptem Philoſophos, ſimulq; illuſtres medicos: vt quaſi prodigij loco haberi poſsit gentis huius cognomen: quando ſicuti Sophiæ nomine decoratur, ſic etiam re ipſa in ea tamdiu perfuſus Sophiæ ſplendor illuxerit. Primus in ea floruit Nicolaus de S. Sophia, año Sal. 1350. mortuus: cum filijs duobus Marſilio, Medicinæ, poſt Petrum Aponenſem illuſtratore ſummo, qui Bononiæ obijt Ann. 1404. & Ioanne fratre. Quartus Bartholomæus Ioannis F. Deinde Galeacius & Guilelmus. Tandem Bartholomæus Ann. 1515. Scard.

S. Sophiæ familia.

Bartholomæus Elias Patauinus, ſatis honeſto inter ciues ſuos loco natus, diu multumque cum monachis quibuſdam litigarat, ac tã ſæpè cauſsâ ceciderat, vt inde maximam rei familiaris iacturam fecerit: & iam neque æs alienum, quod grande conflauerat, diſſoluere, neq; tutò in ciuitate eſſe, aut ſaltem ſatis honeſtè pro dignitate familiæ ſuæ, in vita poſthac permanſurum ſe exiſtimaret. Itaq; fœdiſsimum, teterrimumq; conſilium ſequutus, tres paruulas atque eaſdem innocentes filias, Lucretiam, Helenam & Laurã, quòd ad eas dotandas reliquũ nullum iam ſupereſſet patrimoniũ, quarto Idus Iunij, M. DLII. lecto cubantes interfecit: falsâ nimirum ſpecie miſericordiæ in crudelitatem lapſus. Mater miſerrima nouo horrendoq; ſpectaculo exanimata, exanguis collabitur: mox recepto ſpiritu, niſi amicorum interuentu prohibita

Ex litibus deſperatio.

hibita fuiſſet, è tecto ſeſe pręcipitem datura fuerat. Pater ſe, quo facto pium putârat, ſceleratum iam intelligens, repentino furore actus, patrijs è finibus ſe furtim proripuit: perq; inhoſpita loca nocturnis itineribus errans, in vicum tandē Grignæum quem vocant (is iacet inter Alpium iuga prima) ſeſe recepit: atq; ibi demùm nefarij atrociſsimiq; poſt hominū memoriam perpetrati flagitij conſcientia victus, ſacerdotem ad ſe vocari curat, eiq; facinus ſuum faſſus, abſolutionē vel ab inuito minis extorquet. Mox intempeſta nocte, cùm nullum aliud telum ſuppeteret, Furiarum indicio, falcem meſſoriam in angulo hoſpitij latentem, rubigine eroſam & planè habetem, arripit, eaq; guttur ſibi terquē quaterq; repetitis ictibus lacerarit potius quàm præcidit, nec tam ex vulneris violentia, quàm ſanguinis profluuio infelicem efflauit animam. Exſtat de ea re elegans carmen Iacobi Rufini.

Patauini peſtilentia circa annum M. D. LV. agitabantur, miti quidem illa, ſed quę per interualla ita increbreſceret, vt contagij ergò à vicinis vrbibus, ab ipſis etiam Venetis proſcripti, omnesq; commercium illis interdictum fuerit. Gliſcente morbo σποραδικῶς potius quàm populariter, deprehenſum tandem (Iudæi obſeruatione, qui veſpillonem per vicum Hebræorū incedentem pueris fili globum objeciſſe viderat) chirurgum Hiſpanum, Monachum Anthonianum Patauinum, & veſpillonem fœdus inter ſe iniuiſſe, ijs legibus vti veſpillo in vrbe conta- Abominabile veneficium.

gium diſſeminando, peſtilentiam aleret, Monachus inter confitendũ ab ægris an pecunias ſecum in Noſocomium extuliſſent, indagaret: Chirurgus nummatos & pecunioſos vel pharmaco, vel vſtionibus ſub medendi prætextu tolleret. In vincula coniectis, crimenq; faſsis, ceruices laqueo fractæ: Patauini à peſtilentia liberati ſunt. Theod. Zuingerus, qui eo tempore Patauij apud celeberrimum Medicum Baſsianum Landum amanuenſis munere fungebatur.

Blanca Rubea Patauina vxor Baptiſtę à Porta in præſidium Baſsiani municipij Patauini cum viro profecta, Anno Chriſti M.CC.LIII. cùm Acciolinus tyrannus Patauio amiſſo, omnem belli vim in Baſsianum conuertiſſet, & proditione etiam cæpiſſet, atque in ipſis portis Baptiſtam obtruncâſſet: Blanca quoque armis induta fortiter pugnans, à militibus circumuenta, captiua ad tyrannum ducitur. Is formâ eius (quam augebant arma) motus, primò blanditijs, mox etiam vi adortus, eam corrumpere tentauit. Illa cùm aliâ ratione non poſſet, per feneſtram ſe dedit præcipitem, ſemianimis ex caſu vix tandem curatur. curatam Tyrannus denuò aggreditur: & quia conſentire nolebat, ſeruorum opera ligatam, conſtuprauit. Illa dolorem diſsimulans impetrauit ab amicis, vt ad leuandum mœrorem & deſiderium aperto ſepulchro mariti fœtidum cadauer ſemel tantùm aſpicere poſſet. Morem illi gerunt.

Memorabile Heroinæ facinus.

runt. Aperto itaque ſepulchro, vbi iacebat, illa magno emiſſo eiulatu in ſepulchrum ſeſe præcipitauit: ſimulq; tantâ violentiâ lapidem impulit, vt vnà rueret, & Blancæ ceruicem frangeret. Sic pudicitiam ſuam vlta, ex voto ſuo, commune cum marito ſepulchrum obtinuit. Bernard. Scardeon. lib. 3. Hiſtor. Patauinæ.

Limeneorum olim domus Patauij floruit. Narrant ex ea gente duos fratres, cùm per æſtatem ruri noctu poſt cœnam in atrio domus de diuerſis rebus inter ſe loquentes ſtarent, ſuſpicientes & contemplantes innumeras ſtellas, quas tunc fortè ſereno cœlo fulgere videbant: per iocum alterum velut ridendo dixiſſe, precari ſe, tot ſibi boues eſſe, quot ſtellas fulgere conſpiceret. Alterum mox itidem per iocum reſpondiſſe: Vtinam mihi pratũ eſſet inſtar cœli latum: & ad fratrẽ conuerſum dixiſſe, Vbi tuas paſceres boues? At illum: In tuo prato, ſubintuliſſe. Rurſum alterum, Si vellem. Te etiam inuito, alter reſpondit. Et ita altercando riſu in iram, & mox ira in rixam, & in ſerium furorem conuerſo, dum neuter alteri cedere vult, exertis vtrinq; gladijs, quibus fortè ambo erant infeliciter accincti, ſe inuicem transfixerunt. Et hinc vnus, illinc alter humi decidentes, exanimes in ſuomet ſanguine volutabantur, donec à domeſticis, qui eos altercantes audierant, delati intra domum, fatali hora properante extincti ſunt. Bern. Scrad.

Funeſta rixandi libido.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Bertæ, Heinrici IV. Imp. vxori (quæ tunc Patauij degebat) ruſtica quædam ex vico Montagnano, Berta nomine, filum tenuiſsimum, quod ſuapte manu elegantiſsimè duxerat, & in vrbem delatum, iuſto pretio vendere non potuerat, dono obtulit. Illa & doni elegantiam, & Ruſticæ animum admirata, Præfecto ſuo imperat, Montagnanum ſubitò proficiſcatur, & tot terræ iugera ex publico agro Bertæ attribuat, quòd filo honorario per longitudinem extenſo, circumdari poſſent. Sic Ruſtica illa ex inopi ditiſsima euaſit, ita vt ab ea Patriciorum Patauinorum familia (qui de Montagnano dicti ſunt) clariſsimâ fluxerit. Vicinę mulieres, Bertæ exemplum imitatæ, cùm filo Reginam obruerent, acutè ſingulis reſpondit: *animum veſtrum laudo, ſed benedictionem Berta præoccupauit:* Quod apophtegma in Patauino agro prouerbij vim adhuc obtinet, quando diſparem temporis conditionem expreſſuri aiunt: *non è piu el tempo, che Berta filaua.* Bernardin. Scardeon. lib. 3. Hiſt. Patauinæ.

Bertæ Auguſtæ liberalitas.

Alchymia veteribus nota.

Superiore ſeculo Patauij mirabile Alchymicæ argumentum inuentum eſt. Vrna fictilis erat, his inſcriptis verſibus;

Plotoni ſacrum munus ne attingite fures,
Ignotum eſt vobis hoc quod in orbe latet.
Namq; elementa graui clauſit digeſta labore
Vaſe ſub hoc modico Maximus Olibius.
Adſit fœcundo cuſtos ſibi copia cornu
Ne pretium tanti depereat laticis.

Intra

Intra hanc vrnam reperta eſt minor alia. Qua aperta, duæ ampullæ inuentæ ſunt affabrè elaboratæ, altera ex argento, altera ex auro, puriſsimo quodam liquore plenæ, quo lucerna adhuc ardens per multa ſecula conſeruata putatur. Vrnulæ inſcripti erant hi verſus.

Abite hinc peßimi fures,
Vos quid voltis veſtris cum oculis petaſato caduceatoq́;
Maximus Maximo donum Plutoni hoc ſacrum facit.

Bernard. Scardeon. hiſt. Patau.

VENETIAE.

ANno Sal. 421. Gothorum ſæuitiam experti Patauini, in vicinis æſtuarijs ſeceſſum tantùm quærentes, Conſulibus eò cum 114. architectis, militumq́; præſidio, in Riuo alto Vrbis Venetæ fundamenta iecêre, VII. Kal. April. Accreuit vrbs, poſteaquam Attila vaſtitatem Venetiæ attulit: in primis verò cùm Agiulfus Patauium incendit. Auguſta Venetiarum origo.

Ergo cùm & ſalutis, & eorum oditatis gratia certatim inſulæ incolerentur, Riuus altus, Canalis regius, Quintauallis, ſiue caſtellum, Dorſum durum, Methemancum, Foſſa Clodia, & Paleſtinæ, paulatim à Patauinis inſulani de-

ſcruêre, ſeſeq; Venetos dixêre, regionis nomine ad vrbem translato. Patauinæ proinde ciuitatis filia Venetorum vrbs iure appellari poteſt.

Poſt Hunnicam calamitatem, Longobardis Alboini ductu Italiam inuadentibus, aucta eſt magnoperè ciuitas, quam iam ante Narſes Eunuchus ob ſtrenuam contra Gothos præſtitam operam duobus templis ornauerat. Sabellicus.

Narſetis in Venetos amor.

De ea Sanazarius ita ſcribit.

Viderat Adriacis Venetam Neptunus in vndis
Stare vrbem, & toto ponere iura mari;
Nunc mihi Tarpeias quantumuis Iupiter arces
Obijce, & illa tui mœnia Martis, ait:
Si Pelago Tyberim præfers, vrbem aſpice vtramq;
Illam homines dices, hanc poſuiſſe deos.

Sub ipſam Venetæ vrbis originem, cùm vndique magnis pollicitationibus ad nouam vrbem incolendam homines rei maritimæ naualisq; fabricæ periti, accerſerentur, neq; ſeruilis fortunæ quenquam, neq; ſicarium ſceleſtúmue aliquem in eam receptum affirmant.

Venetorum generoſitas.

Ex quo manifeſtè apparet, viros illos optimos, vrbis conditores noluiſſe naſcentem ciuitatem praua vlla conuenarum colluione contaminari. Quod ipſum non modò non fecerunt illuſtrium vrbium Conditores quidam, ſed vltrò flagitioſiſsimum quenque, aperto ad hoc ipſum aſylo, in ciuitatem euocauerunt. Verùm illi frequentiæ, hi morum ſanctitati, nobilitatiq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

tique ſuæ conſultum voluêre. Sabellicus.

Anno Salut. 1 3 4 2. Venetæ vrbi, præcedente horrendo terræ motu, quo mulieres grauidæ perterrefactæ, ferè omnes abortum fecerunt, noua vis peſtilentiæ inguinariæ incubuit adeò lethalis, vt ex omni languentium numero vix centeſimus quiſque mortem euaſerit. Ex Scythia primùm orta dicitur, inde per oram Pontici maris, & Helleſpontũ graſſata, per Græciam demum & Illyricum Italiæ inſinuatur. Hanc credo eſſe peſtilentiam, quæ Italiam humano cultu inſigniter deformauit. Veneti in tam fœda vrbis vaſtitate edictum propoſuêre, vt quicunque hominum Venetias cum coniuge & liberis peterent habitãdi cauſſa, perſeuerarentq; biennio in nouo incolatu, pro ciuibus haberentur. Sabell.

Veneta Reſpublica primùm Conſulari poteſtate gubernari cœpta. Auctæ inde ſub aduentum Atilæ coloniæ, Tribuni pro Coſs. creati annui, per 230. annos & amplius, qui ab Heraclia Heracliani dicti ſunt, in gratiam Heraclij Imperatoris. Tandem cùm Tribunorum diſcordia Reſpublica parum ab externa vi tuta eſſet, Chriſtophori Gradenſis Antiſtitis ſuaſu noua Reipub. forma introducta, & Dux creari cœptus. *Magiſtratus Venetiarum.*

Sub Horleo Hypato, cognomine Vrſo, Duce tertio, circa An. Sal. 728. Venetiæ inteſtino bello affliguntur, quæ Vrſo odiorum fomite occiſo, tranquillitati reſtituuntur. *Inteſtina bella.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Magiſtri militum. Placuit tunc Venetis nouo vti magiſtratu. Creabantur ergo Magiſtri militum Dominicus Leo, Felix Cornicula, Theodatus Vrſi F. Iulianus Ceparius, vel Hypatus, Cianus, vel Ioan. Fabriciatius.

Duces recipiuntur. Cianus à populo excæcatur, & quinquennio nondum exacto, Duces recipiuntur, ac Theodatus Vrſi F. Medoacenſi conuentu Dux declaratur, & ibi poſtea ſedes fuit Ducaria.

Ann. Sal. 836. LX. triremes contra Saracenos in Crotoniate ſinu amittunt, quibus à Lothario priuilegia confirmantur.

Sub Petro Candiano, ſiue Sanuto Iſtri raptores Virginum opprimuntur, & Iuſtinopolis capitur, circa ann. Salut. 935.

Reipub. incrementa. Sub Pet. Vrſeolo, qui Ann. Salut. 991. Ducatum ſuſcepit, Vectigalium immunitas ab Alexio Imp. conceſſa, ac Iſtri & Dalmatæ in fidem recepti.

Sub Vitali Falerio Ann. Sal. 1060. in Ducem electo, Dalmatia & Croatia ab Alexio Imper. conceditur.

Vitalis Michaël I. Ann. Sal. 1096. Dux creatus, 200. nauium claſſem in Syriam mittit, ad Hieroſolymam recuperandam. Smyrna capitur, D. Nicolai corpus aduehitur, & Piſani æmuli ad Rhodum vincuntur.

Anno Salut. 1101. Ordelaphus Faledrus Dux creatur, Claſsis in Syriam mittitur. Ptolemais & Sidon expugnatur. Priuilegia in Syria acquiruntur.

Ann.

Ann. Sal. 1120. Dominicus Michaël Dux eligitur. Claſsis in Syriam mittitur. Turci ad Ioppen vincuntur. Tyrus expugnatur. Rhodus & Chius diripitur.

Ann. Sal. 1131. Petrus Polanus Dominici gener, Dux ſalutatur. Emanuel Græc. Imp. contra Rogerium Siciliæ Regem defenditur. Corcyra capitur, Sicilia vaſtatur.

Sub Dominico Mauroceno, qui Anno Salut. 1148 Dux creatur, à Gulielmo Siculo priuilegia dantur.

Eo bello quod circa Sal. ann. 1170. contra Emanuelem Grȩcorum Imp. Veneti geſſere, dum ſimulatâ à Græco pace Legati citro vltroq; mittuntur, ſubita vis morbi Venetam claſſem inuaſit, tantaque vis hominum breui conſumta eſt, vt creditum ſit vulgò, & fontes & flumina, vnde Veneti aquabantur, Emanuelis fraude venenis infecta. Et quia peſtis in hybernis contracta aliquantò atrociùs incubuit, vt remiges ſocijque nauales paſsim expirarent, turmarum clamoribus, amariſque criminationibus Vitalis Michaël II. Dux deterritus, claſſem vehementer affectam Venetias reduxit. Vulgatus eſt inde morbus, totaq; vrbs peſtilentia infecta, vt multò plures hîc paucis diebus, quàm foris, vita defuncti ſint. Qua recenti clade, tanta orta eſt Vitali inuidia, vt concione egreſſus, cùm ſe purgare volenti ab omnibus obſtreperetur, interfectus ſit, anno ſui principatus 17. Omnes Iuſtinianæ Gentis viri, qui ad id bellum exierant, ad vnum Horrenda lues.

interiê-

interiêre. Quæ domus apprimè nobilis ne prorſus extingueretur, publicè eſt à Rom. Pontifice petitum, datumque ciuitati, vt vnus Nicolaus, qui ex ea familia reliquus eſſet, ſacrisque D. Benedicti initiatus, ad reparandam ſtirpem daret operam connubio. Ei ſe Dux filiam Annam deſponſurum profitebatur, ſi per Alexandri Pontificis gratiam liceret. Cui petitioni Pontifex aſſenſus eſt. Ex eo felici coniugio mares liberi & feminæ aliquot editæ. Nicolaus tandem cum vxore de ineunda religione iterũ cogitare cœpit. Igitur ad Diui Nicolai in littore maritus redijt, ſacri iterum imbuendus; & vxor ipſa non longè à Torcello cœnobium extruxit, quod Diuo Adriano dicatum eſſe voluit. Egnat. & Sabellicus.

Iuſtinianeę familiæ reſtauratio.

Sub Henrico Dandulo qui Ann. Salut. 1292. Dux ſalutabatur, Piſani æmuli ad Polam vincuntur, Iadera recipitur, & Byzantium bis capitur, ac Creta, fruſtra eam extorquentibus Genuenſibus, Venetis attribuitur.

Sub Andrea Dandulo Comeſino, qui anno Salut. 1342. Dux ſalutatus, Genuenſes in Caralitano ſinu prope Sardiniam amiſſa omni claſſe, ſe Vicecomiti Mediolanenſi dedidêrunt, ne Venetis ſeruirent.

Sub ſequenti autem Duce Marino Falerio, victi ad Sapientiam Veneti, Imperium amiſiſſent, ſi Genuenſes victoriam proſecuti fuiſſent.

Nullum eſt emporium interni maris, quod à Gadatino freto inter Africam & Europam in

Venetiæ maximum mundi emporium.

Syriam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Syriam & Ægyptum ad ortum excurrit, ad ſeptentrionem verò & Boream ad Boſphorum, & Mæotidem paludem, nullus tam ignoti littoris receſſus, quem Venetæ triremes ex antiquo ciuitatis inſtituto non negotiorum cauſſa frequentent.

Supra fidem eſſet enarrare, quæ vis nauium, non Italiæ ſolùm, ſed Liburniæ quoque, Dalmatiæ, Macedoniæ, ac totius Græciæ lottora velut ſuburbana quædam loca aſsiduè ſcrutentur. Sunt quæ ſtatis anni temporibus ad merces ex remotiſsimis locis petendas publicè inſtruuntur. Ex his quatuor longæ naues, ex Syria atq; ex Ægypto totidem, aromata, ſericum, gemmas, vniones in Italiam deferunt. Ex Lybia tres, aurum, gemmas, & mancipia. Duæ ex interna Gallici maris ora pretioſiſsimum vellus, & Hiſpanum ſericum omnium longè nobiliſsimum. Quatuor à Tanai & Mæotide palude ſalſamenta, tapetas, & Smaragdos, ac præter eum numerum, quatuor ex Gallici Oceani emporijs lanas, aurum, aulæa, & Flandrenſis panni vim omnino ingentem. Sabell.

Nauigationes Venetorum.

Venetijs patrij moris eſt, vt pars multò maxima ciuium, tertia ferè diei hora vnum in locum coëat, velut ad emporium, negotiorum cauſſa. Riuo alto eſt nomen loco, vbi ſine fremitu, ſine altercatione vlla (tanquam nutu, non verbo inter ſe paciſcantur) cuncta orbis verius quàm vrbis negotia incredibili ſilentio tranſiguntur. Tanta eſt & vni ciuitati in rebus agen-

Negotiatorũ conuentus.

dis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

dis grauitas & modeſtia: vmbras dicas & ſtatuas eſſe, non homines, frequentem illum hominum conuentum, tametſi proximus ſpectes, vt verè ſciteque illud in ore multorum, Negotiationem nulla re minus egére quàm verbis. Sabellicus.

Templum D. Marci Venetijs nõ tam magnitudine & vaſtitate ſua, quàm ornatu inſigne, & inprimis auguſtum, ſi primùm ingrediare, crucis figuram proferre videtur, cuius anguli in altiſsimas conſurgunt teſtudines: quarum faſtigia, vt reliqua templi facies, plumbeis tegulis operta, ad centum viginti ſtadia ex alto ad vrbem nauigantibus inter eminentiſsima vrbis ædificia occurrant. Superbiſsimi ad id fornices, mirâ inter ſe arte coëuntes, totam molem fulciunt. Quidquid operis eſt, à media templi parte puriſsimo fulget auro, muſsino opere mirificè variatum. In ipſo teſtudinũ connexu Græcanici operis vetuſtiſsimæ imagines, mœſta quadam venerabiliq; præſentia, horrorem cum religione mixtum, ſpectantium animis inferunt. Marmoreæ vndique tabulæ, ad pauimentum vſque ipſum, varij marmoris occurrunt, tanto artificio ſibi ad-inuicem compoſitæ, vt eædem inter ſe ſimiles videri poſsint. Sedilia circum ædem marmorea. Pauimentum vermiculato opere, marmoreis fruſtis diſtinctum. Columnæ complures Parij lapides, vel Tapſici aut Numidici, cum duplici ſuggeſtu marmoreo. Cautum publico decreto fuerat, vt quidquid egregij ope-

Templi architectura.

Studium in decoranda vrbe.

ris

ris Veneti ipſi nauigantes, quocunq; terrarum ambirent, id ipſum Venetias deferrent. Veſtibuli aurei fornices trecentis & amplius fulciuntur columnis, magnitudine & colorum varietate conſpicuis; intercolumnia & quidquid in area ipſa operis eſt, cum pauimento marmoreis tabulis pro tectorio renitet. Veſtibuli partem ſuperiorem equi quatuor æneí, diuerſo ſtatu varioque exornant. Templi ſupercilium ſenis ſeſe pinnaculis explicat: quarum ſingula in tabernaculi ſpeciem ſurrecta, ſingulas habēt ex candido lapide ſtatuas, nudi genij: aliaque ſplendidiſsimi aſpectus ſimulacra, ſuo quæque ſtatu operibus inſerta, miro quodam modo, ipſam pinnarum exornant intercapedinem. Exſtructum fuit ſub Seb. Ziano Duce, ab Architecto Conſtantinopolitano. Egnat.

Veneti, Sebaſtiani Ziani Ducis auſpicio, ex Conſtantinopolitana vrbe Architectū inſignem accerſerant, ad exſtruendam auream D. Marci ædem: Præter ampliſsima munera, etiam marmoream ſtatuam in auguſtiſsimo templi loco ſibi poni Græcus homo poſtulabat: Aſſenſerunt Patres: at ferè abſoluto opere, nimiâ leuitate coram Patribus impudens faſſus eſt, ſe quidem multò celebrius templum ipſum fuiſſe exſtructurum, niſi inter opus ipſum occurriſſent plura, quæ illum prudentiorem feciſſent. Ad quæ ſubridens Dux; Ergo nos quoque de ſtatua ponenda prudentiores reddemur. Itaque in veſtibuli fronte marmoream ſtatuam collocârunt,

Statuarij arrogantia.

manu

manu ad os obiecta, quaſi illum dicti ſui pœniteret. Egnat. lib. 6. cap. 5.

Ann. Chriſti 1209. Conſtantinopolis à Venetis & Gallis, Duce Balduino, capta & miſerè vaſtata eſt, Imp. Alexio vrbe fugâ elapſo: Deinde Anno 1620. Michaël Palæologus per Cæſarem Strategopolum, ne millenario quidem exercitu inſtructum, Conſtantinopolim recuperauit, regnante tum ibi Balduino primo ex ſorore nepote. Gregoras lib. 1. & 4.

Conſtantinopolis capta.

Conſtantinopoli vrbe à Venetis olim recepta, Gallisque fœdere iunctis, Alexius Pater in imperium reſtitutus fuit: Quo fœdè trucidato, Murziphli cuiuſdam operâ, eodemque mox in fugam conuerſo, Venetis Gallisque imperium commune ceſsit. Non pauci vrbis Conſtantinopolitanæ opportunitate capti, augendi Veneti nominis cauſsâ, eò Imperij Veneti ius transferre ſuadebant. Alij vrbem auſpicatò conditam, diuoque Marco dicatam per tot annos minimè deſerendã eſſe contendebant; præſertim quando cum ſuo nomine Venetię maximè facere viderẽtur, quaſi huc omnibus mortalibus veniendum eſſet: Ergo Patrum auctoritate conſilium transferendæ vrbis reiectum. Egnat.

Emigrationis conſilium.

Obſidebant Veneti circa ann. Sal. 1281. Tergeſtum, & caſtellum exſtruxerunt. Cardanus, qui honeſtiſsimum ordinem in Venetis caſtris ad eam diem duxerat, in perfidiæ ſuſpicionem venit præſidij tradendi: capto, quæſtioniq; adhibito, nefarij conſilij confeſsio expreſſa eſt: Conuictus

Suppliciũ proditoris.

uictus ſceleris, poſtridie, vbi primum illuxit, tormẽtali machinâ in hoſtium caſtra coniectus eſt. Sabellicus.

Cùm Veneti Hieroſolymitanâ expeditione præclaram Reipubl. Chriſtianæ operam nauâſſent, & iam Tyrus obſidẽda eſſet, quamuis Balduino Hieroſolymorum Rege à Turcis capto, ſub primam obſidionem in has à Varimundo Patriarcha Hieroſolymitano & Venetis ventum eſt conditiones, vt, quæcunque à Balduino Rege in Syria fuerant priore bello Venetis conceſſa, eis rata manerent. Blondus Foroliuienſis ait, ſe priuilegij illius vidiſſe formulam, in quo hæc notata eſſent, vt in omnibus Hieroſolymitani regni Antiochenique principatuś vrbibus, priuam aream, privum vicum, privumq; forum Veneti haberent: nec quidem ea tantùm, ſed & alia quædam non pauca ad vſum vitæ neceſſaria: negotia ad hęc quæ Veneti in Aſia facerent, omnibus eſſent vectigalibus immunia. Si quis Venetus naufragiũ feciſſet, aut inteſtatus diem ijs locis obiuiſſet, illius bona Veneti Magiſtratus eſſent, cui quotannis regius quæſtor ex Hieroſolymitano aureos nummos trecẽtos numeraret. Hæc Balduinus poſtliminio reuerſus, rata omnino eſſe voluit. Sabell. lib. 6. Dec. 1. Additum his, vt tertiâ parte Tyri & Aſcalonis, vbi primùm eorum ope recepta fuiſſet, potirentur eo iure, quo qui optimo. Æmilius lib. 5.

Venetorũ in Oriente potentia.

Quoniam apud Venetos Magiſtratibus comitijs maioribus creandis leges iubent, vt ij

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

quibus id fortè munus obtigerit, vt nomen alicuius ciuis ad honores publicos ſuffragijs prouehendi palàm ederent, optimum quenque ciuem renuncient, ac nonnulli diuites ex ciuibus, qui eſſent, nonnihil donarent eis, qui illos ad ſuffragia legiſſent, quò proniores ad eos in poſterum renunciandos. Anno M. D. VI. legem Decemuiri tulerunt, qui ciuis cuipiam, qui eum ad ſuffragia legiſſet, vti Magiſtratus crearetur, pecuniam aut quid aliud ob eam rem dederit, donauerit, quâ in Inſulâ Decemuiris placebit, exul eſto, eo relicto loco captus, fœdiore in vrbis carcere vitam producito ac relinquito: eam pœnam minorem, niſi omnibus ad vnum ſuffragijs collegium ne facito, qui facere volet, ei decem auri libra mulcta eſto. Bembus.

Lex contra ambitum.

Anno M. D. XI. cùm in creandis Magiſtratibus ambitus magnoperè viguiſſet, vt prenſandis ciuibus, qui ſuffragia in comitio daturi eſſent, à candidatis & candidatorum propinquis, clientibus nullo modo fieret, nulla eos modeſtia contineret, legem tulêre. Qui deinceps ciuis ciuem rogauerit, vt ſibi aut alicui ſuorum in dando ſuffragio fautor ſit, is ad vllum Magiſtratum, aut omnino Reipublicæ in comitio munus intra decem annos ne admittatur, & ſi in Magiſtratu fuerit, ab eo reijciatur: cui autem ſe rogari contigerit, is rogatoris nomen ad Decemuiros deferat: id ſi non fecerit, quinque annos mulctam eandem ſubeat: Ita magnæ ciuium

uium immodeſtiæ à Patribus obuium eſt itum. Bemb.lib.7.& 11.Hiſt.Venet.

Veneti Ægyptiorum conſuetudinem imitati, defunctorum Ducum vitam cenſent: Si quid deliquiſſe deprehendantur, multùm hæredes perſoluere coguntur. Leonardus Lauretanus Venetorũ Princeps clariſsimus (qui Ducis dignitati per viginti annos ita præfuit, quatuor liberis iam adultis, vt eius prudentiam ac bonitatem ſingularem, dum vixit nemo vnquam deſiderauit) cùm obijſſet, vitam illius examinare cœperunt Triumuiri, qui mortuo Principe creari ſolent. Quod cùm illi acerbius aliquanto indagarent, nullumque omnino ſupereſſet veſtigium; principatus enim ſanctè ab eo ac liberis adminiſtratis, vix ab inſtituto decedere potuerunt, non niſi totius ciuitatis querelâ, quòd in memoriam tanti Principis, tam acres, tamq; vehementes videri vellent. Egnat. Venetorũ cenſura.

Antonius Siculus cognomento (ex ea enim Inſula oriundus erat) Venetijs ortus, educatuſque, maritimis artibus à primis annis imbutus, cùm apud Chalcidem ageret, captus à Turcis, diu cum illis ſeruitutẽ paſſus erat, omniaq; eorum publica, priuataq; munia diligentius explorârat: Liberatus igitur à tam graui iugo, lætus Mocenicum tunc claſsis Imperatorem adit, pollicet urq; illi, ſeſe paratum ad naualia incendenda, quæ Calipoli ampliſsima inſtructiſsimaque erant. Verſatum ſeſe in ijs locis ad aliquot annos eâ mente & animo vt Chriſtianæ Ingentis animi facinus.

pietati, & Veneto nomini inprimis prodeſſet: petere igitur ſe ab illo, vt paratis, quæ tantæ rei neceſſaria eſſent, ſeſe dimitteret. Quâ re cognitâ Imperator ſtructo ſtatim nauigio, vęnalibusq́; pomis referto (ſic enim illi placuerat) ſuperato facilè Helleſponto, Calipolim appulit: mercatoriſque perſonam ſimulans, qui ea poma venderet, aliquot dies cuncta perluſtrans, tandem noctu perfracta naualis ipſius porta, ignem ſecum & picem deferens, magnam partem armamentarij eius incenderat, cùm vigiles Turcę tectorum fragore, flammæque ſonitu excitati, eò conuolant. Quod cùm ille cognouiſſet, ſtatim correptâ fugâ ad nauigium redijt, in aduerſum Helleſponti ripam nauigaturus: Cæterùm imprudens correpto nauigio picis incendio, enatando inuaſit, in proximâq́; ſylua ſe abſcondit. Interim cùm Turcæ incendij auctorem perquirerent, facilè è natantibus pomis nauigijq́; reliquijs conijciunt, hunc vnum fuiſſe, qui tantum facinus patrâſſet. Quem ſtatim ſequuti per proximam ſyluam veſtigijs exſtantibus, captum ad Subbaſſam adducunt Callipolim; quem ille ad Principem Otthomannum deducẽdum quamprimùm curat, ratus non muneris eſſe ſui, vt in hunc ipſum animaduerteret: Ad hunc igitur adductus, interrogatusque, cur tantum facinus auſus eſſet? magnâ animi conſtantiâ reſpondit, mirari ſeſe, qui ex Chriſtiano homine hoc quærat: *An neſcis,* inquit, *te vnum eſſe, quem Chriſtiani homines meritò ſummo odio perſequantur omnes? an verò*

Chriſtiani odium aduerſus Turcas.

diſſi-

diſsimulare potes acerrimum tuum in nos odium? qui pietatem noſtram tot annos crudeliſſimè inſectaris? qui tot regna, tot vrbes nobis ademeris, qui tot populos, tot gentes interemeris? qui denique noſtræ pietatis finem vnum tantùm cogitas? in tuos quoque ipſos ſummâ immanitate vſus. Princeps eius orationis vim iam non ferens, tantamque indolem in vno iuuene admiratus, diſſectum medium interfici, in publicum proijci iuſsit. Hac re cognitâ Senatus Venetus, ſuperſtiti fratri annuum ſtipendum ſtatuit, & ſorori, quæ Venetijs agebat, dotem inprimis honeſtam annumerari voluit. Egnatius.

Venetus Senatus triginta familias plebei ſanguinis optimè de Republ. Venetoque nomine meritas, difficillimo tempore Clodienſis belli, patricio ordine omnes cum ſuis hæredibus donauit. Egnatius. Plebeis patricius honor exhibetur.

Brixienſes diuturnâ obſidione fatigati, à Philippo Vice-comite, fame & peſtilentiâ inſuper confecti, quia in fide perſtiterant, à Venetis perpetuâ ſunt donati immunitate: Et vt Plebs ſua quoque ſentiret præmia, molarum vectigal, quod viginti millibus locari conſueuerat, in perpetuum eſt populo remiſſum. Sabell.

Scodrenſes Epirotæ Turcis octavum iam menſem vrbē obſidione ſecundâ prementibus, cùm ferro flammiſque hoſtilibus fortiſsimè reſtitiſſent, vrbem ipſam Veneti Solimanno dedere coacti ſunt; inuitis, quod in ſe eſſet ciuibus, qui mori etiam fame mallent, quàm Ve-

Venetorũ in fideles gratitudo.

netis non parére. Senatus quadringentos & quinquaginta qui ſuperfuerant, præter vxores & liberos aduenientes, ita excepit, vt alios perpetuis ſalarijs donarent, alios oppidorum ſuorum arcibus præficerent, reliquos ad vnum nullo non beneficij genere perſequerentur. Id quod antea etiam Chalcidenſibus publicè datum erat. Egnat.

Careſini Patricii.

Raphaël Careſinus magnus Cancellarius, quamuis humili plebeioque loco natus, pro egregia tamen ſua virtute & ſtudio Patribus impenſo, per id tempus quo Clodia Venetis à Genuenſibus erepta erat, in Patriciorum ordinem, cum ſuis hæredibus legitimo loco natis, aſcitus eſt. Egnatius.

Vinũ honorarium.

Conſalvus Agidarius, Arragonię claſsis Præfectus, ob fidelem operam Venetis præſtitam, vini Cretici amphoras quingentas, caſei ſexaginta millia librarum à Benedicto Piſauro, claſſis Venetæ præfecto, dono tulit; Eidemque Senatus cum iure comitiorum dedit, addidit argenti fabrefacti libras 260. Bembus.

Vrbis in ciues gratitudo.

Poſt diſceſſum Maximiliani Imper. ab oppugnatione Pataauij, ob agreſtium in Rempubl. fidem iuſsêre Veneti, vt annum totum à creditoribus ad ſoluendum cogi non poſſent.

Vrſini in patriam fides.

Nicolao Vrſino, qui Rauennæ Reipubl. Venetæ erat copiarum Præfectus, ob eius fidem atque conſtantiam, quòd à compluribus ciuitatibus & Regibus vt ipſorum ſtipendia faceret, magnis pollicitationibus inuitatus, Rempubl.

deſerere

deſerere noluerat, per triennium ei Imperatorium nomen, cum ſtipẽdio annuo auri librarum quingentarum Senatus dandum cenſuit.

Iacobus Caballus Veronenſis Clodienſi bello rei militari vniuerſæ Præfectus, littora contra Ligurem hoſtem ſtrenuè defendit: Eum Senatus Venetus patricio ordine donauit, illo inſuper addito munere, vt quotcunq; ille pro domeſtico vſu ſuo in vrbem inferret, neq; ipſe, neq; eius hæredes quidquam in publicum cenſum referre cogerentur: Quod nulli Venetias incolenti hodie ſit conceſſum. Egnat. Caballorũ familia.

In reprimendis Maximiliani Imp. militibus, præclarâ Hieronymi Saorniani Foro-Iulienſis virtus fuit, qui ſuorũ clientum & agreſtium ac montanorum hominum manu omnes ferè hoſtium impreſsiones atque impetus audaciſsimè ſuſtinuit: Itaq; poſtea anno M. D. IX. quo die antiquâ conſuetudine ciues ſexaginta maioribus comitijs creantur, qui annũ in Senatu ſint, eum is honorem à Venetis eſt adeptus, atq; ita quidem adeptus, vt omnes ciues, Principesq; ciuitatis ſuffragiorum numero vicerit, quæ res antea nunquam acciderat, vt cuius maiores domicilium extra vrbem ſemper habuiſſent, ipſe in vrbem ſuis modò temporibus, ac per occaſionem venditârit, in ſenatum legeretur. Vt autem pluribus etiam ſuffragijs, quàm vllus alius, eam rem conſequeretur, id verò magnoperè mirum omnibus atque inauditum fuit. Suriana familia.

Bonifacio Sonzinio qui ſe amanter pro Re- Sonzinij.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

publ. Veneta Patauino bello geſſerat, auri libra annis ſingulis immunitasq́ue rerum omnium, ei liberis poſterisq; tum vt ipſe liberiq; extra ordinem in Senatum legerentur, dono datum.

Anno M.D.IV. quòd Vincentius Naldius Fauentinus, magnâ in oppidi finibus gratiâ, omne ſtudium & diligentiam adhibuiſſet, vt Fauentia in ditionem poteſtatemq; Reipub. Venetę redigeretur, ei militiæ inſignia cum veſte aurea, aurique libræ viginti ſunt à Patribus dono datæ, tum quinq; in annos ſingulos conſtitutæ penſionis nomine immunitate rerũ omnium quam hæredes eius ſequerentur addita, primis quoq; proximi ordines militũ belli tempore promiſsi, eius etiam propinquis quatuor victus annuus attributus: neq; multò pòſt ædem honeſtantes, donaque totidem quot in Vicentium Senatus contulerat; in Dionyſium item Naldium eius conſobrinum ſunt collata. Bembus.

Fidelitas bene recompenſata.

Bello, quod Maximilianus Imp. Venetis fecit, miſerant Ferrariam Decemuirûm Venetorum Magiſtri, Petr. Vampum è plebe hominem, qui ſe obtulerat claſſem in flumine oppidi mœnia pręterlabente cuſtoditam ſuccenſurum: Sed illum ſocij indicio proditũ, Ferrarienſes interfecerunt. Eâ re ad Decemuiros delata, tribus Vampi filiabus paruulis victus eſt annuus è publica collegij pecunia cum domo, quam inhabitarent, dono datus, & dos cùm adoleuerint, ſingulis auri ſeſquilibra conſtituta. Bembus.

Religioſa gratitudo.

Franciſcus Dandulus Venetorum Legatus, quia

quia ad publicam ignominiam deprecandam, diu ad Clementis Rom. Pont. menſam humiliter ſtratus, canis inſtar iacuiſſet, ad quod ipſũ fuerat publicè in Galliam miſſus: ex ea legatione reuerſus, magno omnium Ordinum fauore Princeps ciuitatis Venetæ eſt factus, vt qui nuper in ſqualore & ſordibus pro Patria conſpectus eſſet, ſublimi loco conſpiceretur, auro & purpurâ conſpicuus. Sabellicus lib.7.cap.1. Fr. Danduli pietas in patriam.

Venetorum in iudicando integritatem hinc cognoſcas, quòd paſsim inter Chriſtianos principes, eisq́; ſubditos vulgatum olim fuit, quidquid apud eos non facilè ſolui poſſet, ſeu publicè, ſiue priuatim, id ſtatim communi conſenſu remitti oportere Venetias, vt bonorum Venetorum iudicio (ſic enim appellabant) diſſolueretur, cuius rei innumera ſubijci poſſent monimenta. Egnat. lib.6. cap.6. Rara in iudicando integritas.

O fortunata, ô Prætoria ſacra IEHOVAE,
Fas vbi dulce ſuum temperat imperium.
Nullæ vbi falſiloquæ fraudes, nulla inuida tela,
Tela venenoſæ tincta cruore feræ.
Ingenuæ hîc voces, & amica ſilentia gratas
Tradunt alternas ſuſcipiuntq́; vices.
Quid faciant Leges vbi ſola pecunia regnat,
Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt?
Væ queis Iudicium nihil eſt niſi publica merces,
Curiaq́; impuræ ſola libido animæ!

Marco Balbo Cardinali mortuo, Innocentius Patriarchatum Aquileienſium, Hermolao Barbaro legato apud ſe Veneto attribuit: Quod

vbi VENETORVM ciuitas intellexit, tametſi Hermolaus ad Senatum ſcripſerat, coactum ſe à Pontifice veſtem ſenatoriam mutauiſſe, quoniam tamen ſacerdotijs cooptari ciues Veneti, qui legati Romæ eſſent, lege prohibebantur, grauiter tulit, auſum illum contra leges patrias facere. Auxit eius rei magnoperè inuidiam, quòd antea ex Hermolai litteris, quas ad Senatum de Balbi morte dederat, more inſtitutoq; maiorum comitijs ſenatorijs præiudicium Patres fecerant, cuius ipſi ciuis nomen ad id adipiſcendum ſacerdotium Innocentio commendarent: itaq; deceptos in eo ſeſe ac propè decluſos querebantur: Erat omnino Hermolai, propter eius ſummam in litterarum atque optimarum artium ſtudijs præſtantiam, magnum apud exteras nationes nomen, apud ſuos maximum. At cùm plures à Patribus vna legum caritas atq; maieſtas, quàm vllorum ciuium omnibus aucta nominibus dignitas ac claritas fieret: Decemviri litteras ad eum ſeuerè ſcriptas dederunt, morâ omniq; excuſatione ſublata, ſacerdotium repudiaret: id ſi non faceret, patrem Magiſtratu remoturos, & bona eius publicaturos præ ſe tulerunt. At pater, perſpectâ ciuitatis voluntate, omnibus tentatis rebus, cùm iam eam flecti & leniri poſſe diffideret, ægritudine animi eſt mortuus: Filius non multò pòſt Romæ, editis Plinianis caſtigationibus, immenſi propè laboris opere, priuatus plebeio morbo perijt. Anno Chriſti D.CCCCXCIV. eum

Legū obſeruantia.

vitæ

vitæ finem Hermolaus habuit, omnium ex ſua ciuitate, qui ante illum nati eſſent, Latinorum & Grçcorum litteris planè doctiſsimus. Bemb.

Franciſcus Foſcarus, Dux in Thomæ Mocenici locum ſubuectus, cùm quinque & triginta annos ſummâ cum ſua dignitate & Veneti Imperij amplitudine rebus præfuiſſet (auſpicijs enim eius Brixia, Bergomum, Crema & Rauenna Venetis acceſſerat) paucorum certè inuidia, publico tamen Senatus decreto, ſuperſtes adhuc ſummâ dignitate priuatus eſt. Qui cùm ex Palatinis çdibus purpureâ veſte ſuccinctus, magnâ ciuium multitudine aſtante, decretumque publicum improbante, in priuatas ædes ſuas redijſſet, dolore animi intra triduum obijt. Cuius mortem vniuerſa ciuitas ægerrimè tulit: vt illum Paſchalis Maſti, Petrus Dux, vniuerſusq; patricius ordo ad Minoritanam ædem ſummâ cum funeris pompâ extulerit. Quem Bernhardus Iuſtinianus funebri oratione longè celeberrimâ laudarit, quæ hodie quoq; excuſa exſtat: Monumento etiam ad Minoritanæ Ædis aram maximam, ex pario marmore, auroq; puriſsimo illi exſtructo. Egnat. lib.5.cap.3.

Amor patriæ.

Virtutis commendatio.

Dum ageretur in Decemuirali conſilio de principatu abrogando Franciſ. Foſcaro Duci, ne qua ſuſpicio manere in vulgus poſſet, hoc à Patribus agi, Marcum Foſcarum fratrem eius amantiſs. D. Marci Procuratorem, ſingulis diebus eò aduocari iubebant: ſed cubiculo incluſum diligentius aſſeruabant, adactum graui

Suſpicio præcauenda.

pœnâ,

pœnâ, ne quid tale proderet. Memor ille fidei, quam Patriæ dederat, ſilentium obſtinatè tenuit: Cæterùm non multò pòſt mortem fratris diem ſupremum obijt. Egnat.

Agebatur Vrbis Venetę annus M.CCLXXIV. cùm Patricij ordinis Bertucius Bochaſius domum in agro Meſtrino emit; quod ſanè factum contra publicam legem, aduocatores adeò iniquo animo tulêre, vt delato ſtatim ipſo Bertucio, ad conſilium illum omnibus ſententijs damnarint, domumque ipſam in publicum redegerint: Quo ſanè exemplo omnes qui hodie Venetijs viuunt, admoneri poſſunt, ſic Venetorum animos in maritimam rem fuiſſe propenſos, vt domunculam emtam incontinenti à Bertucio ferre æquo animo non potuerint. Egnat.

Veneti in rem maritimam propenſi.

Carolo IIX. poſt regnum Neapolitanum occupatum, in Galliam reuerſuro, Veneti cum Pontifice Alexandro VI. Maximiliano Imperatore, & Ludowico Mediolanenſi Principe, fœdus percuſsêre tanto ſilentio, vt Philippus Regis Gallorum Legatus, cùm Venetijs in curiam quotidie ventitaret, atq; ab Legatis reliquis appellaretur, nihil eius tamen cognoſcere potuerit. Itaq; cùm poſtridie eius diei, quo die ſcripta lex eſt, in Curiam vocatus à Principe, fœdus eſſe percuſſum, intellexiſſet, & nomina fœderatorum cognouiſſet, mens penè hominē reliquit, tametſi Princeps ei dixerat, ea quæ feciſſent, non propterea eſſe facta, vti bellum cuiquam

Conſilia ſecreta.

quam

quam inferrent, ſed vt ſi inferretur, propulſarent: Demum is, ad ſe reuocato pauliſper animo; quid, inquit, meus Rex in Galliam reuerti non poterit? tum Princeps, ille verò, inquit, poterit, ſi redire amicus volet, nosq; illum rebus omnibus iuuabimus. Quo reſponſo accepto, diſceſsit: Atque vbi Curiâ egreſſus, remenſis quas aſcenderat ſcalis, in aream deſcendit, ad Scribam Senatus, qui eum comitabatur, conuerſus: rogo te, inquit, ſodes, mihi eum ſermonem recenſeas, quem Princeps mecum habuit, nihil enim iam eius memini. Bembus.

Continentis Imperio exuti Veneti, Principum Chriſtianorum conſpiratione, de recipiendo Patauio, per aliquot dies tantâ egêre taciturnitate, vt vel quotidie commeantibus Patauinis Venetias, Venetis Patauium, non prius occupandi Patauij conſilium innotuerit, quàm hinc Andreas Grittus Legatus cum exercitu, illinc frequentibus per Medoacum lembis ſubuecti, Veneti vrbem occupârunt. confecta res eſt die 17. Iul. quæ D. Marinæ ſacra habetur, in cuius memoriam Patres dedicauêre, vt Dux ipſe cum Senatu magnificâ pompâ Ædem Marinæ inuiſeret. Egnat.

Turca Venetos bello premebat Anno M. D. XL. Venetorum Legatus Aloiſius Baduarius de pace miſſus ad Turcam, omnes alias conditiones deferre prius, & duas vrbes ad extremam neceſsitatem reſeruare iuſſus erat. Sed Turca, qui decretum Senatus iam antè per in-

Legati integritas.

dicium acceperat, expoſtulans cum eo, quòd mandata ſua non ſatis explicaret, non, niſi traditis illis locis, paciſci voluit: Obſtupefactus ille, cùm arcana Reipubl. prodita eſſe videret: illud, quod alioquin tandem facturus erat, quãtumuis invitus atq; dolens, permittit. Vbi domum reuerſus, rem omnem expoſuiſſet, attoniti Patres, poſt diligentiſsimam perueſtigationem quoſdam comprehendunt, & criminis conuictos, capite plectunt. Ex ijs quidam in Gallici Legati, Epiſcopi Monſpeſſulani diuerſorium, velut in aſylum perfugerat: mittuntur ergo ſatellites, qui totam domum perquirant: Sed cùm aditu prohiberentur, Senatus ex armamentario iubet educi machinas ad euertendam domum. Itaq; Galli cùm periculum ſuum viderent, illum exhibuêre. Sleid.

Senatus ſeueritas.

Franciſci Carmaniolæ operâ feliciter vſi Veneti, ſed poſtea ſæpius ab eo deluſi, varijsq; caſibus vexati, literisque etiam eius interceptis, quibus Philippo Vicecomiti ſuam pollicebatur operam, euocato ad hoc Senatu, qui ex pluribus Magiſtratuum ordinibus contrahitur: cùm ad primam faciem Patres curiam ingreſsi eſſent, vſque ad lucem ea conſultatio protracta eſt. Erat tum Venetijs Carmaniola, qui dũ manè principem ſalutatum veniſſet, hilari fronte ab eo ex curia redeunte quæſiuiſſe dicitur, Matutináne, an veſpertina potius (qui poſt cœnam non quieuiſſet) vti deberet ſalutatione. Cui ſubridens princeps, Senatum dixit magna animis

mis voluentem, peruigili illa diſceptatione nihil tam frequens, quàm eius in ore habuiſſe. Moxq; ne qua ex ea innaſceretur ſuſpicio, ſermonem ad alia conuertit. Interceſſerunt conſultationem illam ac ſupplicij diem menſes fermè octo, quibus adeò perpetuo, conſtantiq; ſilentio res compreſſa eſt, vt ne minima quidem ſuſpicio aut coniectura ad Carmaniolam peruenerit: cùm multi alioquin ex eo ordine & longa familiaritate coniuncti, atq; admodum inopes eſſent, quorum quilibet quantumuis auri ea confeſsione exprimere potuiſſet. Temporis igitur ſpatio (quia cùm Philippo iam de pace agi ceptum erat) accerſitus ille Patrum litteris, Venetias venit. Eum Patauino flumine ſcaphâ deuectum, frequentes Patricij de more mutuâ gratulatione exceperunt, exceptumq; in curiam, haud ignari eorum quæ pararentur, præcipua comitate perduxerunt. Hîc ſubiectus quæſtioni & litteris, quas ſuas eſſe negare non poterat, & domeſticis teſtibus conuictus, vnde triceſimo die poſtquàm in cuſtodia eſſe ceperat, ad geminas columnas ſecuri eſt percuſſus, eius bona in publicum ſunt redacta: Accuſationis capita fuêre, ſubſidium Triuiſano denegatum, & Cremona perfidâ cunctatione Philippo ſeruata. Sabell.

Senatus Veneti religioſum ſilentium.

Veneti Imp. Romano pannum aureum tributi loco debebant quotannis: Ab Otthone III. Imp. Veneto nomini in perpetuum remiſſus fuit, cùm is ignoto habitu Venetias exſoluendi

Imperatoris tributũ.

voti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

voti cauſſa veniſſet, benigneq; à Petro Vrſeolo Principe, hoſpitio exceptus eſſet. Sabell.

Cùm Veneti à Lud. XII. Gall. Rege, Maximiliano I. Imp. & Iul. II. Pont. toto continentis imperio exuti eſſent, Turcæ auxilium in bello obtulerunt; ſed Barbaro Regi, quòd fidem, pacemq; egregiè tueretur, gratias egêre Veneti, cum huiuſmodi auxilijs vti, ac quanquã è Republ. eſſe cenſuiſſent. Guicciard. lib. 7. Iouius lib. 9.

Turcicum auxilium reſpuitur.

Duo erant totius orbis terrarum emporia celeberrima, Barbaris Damiata, Chriſtianis Ptolemais. Hæc amiſsis Hieroſolymis, erat regia vrbs, celeberrimusq; Latinorum mercatorum conuentus. Per inducias ex India, Æthiopia, Arabia, beatisq; regionibus ad alios mercatus allatæ merces, illò tandem comportabantur: Inde Veneti Genuenſesq;, vt inter opulentiſsimos populos, maritimarum rerum gloriam ſibi vendicantes, aſſolet, ante D. Ludouicũ Francorum regem natis, ſed quæ ſancto rege religioni militante intermortuæ fuerant, ſimultatibus renaſcentibus, æquiorem ſe Philippus à Monteforti Ptolemaidis Prætor Genuenſibus præbere viſus eſt. Vterq; populus Ptolemaide ſuum prætorem, ſuos apparitores, ſuum forum, ſuam aream, ſuas ſibi leges habebat: hæc profana. Exoritur de ſacris contentio. Ædem ſeptumq; Diui Sabæ ſibi vtriq; vendicabant: non tamen quamprimùm ad arma deſcenſum. Alexander IV. Pont. decreuit, placere fanum commune

Venetorũ & Genuenſium potentia.

munc cenſeri, idq́; decretum in re præſenti e-nunciari. Ligurum conſilia celeriora decreti e-nuntiatione extitêre: occupant Fanũ, ſeptumq́; inſtar arcis emunire: propugnaculis, telis, tormentis inſtruere, Philippo conniuenténe, an etiam adiuuante. Venetus indignatione accenſus, tredecim triremibus Tyro mouit: Ptolemaidisque Portum cathena perrupta ingreſſus, duas triremes, tres & viginti onerarias Ligurum naues incendit. Fanum vt ab hoſte profanatum, ſeptumq; in bellicã ſpeciem verſum, diruit ann. XIII. ſeculi vnde-ſexageſimo. Hoc initium funeſti belli, cauſſaq; Latinorum inter Barbaros Græcosq; Imperij finiendi fuit: in maiusque continuò exarſit incendium, & cruenta prælia commiſſa, quibus res Veneta initiò ſuperior fuit, & ſuis viribus, & Piſanorum auxilijs. Hi populi potentes maris fuerant: tunc inter ſe illis certantibus, facilè fuit proceribus Græcis Imperio Conſtantinopolitano Balduinum Latinum exigere, & Palæologos in vrbem introducere. Æmilius lib. 7. Platina in Alexand. IV. & Sabell.

Funeſtum inter Venetos & Genuenſes odium.

Venetis ob egregiam contra Ezelinum Tyrannum operam præſtitam, ab Alexandro IV. vt aureæ ædis primicerius mitrâ & paſtorali baculo ceremoniarum horâ vteretur, quod ad eam diem præceſſorum nemo impetrauerat. Sabell.

Pontifex Venetos honorat.

Ab eodem Alexandro, Venetis Hadriatici ſinus Imperium atq; cuſtodia ampliſsima cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Maris priuilegium.

priuilegijs conceſſa fuit, quòd armis, virtute, ſumtibusque maximis, eam nauigationem ab Saracenis ac prædonibus defendiſſent, ſecuramq; reddidiſſent. Guicciardin.

Alexander III. Friderici Imp. minas fugiēs, Venetijs exulauit: Amicè ab illis receptus, plūbo obſignandarum litterarum poteſtatem illis dedit: Sebaſtianum Zianum Ducem cum Othone Friderici filio nauali prælio dimicaturū, enſe aurato alijsq; Equeſtribus ornamentis inſigniuit: Victori è prælio redeunti Pontifex primò victoriam gratulatus, inde annulum porrigens aureum; accipe, inquit, Ziane: & me auctore ipſum Mare hoc tibi pignore obnoxium reddito; Quod tu, tuiq; ſucceſſores quotannis ſtato die ſeruabitis, vt omnis poſteritas intelligat, Maris poſſeſsionem iure belli veſtram eſſe quandoq; factam: atque vti vxorem viro, ita illud veſtro ſubiacere imperio: Qui mos etiamnum hodie die Feſto Aſcenſionis Dominicæ, ſeruatur. Initâ pace, Alexander, Fridericus & Zianus Dux Anconem peruenêre: Vbi cùm tota ciuitas ad portum officij gratia effuſa, publico nomine vmbellas duas, vnam Alexandro, alteram Friderico obtuliſſet: Pontifex tertiam Veneto Duci afferre iuſsit, ac coràm permiſit, vt ipſe & reliqui Duces eâ perpetuò vterentur. Vbi verò Romam ventum eſt, ingenti quidem lætitia Pontifex à ſuis exceptus, cùm inter multa & varia officia, argenteas quoq; tubas eſſet intuitus, quarum cantu & clangore omnia circum-

Pax inter Cæſar. & Pontif.

Duci Venetiarum honor habitus.

cumſtrepebant, ex ipſis tubis Veneto Duci in adeptæ victoriæ memoriam octo offerri iuſsit, quibus & ipſis perpetuò Summus Venetorum Magiſtratus vteretur. Sabell.lib.7. Decad.1. Tubæ argenteæ.

Patrij moris apud Venetos fuiſſe ferunt, vt virgines in templo deſponderētur: quò omnis earum ſupellex cum apparatu dotis delata publicè oſtentaretur. Fortè accidit, vt quum in æde D.Petri (quæ in parte vrbis nūc ſita eſt, quod Caſtellū dicitur) ſponſalia celebrarentur, TERGESTINI, qui iam palàm hoſtes facti erant, duabus triremibus nocturno curſu ex alto proxima vrbi loca tenuerint: manè verò ceremoniarum horâ in ædem ipſam impetu facto, loci antiſtitem cum non parua mortaliū manu rebúſque multis inde aſportarint. Erat per id tempus dux Petrus Candianus: is in re tam trepida minimè ceſſandum ratus, confeſtim ingenti hominum manu ex omni ordine in naues impoſita, hoſtes inſequitur; eos in Caprulanis aquis aſſecutos prędam inter ſe diuidentes, haud magno negotio oppreſsit: receptisq; ciuibus cū antiſtite ac reliqua ſupellectile, ouans quarto nonas Februarij biduo poſtquam in eos mouerat, vrbem ingreſſus eſt. Verùm quia purificatio Virginis in eos dies inciderat, à re feliciter geſta ludos primò inſtitutos ferunt, qui Mariarum ſunt nuncupati. Quotannis ſtatis diebus duodecim virgines ſolenni apparatu frequentiſsima parte ciuitatis circūuehebantur. Verùm cultus ille à religione ortus, in odioſum poſtea

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

luxum proceſsit. Manſit mos ille vſque ad Genuenſis belli tempora, vt duodecim virgines auro & gemmis ornatæ ſolenni pompa quotannis ſtata die in rei geſtæ memoriam tota vrbe circumueherentur. Sed Ligure Clodiam tenẽte, ciuitate maioribus curis occupata, prorſus euanuit. Sab.lib.1.&3. Dec.1.

Luſitanus Rex humaniſsimè excipitur.

Fama eſt, antiquiſsimum ex gente Luſitanorum Regem, cum paucis olim Venetias appuliſſe, eiusq; viſendæ ſtudio, aliquandiu in vrbe verſatum fuiſſe, diſsimulatâ interim perſonę quam gerebat magnitudine. Igitur benignè appellatus, in publicũ eſt adductus: dati ad hæc ex Patricio ordine pleriq;, qui Vrbem illi per otium monſtrarent, quiq; ipſius latera ſtipantes, benignè ac comiter hoſpitem haberent: Data & abeunti ex publico munera, miſsiq; non pauci qui eum procul vrbe officij cauſa comitarentur. Hæc Venetorum hoſpitalitas, quam ipſi priuato homini præſtare putabant, vt in Iberiam veniens, rem omnem poſteris tradidiſſe dicatur: Atq; ob id ipſum mutuum hoſpitium Venetis cum regia illa familia in hunc diem durat. Sabell. lib.3. Dec.4.

Legatorũ interceſsiones prohibentur.

Anno 1505 propterea quòd ſępe fiebat, vt qui impetrare magnam aut difficilem rem aliquam à Magiſtratibus Venetis cuperent, Regum & Pontificum Legatis vterentur, qui eos Principi, Patribusq; commendarent, interdum etiam ipſorum Regum, Principumq; ciuitatum ad vrbem venientium patrocinio nitebantur, quo-

rum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

rum auctoritati Patres propè negare nihil poterant: Senatus-conſultum factum eſt, cui quid à Patribus impetrare ſit neceſſe, is neque virum Principem, neq; Legatum adhibeat, cuius cõmendatione apud eos niti poſsit, pœna pro genere hominum ijs, qui ſenatus-conſultum neglexiſſent, conſtituta. Bembus lib.7.Hiſt. Ven.

Fiſci apud Venetos debitoribus antiquâ lege Magiſtratus mandari nullus potuit. Bemb. Fiſci debitores.

Præco Ludouici XII. Gallorum Regis Venetis Anno MDVII. bellum indixit: Senatus porta deuia in veſtibulo curiæ eum admiſit: Admiſſus, veſte lilijs aureis intertexta ſeſe induit; tum curiam ingreſſus, ante Patrum ſubſellium ſtans: Bellum, inquit, Lauredane Venetorum Dux, cæterique huius vrbis ciues, Ludouicus Gallorum Rex, indicere me vobis iuſsit, tanquam infidis hominibus, Pontificisq; Max. & reliquorum Regum oppida per vim, perq; iniuriam capta poſsidentibus, omniumq; omnia dolo malo ſub veſtram ditionem rapere atq; religere feſtinantibus: ipſe ad vos armatus ea repetiturus venit. Ad hæc Lauredanus Patrum medius, ſua in ſella ſedens ita reſpondit; *Res hæc publica, Galle, quam adijſti, nihil iniuſtè poßidet: nam iure agit, neq; fidem cuiquam fallit, quam certè fidem niſi valde plus iuſto Regi ipſi ſeruauiſſemus tuo, ille verò vbi pedem in ſuo poneret, in Italia non haberet: Sed præſtat nos vel cum periculo eſſe qui ſemper fuimus, dum Ludouicus æquè arrogantiâ atq; perfidiâ polleat: Bellum quod denuncias, propulſaturi cum dijs immor-*

Belli denuntiatio.

Ludouicus accuſatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

talibus ſumus, quos ille vindices habiturus eſt, aut hîc, aut apud manes, rupti per ſcelus fœderis. Hoc reſponſo accepto, eſt dimiſſus, ac ne quis eum violaret, quos itineris comites à Reipubl. Magiſtratibus adueniens habuerat, ijdem ſunt reducere, atq; in Regis finibus ſiſtere illum iuſsi. Bemb.

Ligures Venetorũ hoſtes.

Nullumq; vnquam atrociorem infeſtiorémque hoſtẽ experti ſunt Veneti Ligure ipſo. Bello Liguſtico IV. Venetis captiuis, qui Genuæ erãt, ita malignè victus ab hoſte ſuppeditabatur, vt paucisſimis diebus ad 350. inediâ expirarint, quorum corpora in mare ſæuus hoſtis proiecit. Sabellicus.

Venetæ matronæ.

Receptâ Clodiâ Genuenſes capti plurimi à Venetis, & ad finem belli vſq; cuſtoditi, Venetę matronæ tantum pecunię in medium contulerunt, vt Genuenſibus, qui ſeminudi è cuſtodia educti erant, tunicæ aliaq; velamenta corporis, vt cuiq; hac vel illa re opus fuit, ſint abeuntibus præbita, viaticum ad hæc datum, ne mendicare cogerentur. Sabell.

Græcorum Rex incarceratur.

Calvjoannes Græcorum Rex, auxiliares copias aduerſus creſcentem Amurathis potentiã ſibi paraturus, Venetias iuit: & inde Gallię Regem Carolum Sapiẽtem acceſsit: Verùm re infectâ, cùm Venetias rediſſet, neq; poſſet vſuras ſortis pecuniæ acceptæ mercatoribus perſoluere, incarceratus fuit. Audiens hoc minor natu filius Emanuel, pro Calvjoanne Patre Venetijs ſeſe oppignorauit. Chalcondyl.

Cùm Año M.DXII. annonæ caritas Venetijs,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

atq; in reliquis Venetorum oppidis magnopere creuiſſet: Decemuiri Legem ſciuerunt, quicunq; ſe receperit ex maris Adriatici à læua regionibus, atq; ab Epiro, Acarnania, Ætolia, frumenti aliquem numerũ, ad vrbem aduecturũ, ei in ſingula frumenti ſtaria viginti ſolidos Rép. dono daturam, atq;, vt is tertiam vniuerſi frumenti partem venundare in omni ſua extra vrbem ditione poſsit, permiſſuram. Bemb. Senatus ſollicitudo pro cõmuni annona.

Duces Veneti quater in anno publica conuiuia Nobilibus exhibent, vt ab vniuerſa ciuitate inprimis amentur, primùm quarto Aprilis, diuo Iſodoro ſacro, alterum Dominicâ Aſcenſionis, tertium die Viti & Modeſti, quartum diui Stephani luce ſacrâ. Egnatius. Ducum conuiuia.

Vetus eſt mos ciuitatis Venetæ in Regum & Principum ad vrbem acceſſu, Bucentaurũ purpurâ & auro inſternere: Eſt hæc nauis totius Senatus, vrbanorũq; Magiſtratuum capax, agiturq; nunc remo, nũc velis, ſæpius remulco. Sedet princeps in puppi auro ſtrata, aureo & ipſe pallio amictus: aſsidet ſummus ille ordo dextra læuaq; maieſtatis & ſilentij plenus, aurum, holoſericum, & quod minimum eſt, purpura hunc veſtit ordinem: tubę tibięq;, & alia id genus inſtrumenta circumſonant, Bucentaurum ſuburbana præcurrũt nauigia, Paraſchermos patrio ſermone vocant: Hæc publico ſumtu aulæis & feſtâ fronde, in topiarij operis modũ inflexa, ad tempus inſtruunt, à prora & puppi pulpita altiuſculè attolluntur: quorũ faſtigijs pueri puel- Venetorũ humanitas erga Reges, & principes.

læq; eleganti formâ cultuq; exquiſitiſsimo, alij alios mentiti genios latenti machina ſubnixi, puro apertoq; librantur aëre: hi aurea ſiſtra, illi thyrſos, aliaq; Deorũ, Dearúmue geſtantes inſignia: inferiore gradu adoleſcẽtes in Tritonũ & Nympharũ ſpeciẽ figurati, ſuo quiſq; ſtatu, concentu tamen vno ſubuehuntur. Aurea adhæc ſigna toto nauigio defixa, ventoq; agitata, ſpectatũ præbent tam voluptuoſum, vt nullum ſit propemodũ aliud, quod meritò huic vni cõparari poſsit. Bucentaurũ tãta vis cymbarũ ſequitur officij gratia, ac ſpectandi ſtudio, vt interdũ quã lõgè lateq; toto ſtagno fert proſpectus, tegantur aquæ frequẽti comitatu. Quã rerũ pompam ſi quis vetuſtarum rerũ peritus, diligentius ſpectet, haud multũ diuerſã agnoſcat ab ea, quã veterũ ſcriptorũ quidã in Quiritium triumphis prodidêre; etſi rerũ formæ diuerſæ, quia in diuerſo elemento: vt ornatiſs. illa nauis ac longè maxima ſit currus, etſi nullus reperiri poſsit qui cũ tanta queat mole meritò cõparari: ſuburbanæ naues, quę inſigni apparatu procedũt, vrbiũ ſimulacra, earũ expugnationes ac totũ rerũ geſtarũ ſchema: cymbarũ ille frequẽs comitatus, ciuiũ officia, currũ longo ordine comitãtiũ. Sab.

Ordelaphus Faletrus Dux Venetus primùm receptâ magnâ *Syriæ* parte, inſtructiſsimâ claſſe, quã parauerat in Balduini Regis Hieroſolymitani gratiã, mox vendicatâ vniuerſâ Dalmatiâ, additâq; Croatiâ Veneto nomini, alijsq; mediterraneis prouincijs, cũ domũ redijſſet, capti-

uis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

uis multis adductis, tantâ lætitiâ, tantoq; totius ciuitatis gaudio exceptus eſt, vt non Romani triumphi amplitudinem adæquarit modò, verùm etiam vicerit. Egnat.

Princeps benemeritus cum triumpho excipitur.

In Punicis littorib. Bernardus Ciconia eiuſdẽ generis nauib. quæ ad mercaturã proficiſcũtur, à Venetis Præfectus, Perucam piratam ingenio magis quã viribus expugnauit, An. Sal. MCCCCXCVII. Erat vterq; in Tunetano portu; atq; ille nauem onerariam permagnam habens, vt exirent expectabat, illos in mari aggreſſurus, ſeque id conaturum palàm antea præ ſe tulerat, multa minaciter obloquutus. Interim Dalmatæ, qui ſub Imperio Venetorum degebant, nauem non magnam in eundem portum adducunt. Id vt eſt Ciconiæ, nocte ex ſuis nauibus homines complures in illam imponit, nauesque aptari ad pugnam imperat. Eâ re, tametſi furtim fiebat, tamen à piratis animaduerſa, confeſtim Peruca, relictis ob celeritatem anchoris, è portu ſeſe eripit. Ciconia illum cum triremibus ſequitur, tranquillitateque obortâ, remigum labore aſſequutus, oppugnansque cominus, vbi propter nauis altitudinem nihil fermè virtute militũ proficit, & ſuos facilè vulnerari de ſuperiore loco videt, fabros in nauis ſcapham iubet deſcendere, eosq; ſuæ puppis pluteis armamẽtisq; cõtegẽs, expiratæ naui ſtuppas inter tigna conſtipatas, paulũ ſub aqua extrahere imperat. Eâ re hoſtibus imprudẽtibus effectâ, impletaq; naui aqua, Peruca illi deditur. Bemb. lib. 4.

Venetorũ in re nautica experiẽtia & dexteritas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Iacobus Cypri Rex, nothus, Catharinam Corneliam Venetam, à Senatu Veneto adoptione receptam, moriens grauidam reliquerat, regniq́ue cum poſthumo hæredem. Prole exſtincta, ne Inſula nobiliſsima fraude aliqua externa domeſticáue alienaretur, vna inprimis cura hærebat Venetorum animis: eratq́; nonnihil res in curia agitata, vt Regina Venetias accerſeretur. Detulit ad id negotium ſubeundum vltrò ſuam Principi & Patribus operam Georgius Cornelius, Reginæ frater. Qui mari parum tractabili liburnica in Dalmatiam naui delatus, inde cum Franciſco Priulo præfecto claſsis, & aliquot triremibus, Ioniũ mare, Creticum, Carpathium & Pamphylium demum emenſus, cum paucis Inſulam adnauigauit. Ducentis circiter millibus paſſuum tota claſſe & claſsis præfecto poſt ſe relictis, citra omnem Inſulanorum motum, Reginam nihil inuitam, nihil reſtitantem, ſimulatâ ægritudine, in triremem ad ſe viſendum illectam, ſecum Venetias aduexit. Ea mortua, mortuo item poſthumo, Cyprus Venetis ceſsit. Sab.lib.8.En.10.

Cyprus Venetis cedit.

Inundatio.

Anno Salut. circiter 1340. cùm Veneti Patauium, vrbem clariſsimam iure belli ſuam feciſſent, Aquæ triduo ante Martias Calendas noctu ſubita tempeſtate coorta, ita ingentem facere Cataclyſmum, vt tribus & amplius cubitis, in vrbe quàm vnquam aliàs, creuiſſe dicantur. Res ipſa in portentum verſa auxit fidem ijs, quæ piſcatori cuidam ea nocte viſa traduntur: Appulerat

Portentũ.

lerat is, cùm tempeſtatem inſtare vidiſſet, circa ripam quæ Aureæ Ædi propinqua eſt, piſcatoria Cymba, ſeq; in opertum quod vicino loco erat, trepidè receperat: tum omnibus aqua ventoq; ſtrepentibus, ad illum tres veniſſe dicuntur, qui velut in magno aliquo vrgente negotio petere cœperunt, vt ſe ad Nicolai Ædem, quæ in Riuo eſt, quàm primùm traijceret. Quod ille, magnitudine tempeſtatis deterritus, negauit ſe facturum. Tum eos quaſi per ſe ituros, confeſtim in Cymbam conſcendiſſe. Quod ipſum Piſcator intuitus, quanquam inuitus ſe illis remigem præbuiſſe. Vbi verò ad Ædem ventum eſt, tum conuerſos ad fauces portus, in quem, vt poſtea creditum eſt, nauis Cacodæmonum plena delata erat: diuino imperio illam fluctuanti pelago merſiſſe: ad quod ſubita aquarum tranquillitas ſit ſecuta. Tum verò ex illis vnum proximam ædem ſubijſſe: alterum ad Georgij fanum deuectum, tertium priſtinam cymbæ ſtationem cum piſcatore repetijſſe: à quo (quanquam animus ob ea quæ viderat, non erat omnino religione liber) naulum tamen ſenex petere non dubitauit. Cui ille, ibis, inquit, ad Principem & Patres: ij ſanè tibi mercedem vel cumulatiſſimam perſoluent: quibus memineris ordine enarrare quæcunque hac nocte vidiſti. Haut mihi credent, ait Piſcator, quin ſcio me pro ludibrio in ora omnium iturũ, ſi temerè hæc in vulgus referre auſim. Ad hæc diuus ille, accipe, ait, hoc pignus: ſimulque ei annulum, quem in manu ha-

Dęmonum præſtigiæ.

nu ha-

nu habebat, tradidit: Nuntia Duci, inquit, & Patribus, noſtra operâ ciuitatem hac nocte horrendo diluuio liberatam. Et ne quid erres, eum quem ſuam ædem ſubeuntem vidiſti, divum Nicolaum eſſe non ignores, quem vos nautæ imprimis veneramini: alterum Georgium, qui & ipſe ſuum Fanum inuiſit: me verò Marcum Euangeliſtam, veſtræ vrbis Parentem. atq; cum his ex illius oculis euanuiſſe. Eo pignore ſenex confirmatus, vbi primùm illuxit, in curiam aſcendit. Hic quum dixiſſet, eſſe rem arduam ob quam opus eſſet ſe ad Principis conſpectum adduci: mox ad illius, & Patrum præſentiam admiſſus, omnia quæ viderat, audiueratq; , ordine enarrat. Inde in eorum quæ dicta eſſent fidem, annulum ſibi per noctem à diuo traditũ, è ſinu protulit. Defixit primò omnes qui aderant miraculi magnitudo: inde publicæ priuatæq; gratulationes cœlitibus ipſis circa aras habitę: quorum præſenti periculo ciuitas liberata eſſet, ſeni ſtipendium ex publico decretum.

Venetijs initio Ann. M. D. XIV. tertio Idus Ianuarias, de prima vigilia, in Riualto, frequentiſsima vrbis regione, repentinus ac validus ignis, multiplicis mercimonij tabernas primùm inflammauit: mox iuuantibus aquilonibus, qui ſæuiſsimi eâ nocte fortè perflabant, attigua etiã ædificia corripuit. Mirum dictu, ac viſu horrendum, quanta velocitas & ſimul cœperit, & ad dextra læuaq; in immenſum populabundus innumeras ædes, D. Ioannis templum, & cuncta

Horrẽdum incendium

ſimul,

ſimul, quæ ad Farinas (id loci nomen eſt) & ad forum Piſcariũ vergunt, abſumſerit; ita vt momento temporis ſuper ſemi-uſtas & corruentes domos, miſerabili vaſtitate inſolitum atq; inane loci ſpacium flammæ patefecerint. Eadem violentia hauſtis numulariorum officinis, rectà per argentarios ad templum Apollinaris vſque peruagatus, nihil reliquum fecit, præueniendo remedia miſerorum ſui rapiditate atq; ſæuitia: Stetit intactum D. Iacobi vetuſtiſsimum ſacellum, circumambuſtis lateribus, quo nihil antiquius Venetijs habetur, vtpote quod in ipſo naſcentis vrbis primordio ab circumiectis populis, in Hadriaticas paludes Barbarorum metu fugientibus, ædificatum fuerit. Inde perpetuam noctem debacchante flammâ, neque exitus calamitatis, neq; remedium reperiebatur: At primâ luce cum Magiſtratibus Andreas Grittus ſuperuenit, iuſsitque fabros continuò demoliri domos ardentibus iunctas, vt graſſantibus incendijs liber campus atq; ipſum cœlum occurreret: Ita tandem reſtinctum eſt. Fuêre, qui non caſu, ſed dolo id factum crederent: quòd eodem quoque temporis puncto, diuerſa in regione vrbis, cœnobium Cruciferorum conflagrauerat; ſubijciebantque crimini & inuidiæ Germanos, tanquam ij pari calamitate illatâ, ſimilem iniuriam vlciſci contenderent: quoniam ſuperiore anno oppida duo in Germania fraude Venetorum arſiſſe dicebantur. Iouius.

Venetijs, claro ac ſereno cœlo, Ann. M D VII:

vrbanis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

vrbanis in naualibus, dum puluerem ad tormenta exercenda confectum in arculas ligneas operæ infarciunt, ictu mallei fauilla emicuit: ea ingentem eius pulueris aceruum comprehendit, diſiectisque immani cum fragore ac tonitru, terræq; motu eius conclauis, in quo aſſeruabatur, parietibus & tecto, vt tegulas, aſſeres, tignaq; ipſa longo per aëra tractu volantia, ignis vis atque impetus in diuerſa tulerit, fumo & caligine vrbem totam puncto temporis integens ciuitatem perterrefecit: Senatusque, qui habebatur, miraculo exterritus, in forum frequens deſcendit. Eo igni & cadentibus paſsim ijs, quæ ſublimè ierant, fragmentis, ex fabrûm collegio quamplurimi, magiſterque ipſe fabrûm & honeſti homines aliquot interierunt, habitaq; pro oſtento res fuit. Bembus lib. 7. Hiſt. Ven.

Incendium ex puluere Bombardico.

Anno M. D. XII. ad diem 7. Cal. Apr. in vrbe Veneta terra tremuit motu tam vehementi, vt Senatu, qui habebatur, ante vllam latam legem præter morem dimiſſo, Patres ruina tectorum intercipi metuentes, tumultuosè ſe foràs truderent. Cadebant autem è ſummis Curiæ templiq; Marcij parietibus pinnæ ac ſigna marmorea, quæ in ijs antiquitùs poſita præeminebant, turresque templorum nutare cacuminibus & commoueri proſpiciebantur: & æs campanum in plerisq; earum, maximeque in ea turri, quæ in foro eſt, ſponte inſonuit: pleræque etiam vitium fecerunt, & aqua vrbanis in alueis altè excitata contremuit: innumeraque fumi receptacula,

Terræ motus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

cula, quæ ſupra ædium culmina tubo atque calatho attolluntur, quaſſu divulſa in vias ipſaque in tecta corruerunt, domusq; non vna cum incolentium interitu, parietes verò domorum & fanorum frequentes ruinam traxerunt: mulieresque prægnantes permultæ timore perterrefactæ abortum fecerunt, mortuæq; ſunt. Vnum iuuit, quòd is non longinquus terræ tremor fuit. Atque eas ob res, quæ acciderant, poſtridie eius diei, Deo Opt. Max. ſupplicationes omnibus in vrbis regionibus tres dies fieri, & ne quid præter panem & aquam ad veſcendum omnes puberes ſumerent, ab Antonio Contareno Patriarcha Venetorum, conſultis Patribus, indictum. Pauloque pòſt eundem propè terræmotum cum eiſdem ferè prodigijs Pataui, Taruiſij, Fori Iulij, nonnullisque alijs in Reipubl. oppidis & finibus fuiſſe, magiſtratus eorum Patribus ſignificauerunt. Bemb. lib. 11. Hiſt. Ven.

Veneti cùm in Saracenos, terram Italiam fœda clade vaſtantes, claſſem quadraginta nauium Gradonico Principi ducendam commiſiſſent; quæ Theodoſio Græco Duci iuncta rem gereret, tametſi Venetus acerrimè in hoſtes fidei inuectus dimicarit, tamen à Grçcis inter primum pugnæ ardorem deſtitutus, tantam cladem paſſus eſt, vt ne vna quidem nauis ex tam numeroſa claſſe incolumis euaſerit. Non deterruit tamen Venetorum animos tam inſignis accepta clades, vt cùm primùm eis nunciatum eſſet, Saracenos è Creta Inſula in Adriaticum ſinum, ad omnemq; Venetorũ magnanimitas.

omnemq; Italiam deuaſtandam claſſe ingenti comparata venturos, illi ſtatim ad Gradum occurrerint, atq; inita ibidem viriliter pugnâ, hoſtes ingenti clade affectos ſic ſupero mari expulerint, vt clades accepta nō facilè animis eorum exciderit. Quæ victoria vel eò lætior fuit, quòd Baſilius Imp. Vrſum Partiaciacum Ducem, quo auctores res erat geſta, Protoſpatharium declarauit: quæ dignitas inter primarias penes Græcos principes habebatur. Egnat. lib.1.cap.1.

Venetijs ea pars vrbis, quæ ad D. Nicolai fanum peſtilentiæ minus obnoxia eſt, & magis longæuos homines producit. Egnat.

Venetorū in pauperes beneficentia.

Venetijs, cuius vrbis opes terra marique inſigniter pollent, inter præclara ciuitatis inſtituta & hoc eſt, quòd virgines furto conceptas, ad limen pietatis expoſitas, ex publico ad nubiles vſq; annos, in operto, ſub textricia diſciplina inſtituunt. Quæ ſunt elegantiore formâ, quoniam ſint ingenuè inſtitutæ, vel ſinè dote matrimonio locantur, ijs præſertim, qui periculo aliquo, aut graui morbo ſeruati, votorum damnati, eas ſibi in vxores depoſcunt. Alij pudicitiam ſequuti, aut formam, ſinè dote ipſas ſibi virgines iungunt, modò ij ſint, qui liberaliter quas duxerint, habituri exiſtimētur. Aut ſi nihil horum fit, minus graui dote nubunt, quæ forma præſtant, quàm ſi facie fuerint parum liberali, etſi pari diſciplina inſtitutæ. Sab. lib.6. Enn.2.

D. Marci Procuratores ſub Sebaſtiano Ziano Duce primùm inſtituti, pauperrimum quenque

ære

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ære publico ſubleuabant. Sed diuerſam omnino dandi rationem veterem illam ab hac recentiore fuiſſe, putat Sabellicus: & quo honeſtiorem, eo ſanè magis probabilem. Per ſe, vt aiunt, viri illi ſcrutabantur, qua cuique opus re eſſet: inde demiſsis in papyraceos cucullos pecunijs, ſingulorum nomina habentes (eorũ videlicet quibus die illo conſultum volebant) primis tenebris conuentis domeſticatim pauperibus, quàm occultiſsimo pietatis fungebãtur munere. Nec tum vidiſſes (quia non opus erat) in illorũ veſtibulis pauperum multitudinem, vt hodie, nec apud quenquam valebat amicorũ aut propinqui cuiuſquam interceſsio: ſola inopia, modò cognita eſſet, ſatis erat ad opem conſequendam. Sabellicus. In pauperes pietas.

Ann. Sal. 1488. vt infantibus vulgò quæſitis, qui publicè alebantur, quorumq́ue magnoperè numerus excreuerat, largiùs vberiusq́ue eſſet, in ſenatu Veneto lex eſt perlata, vt naualium vrbanorum magiſtratus in annos ſingulos, tritici molita ſeſtertia, quæ appellant, ducenta; vini amphoras duodecim, eorũ curatoribus darent, ijsq́ue rebus ex Reipub. horreis ſyluæ cæſæ ad ignem domeſticum carros ducentos eorũ Præfecti adderent. Bemb.

Aloyſius, Antonij Venerij Ducis F. ob infamiam, qua amaſiæ ſe repellentis ianuæ aliquot bubula cornua affixerat, à Patre perpetuo carcere damnatus fuit. Egnat. Honeſtatis ſtudium.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Sabellicus autem Patriciæ feminæ nuptæ hanc contumeliam illatam docet.

Si centum ab hinc annis Venetæ ciuitatis mores & inſtituta tecum animo voluas, facilè animaduertas, quæ maiores odio in primis habuerunt, ea maximo ſtudio à poſteris recepta. Maiorum iudicio pro nefarijs ciuibus propè habebantur, qui agros in continenti poſsiderent. Exſtant adhuc aliquot conciones in Senatu habitæ à Thoma Mocenico Duce clariſsimo, quibus ſuadet, abſtinere omnino publicè & priuatim continentis poſsidendæ. Deinde ſummo probro id paſsim fuit, cùm publicè, tum priuatim, ſi quis domi filium haberet, qui ſacerdotia venaretur. Atq; horum vtrumq; recentiores ſic amplexi ſunt, vt vix vnam aut alterā familiam inuenias, quæ non ampliſsima latifundia ſibi pararit, quæque ex liberis vnum non domi habeat, qui ampliſsima Sacerdotia poſsident. Egnatius lib.8.

Venetorū veteres mores.

Vti Romanam vrbem Galli Senones, ita Venetam Pipinus Caroli Magni Imper. & Regis Gallor. F. ſub ipſa ferè initia oppugnarunt. Sabell.lib.2.Dec.1. longiorem comparationem inſtituit, quæ eo eſt illuſtrior, quod vtriusq; vrbis primordia à Troianis deducuntur: Romæ ab Ænea, Venetiarum ab Antenore. Quod Romanis ab initio Hernici, Equi, & Volſci fuerunt, hoc Venetis Dalmatæ, Liburni, & Hiſtri. Grauiſsimus illis Gallicus hoſtis, quibus omnia præter Capitolium ademit: nec his quidem omnino

Romanæ Vrbis cum Veneta cōparatio.

omnino leuis, quibus præter Rivum altum nihil reliquum fecit. Formidabiles Latio Cimbri, Teutones, & Ambrones: Gothi, Longobardi, & Hunni Hadriæ non contemtibiles. Infeſta Latino nomini Carthago: infeſta & Veneto Genua. Verùm tum valde ferox illa, quum Philippum Regem Macedoniæ ſocium, & Syracuſanos nacta eſt: hæc quoque nunquam ferocior, quàm cum Ludouico Rege Pannoniæ, & Patauinis Clodiaco bello eſt vſa.

Hoſtis Pyrrhus Romano, at Pœno mitior: nec Pipus Sigiſmundi Pannonij Regis ductor Veneto amicus, ſed Ligure longè placabilior. Diutiſsimè ab illis cum Mithridate bellatum: nec ab his cũ Philippo Vice Comite breui tempore. Magnus Antiochus: Othomannus verò maior. Verùm ſociale bellum illi ac longè grauiſsimum in Italia geſſerunt: at Veneti, ne non per omnia eorum æmuli crederentur, & ipſi in Ciſalpina Gallia, omnes Italiæ opes, non ſolùm ſuſtinuere, ſed, vt rerum euentus facilè declarauit, fregerunt etiam.

Cùm Venetorum Theſaurus tanti ſit nominis, aſcribemus ex Sabellico de illo memorabilem hiſtoriam lib. 6. Deca. 3. circa finem.

Stamatus quidam, Graij ſanguinis homo, Cretaque inſula natus: dum fortè Venetijs eſſet, oſtenderenturque (quod magnis hoſpitibus præſtari ſolet) Borſio Æſtenſi publici theſauri, qui in parte aureæ ædis aſſeruantur: ita accidit, vt quaſi vnus ex illius domeſticis igno- Græci cuiuſdam ſacrilegium.

tus Græculus ſit ſacrarium ingreſſus. Tum verò ille ad ſtupendum rerum aſpectum non ſolùm non animum remiſit, ſed ad nobiliſsimum furtum confeſtim adiecit. Eſt Diui Marci ædes, quam ab initio Auream: quia penè tota puriſsimo fulget auro, appellauimus: intus extraque circa imum marmoreis tabulis compacta. Ea igitur templi parte qua puerorum ara ſita eſt, marmoream tabulam fur ingenioſus exemit: inde nocturno opere defunctus (quia non tam cito murus penetrari potuit) applicita ſuo loco tabula, circumductoque tectorio, ita vt nullum fracturæ veſtigium appareret, exhauſtam inde materiem ante lucem aſportabat: atque hoc modo plures noctes operatus, ad intimum conclaue peruenit: tum inde eximere cœpit ampliſsimos theſauros: ad quos viſendos cum Friderici Imperatoris legato admiſſus, olim non ſine ſtupore ſpectaui. Nam præter ingentem gemmarũ vim, alijs atq; alijs operibus inſertam: duodecim aureas coronas vidi, ac thoraces totidem, immenſa gemmarum multitudine munitos: quarum fulgor non minus mentem, quàm oculorum perſtringebat aciem: Lebetes ad hæc ex precioſiſsimis lapidibus, quorum teſſerulæ annulis inſertæ magno ſoleant precio æſtimari: Tabernacula, candelabra, & alia plura ſacrorum inſtrumenta: in quibus materia, quæ aurea erat, ob reliquum apparatum, qui diuerſis gemmarum coloribus micabat, penè ſordeſcere videbatur: Tranſeo Mono-

Theſaurus Diui Marci.

Monocerotis cornu, immenſi (vt aiunt) precij: Principis inſulam, atque alia opera & multa & eximia, quæ ferè omnia ille per ociũ ſuſtulerat. Verùm neque furtum, vt dicitur, neque adulterium vllum diu in occulto fuit: quia alia ratione tam ſcitò ſcelus deprehendi non poterat: ità ſanè accidit, vt ipſe ſuo indicio ſit proditus. Erat illi compater Zacharias quidam Grio, Cretenſis & ipſe, ac Patricij ſanguinis, homo vel hoc vno exemplo miræ innocentiæ: huic ſacræ aræ adhibito, rem omnem Stamatus ordine enarrat: inde in anguſtiſsimum domicilium, quod Græculus incolebat, abductum, immenſum illi furtum retexit. Ad cuius conſpectum quum probæ vir naturæ, ac minimè facinoroſæ obſtupuiſſet: ſceleriſque atrocitate pauitans, vix ſatis ſuo conſiſteret veſtigio: ferunt ſacrilego homini in animo fuiſſe, eum obtruncare; addidiſſetque omnino ſcelus ſceleri, niſi ille ita occurriſſet, vt diceret, ſe præ nimia lætitia, quòd ex inſperato videret ſe ad tantas diuitias perductum, penè deſipere. Quibus verbis confirmatus ille, cæde abſtinuit. Acceperat interim Grio dono precioſiſsimum ab eo lapidem, atq; ob id notiſsimum. Ferunt eum fuiſſe, qui priore parte Ducariæ inſulæ hodie conſpicitur.

Magnũ ſcelus occultari non poteſt.

Per ſpeciem igitur expediendi negotij, ab fure digreſſus, ſe in curiam proripuit: inde ad Principis conſpectum admiſſus, atrociſsimum retegit facinus: celeritate opus eſſe dicere, ne ille (quem vix multo ambitu verborum feſel-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

liſſet) mutato repentè conſilio, ſe aliquò cum bona parte furti illatebraret: & ne fides rei tantæ deeſſet, Gemmam dono acceptam ſinu deprompſit. Qua conſpecta, confeſtim miſsi ſunt qui hominem comprehenderent: atq; ita cum eo in poteſtatem redacto, omnia quæ ſuſtulerat, ſunt recepta: vt nihil ex tam precioſo apparatu (cuius æſtimatio vicies centena aureorũ nummûm millia æquaſſe dicitur) defuerit. Furti auctor ad geminas columnas eſt laqueo necatus: Indici præter aurum, quod in præſentia dono accepit, perpetuum eſt ſalarium ex publico decretum.

Scelera punienda: & virtutes honorandæ.

AQVILEIA.

VRbs antiquiſsima, ſecundùm nonnullos ab Aquilo, Antenoris ſocio, ſecundùm alios, ab aquis, quæ illam vt Rauennam, & hodie Venetias, circundabant & vndique influebant, ſic dicta.

Romani Anno ab Vrbe cõdita 571. quo Hannibal obijt, eò coloniam duxerunt, ampliſsimis agris inter milites diuiſis. Liu.

Cùm in finibus Germaniæ & Vngariæ ſit, tanta munita fuit diligentia, vt Roma ſecunda vocata fuerit.

Auguſtus cum vxore ibi per octo menſes ſubſiſtens, Herodem contra filios Alexandrum & Ariſtobulum perorantem, audit. Libet adſcribere, quę hac de re apud Ioſephum lib. 16. cap. 7. & 8. leguntur.

Poſtquam Herodes inſolentiæ tentatiq; veneficij

neficij crimina, magna vehementia filijs, coram Cæſare obieciſſet, Adoleſcntes, qui ne loquente illo continere lacrymas poterant, tum verò peroratâ cauſsâ, toti in fletus effuſi ſunt, nullius quidem tantæ impietatis ſibi conſcij, grauem tamen accuſatorem patrem ſuſtinentes: quòd neque decorum eſſet contra eum liberè dicere, neque tutum cauſſam ſuam deſerere. Quamobrem hærebant ancipites lacrymis ac gemitibus, miſerationem ſibi quærentes, & hoc ipſo ſoliciti, ne viderentur perturbante conſcientiâ, defenſionem ſui expedire non poſſe, cùm potius iuuenili imperitia & conſternatione impedirentur: quod tamen Cæſaris prudentiam non latuit, adeoque omnium, quotquot aderant, mouebant miſericordiam, vt ne pater quidem accuſator, immotus hoc affectu, perdurare potuerit. Tum iuuenes, vbi obſeruârunt & illum iam flecti & Cæſarem, cæteroſque partim condolentes ſibi, partim etiam non temperantes à lacrymis, alter illorum Alexander, verſa ad ipſum patrem oratione, ſic aggreſſus eſt obiecta diluere: *Pater, quàm beneuolo ſis erga nos animo, ſatis declarat hoc ipſum iudicium. Si enim aliquid triſte de nobis ſtatuiſſes, nunquam ad omnium ſeruatorem nos adduxiſſes. Poteras enim vel pro regia, vel pro patria poteſtate in ſontes animaduertere. Cæterùm adducere nos Romam, & hunc teſtem ac arbitrum facere, ſeruare volentis argumentum eſt. Nemo enim ad fana ac templa adducit, quem velit perdere. Quod ſanè cauſſam noſtram aggrauat, qui quidem ipſi nos indi-*

Elegans ex Ioſepho hiſtoria.

Alexandri ad Herodē oratio.

Captatio beneuolētiæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

gnos vitâ cenſemus, ſi ſuſtinenda ſit læſæ erga talem parentem pietatis opinio. Quanto enim ſatius mori innoxios, quàm tanti ſceleris ſuſpectos viuere? Quare ſi veritati ſatis patrocinari poterimus, felices nos vel tuo iudicio, vel euaſo diſcrimine. Sin vincit calumnia, ſuperuacaneum fuerit nos ſolem hunc cernere. Quid enim hoc non amotâ ſuſpicione profuerit? Videtur quidem in noſtram ætatem affectati regni crimen competere, & probabilius hoc facit infelicis matris calamitas. Sed vide, obſecro, an non idem crimen in quemvis noſtri ſimilem torqueri poſſit. Nihil enim prohibet quicunq; Rex habebat liberos defunctæ matri ſuperſtites, eos in ſuſpicionem vocare, quaſi patri ſtruant inſidias. Sed ſuſpicio non ſufficit in impietatis crimine. Age, proferat qui poteſt argumentum tentati facinoris, quod aliquam fidem calumniæ valeat aſtruere. Potéſtne quiſquam indicare venenum paratum, aut coniurationem cum æqualibus, aut corruptos precio famulos, aut ſcriptas contra te literas? cùm tamen horum ſingula interdum de nihilo fingat calumnia. Grauis enim res eſt diſsidens inter ſe regia: & ſpes principatus, quem tu ais pietatis præmium, ſæpè ad nefarios conatus praua ingenia perpulit. Nos certè nullius facinoris conuinci poſſumus. Calumnias autem refellere apud obturatas aures quî poſſumus? Sed liberiùs quaſdam voces iecimus. At nō in te Pater, quod nefas eſſet, ſed in eos qui quidquid audiunt, effutiunt. Matrem aliquis noſtrûm defleuit: at non quia mortua ſit, ſed quia etiam poſt mortem, à quibus minimè debuit, malè audiat. Principatum affectamus quem Pater obtinet. Quid ita? Si nobis honores regij contigerunt, ſicut re vera contigerunt, an non conatus noſter

Criminis remotio.

eſt

eſt ſuperuacuus? Sin minus, certè ſperare licet. An te interfecto, ab his expectari poſſet ſucceſsio, quos poſt tam atrox facinus nec terræ laturæ ſint, nec maria? Quid ſubditorum pietas, & totius gentis religio, ferret ſcilicet parricidas ſcelere parto regno potiri, & ſanctiſſimum à te exſtructum templum ingredi? Quid, ſi cæteros contemneremus, poſsétne quicunq; interfector tuus pœnam euadere incolumi Cæſare? Non tam impios genuiſti, neq; tam incircum-ſpectos, ſed infortunatiores fortè quàm tuis rebus eſt etiam conducibile. Quòd ſi neq; quod accuſes habes, neq; quidquam deprehendiſti, quid tibi poteſt tantæ impietatis fidem facere? Quia mater perÿt. Sed illius fatum nos cautiores quàm irritatiores potuit reddere. Poteramus plura pro nobis afferre, ſed quid opus eſt, excuſare quæ nunquam facta ſunt? Quare ab omnium dominio Cæſare, & nunc noſtro arbitro, hoc tantum petimus, vt ſi re vera de nobis ſuſpiciones potes ponere, mi pater, viuamus, licet infelices, eſt enim graue, magnorum ſcelerum quamuis falſa criminatio. Sin à nobis timere tibi pergis, tua pietate ſalua, noſtramet ſententia damnemur: nec enim vſq; adeo chara nobis eſt vita, vt eam cum autoris iniuria retinere velimus.

Verba pietatis plena.

His verbis & Cæſar, ne antè quidem ad credendum calumniæ facilis, magis etiam flectebatur, & intentis in Herodem oculis, ipſum quoque permoueri animaduertebat: & quotquot præſentes aderant, ſolicitudo cepit de iuuenibus non ſine regis inuidia apud omnes aulicos. Nam abſurditas calumniæ, iuuenumque in ipſo flore ætatis periclitantium miſeratio, ad

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

ferendam opem concitabat animos omnium: ſed multò magis poſtquã tam cordatè Alexander accuſationi Patri reſpondit: manẽtibus reis in eodem habitu, & præ mœſticia humentes oculos in terram demittentibus. Tandem alluxit ſpei nonnihil, vt videretur rex ipſe excuſationis egere, qui ſine vllis certis argumentis tam temerè criminationem aggreſſus fuiſſet. Poſtremò Cæſar, aliquantiſper deliberabundus, vel hoc ipſo iuuenes peccaſſe pronuntiauit, quòd non tales ſe parenti præſtitiſſent, vt nulla poſſet inhærere ſuſpicio. Herodem autem rogauit, vt ſuſpicari deſineret, ac reconciliaretur filijs: periniquum enim eſſe, habere eum fidem talib. calumnijs: & poſſe illos in poſterum mederi offenſis prioribus, & redintegrare mutuum amorem priſtinum, ſi ad abolendas ſuſpiciones veteres vtrinq; diligentiùs coleretur pietas. Poſt hanc admonitionem iuuenibus innuit. Quibus iam ad preces patri accidere parantibus, pater has non exſpectans prior flentes, vnum poſt alium complectitur, compatiẽtibus omnibus, qui aderant, tam ingenuis quàm famulis. Tum igitur poſt actas Cæſari gratias, vnà diſceſſerunt, & cum eis Antipater ſimulans ſe gratulari reuerſis in gratiam &c.

Conſcientiæ ſtimulus.

Calumnijs non credendum.

Auguſti prudentia.

Cæſar Auguſtus Aquileienſium reſtitutor & conditor, viam quoq; geminam à porta vſq; ad pontem per tirones iuuentutis, nouæ Italiæ ſuę delectus, poſterioris longi temporis labe corruptam, muniuit atq; reſtituit. Vetus inſcriptio.

Subſti-

Subſtitit etiam aliquandiu Tiberius Cæſar in hac vrbe.

Maximinus Imp. ad vrbem infeſtis armis tendens, Aquileiam, quòd ſenatui Romano parêret, obſeſſam, in eam neceſsitatem redegit, vt cùm arcus cordas non haberent, feminarum ſuarum comis ad illud opus vterentur. Quod Romanos, Capitolij à Gallis obſeſsi tempore, & Maſsilienſes aduerſus C. Cæſarem feciſſe legimus. Fames.

Atila Aquileiam, firmiſsimum tunc temporis Italiæ clauſtrum, obſidens, deſperata quaſi victoria, caſtra inde mouere in animo habuit, atque in poſterum diem profectionem indixit. Interim autem, oblato portus auſpicio, reſtitit: quippe Ciconiam quandam pullos ſuos è turri ſubinde mœnium exportantem, & contra morum ſuum in agrum deferentem, notauit. Quod viſum, ille continuò militibus abire parantibus indicauit. Aquileienſes crebris demum eruptionibus fuſi, rei frumentariæ ad ſummam difficultatem adducti, atq; omnibus deniq; malis vſq; ad deſperationem afflicti, conſilium effugiendi ex vrbe, eamq; vacuam hoſtibus relinquendi cepêre. Itaq; vt minore cum periculo ex vrbe excederent, ſub noctem ſtatuas ligneas armatas in ſtationibus murorum ad decipiendos inani, defenſorum ſpecie hoſtes, diſpoſuerunt: atq; imprudente Atila, à parte ad mare vergente euaſerunt, & in Gradum inſulam cũ Archiepiſcopo Niceta ſe receperunt. Atila verò Stratagema.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

rò poſtquã, luce orta, aues haſtis, capitibusq́; armatorum in muris conſiſtentium hærere ſecuras, ac ſine metu conſpexit, errorem ſuum atq; hoſtium dolum agnouit: ac, ſigno exercitui ad vacuam inuadendam vrbem dato, mœnibus ſcalas admouit, ac ſtatim eam mœnium partẽ, in qua nidus Ciconiæ hæſerat, ſua ſponte labentem animaduertit, itaq; impetu præcipuè ab illa parte facto, vrbem intrauit, ac bona ciuium, qui remanſerant, militibus diripienda, ipſosq́; pro cuiusq; libidine conflictandos permiſit. Sigon.

Iuſtinianus Imp. vrbem per Narſetem inſtaurauit, quam poſtea Longobardi ad Carolum Magnum vſq; per Ducem gubernarunt.

Berengarius eandem Ludouico III. Imper. eripuit, quam poſtea Otho Imp. recepit, eiusq́; poſſeſsionem Patriarchæ commiſit.

Conradus Imper. Fori-Iulij Ducatum, & Marchionatum Iſtriæ Patriarchæ Aquileienſi adiecit.

Anno Sal. 1420. Veneti vrbem hanc occuparunt, quæ poſtea Anno Sal. 1509. à Maximiliano Cæſ. Imperio fuit ſubiecta, quam tamen Veneti paulò pòſt receperunt, eandemq́; hactenus retinuerunt.

D. Marcus Euangeliſta Aquileiæ Chriſtum prædicauit, qua de cauſſa Venetorum Patronus dicitur.

Iuuat ſcire, quando & quo modo Veneti, D. Marci corpus recuperarint.

Circa

Circa annum Chriſti D. CCCXXVI. condebat Ægyptius Soldanus domum ſibi ſumptuoſiſsimam, atq; ob hoc vndiq; pretioſos lapides ex vetuſtiſsimis templis operibusq; alijs publicis priuatisq; comparari iuſſerat. Sed cùm ne ipſi quidem Diui Marci fano, quod huiuſmodi materia eſſet magna parte conſtructum, profanæ manus parſuræ viderentur; metuerentque loci euerſionem, Stauracius monachus, & Theodorus presbyter ambo natione Græci (qui non ſolùm illic ſacris operabantur, ſed quaſi æditui ſacrarium ipſum officiosè aſſeruabant) Bonus Medoacenſes, & Ruſticus Torcellanus Veneti, cum decem nauibus Alexandriam delati, oportunè interueniunt. Hi religionis cauſsâ cùm ad locum veniſſent, cognouiſſentq; rem ad demolitionem templi ſpectare, magnis pollicitationibus eos perſuaſere, vt D. Marci corpus ſibi traderent. At, ne incolæ rem ſubitò deprehenderent, diſſecto, occultiore parte, pallio quo corpus ipſum erat inuolutum, intactis ſigillis, quibus illud antica parte erat munitũ, Diuæ Claudiæ aliud pro eo quod acceperant, includunt. Ferunt interim, tantam odoris fragrantiam ex ipſa æde manâſſe, vt factus ſit ad locum concurſus ingens, potueritq; res facilè deprehendi, niſi pallium immotis ſignis fuiſſet conſpectum. Iam verò ne alicuius temeritate tantum facinus detegeretur, ſacrum onus in ſportam coniectum, herbis ſuillaq; carne circumuoluerunt: à qua pertinaciſsimè Saraceni abſtinent. Illi igitur

D. Marci corpus Venetias fertur.

gitur, quibus datum erat id negotium, ad omnes occurſus, quod facere prius moniti erant, Ganzir, quæ vox porcum apud Barbaros ipſos ſignificat, vociferantes, ad naues deueniunt. Hîc velis obuolutum corpus atq; antennis alligatum, quaſi mox inde ſoluturi, malo ſuſpendunt, ne ab his, qui ſub ipſum negotiatorum digreſſum omnia in nauibus ſcrutari ſolent, pretioſiſsimum furtum deprehenderetur. Demum ſuſpecto litore ſoluentes læti Venetias abiere, à tota ciuitate veneranter excepti. Sabellicus.

Geyſa cùm intellexiſſet, Henricum IV. pro reſtitutione Salomonis Hungariæ Regis, quem ille eiecerat, expeditionem deſtinare, immenſis largitionibus Patriarcham Aquileienſem corrupit, vt partim ſomniorum terriculamentis, partim falſis prodigijs, partim vanis conſilijs Imperatorem à ſuſcepta expeditione remoraretur. Bonfin. *Magus.*

Ludouicus Scarampa Cardinalis & Patriarcha Aquileienſis, vnica die ab Alfonſo Rege Neapolitano ludendo XXV. aureorum millia abſtulit. Garimbert. lib. 6. de vitis Pontificum. *Alcator.*

TAVRISIVM, ſeu TARuiſium.

VRbs pulcherrima, Totilæ patria, ex antiquiſsimis quæ ab Obſiride condita aiunt. Ab Oſtrogothis ad Alboinum Longobardum occupata fuit: qui in Italiam erumpens, Felici Tauri-

Tauriſino Epiſcopo oranti, ac ſibi & rebus ſuis incolumitatem ſuppliciter imploranti, haud grauatè, libertatem, atq; omnes Eccleſiæ ſuæ facultates indulſit, & Tauriſium progreſſus, præſidio deiecto, oppidum ſuæ ditionis ac iuris effecit. Sigon.

Ezelinus Tyrannus illam Imperio eripuit, quam poſtea Henricus VI. Imp. Riccardo adminiſtrandam commiſit. Poſtquam autem illam Carrarienſes, & poſt illos, Scaligeri poſſediſſent, Venetorum ditioni ſubiecta eſt.

Petro Ziano Venetorum Duce ex leuiſsima cauſſa grauiſsima cum Patauinis orta eſt diſcordia. Florebant tum longâ pace Tauriſinorum opes: & cùm ludis multâq; laſciuia, vt fit, in ſecundis rebus ciuitas ipſa luxuriaretur: cōmenta dicitur ſuaue ludicrum, vt caſtellum media vrbe peregrinis pellibus ac eiſdē valde precioſis, purpureiſque ſtragulis murorum loco muniretur; vt ingenuæ virgines, quibus locum tuendum deſtinarant, pro galeis coronas aureas haberent, pro thoracibus, pro brachiorum tegmentis armillas, & ditiſsima monilia. Puellæ eleganti forma caſtellum præſidio tenerent: nobiliſsimi adoleſcentes virginibus æquales arcem oppugnarent: miſsililia quæ vtrinq; iacerent, poma eſſent, muſcatæ nuces, roſæ, lilia, alijque flores in pilarum ſpeciem conglobati: ſubitæ ad hæc roſaceæ aquæ eiaculatus, variaq; alia odoramentorum exquiſita genera. Is rerum apparatus multos, vt fit, mortales ſpectandi ſtu-

Ludi veteres.

di ſtudio Tauriſium traxerat. Venerant & Veneti non pauci, & ex Patauio ad id ſpectaculum inuitati. Sed cùm iam loci oppugnatio omniũ oculos occupâſſet, eſſentque cunctorum animi intenti, qua parte primùm in caſtellum ipſum oppugnatores irrumperent: accidit, vt Venetorum iuuenum globus, occupata repentè porta, iam-iam ſigna eſſet illaturus. Quod ex Patauinis quidam, qui proximo loco & ipſi virgines oppugnabant, conſpicati, Venetis præſentem gloriam inuidentes, facto in ſigniferum impetu, vexillum in quo D. Marci effigies erat, illi præreptum ignominiosè lacerarunt. Continuò ex iniuria orta eſt rixa: fuiſſetq; non ſinè cæde ibidem dimicatum, niſi qui ludis præſidebant, confeſtim ſpectaculum edicto ſoluiſſent. Diſceſſum eſt vtrinque iratis animis. Patauini ſuæ culpæ conſcij, (apparebat enim haud inultam ſe eam à Venetis iniuriam laturos) Tauriſinis in ſocios aſſumtis, ſinè vlla belli denunciatione primas partes occupant: Venetos fines ingreſsi, ſubitam inde prædam abduxêre: resq; publico nomine repetitas non modò non reddunt, ſed Bebianam etiam turrim flumini impoſitam oppugnare incipiunt. Ad Bebias eſt pugnatum. Aquileienſis antiſtitis interuentu pax ſequuta, his conditionibus, vt quinque & viginti illorum, à quibus Tauriſino ſpectaculo iniuria orta erat, Venetias ad principem mitterentur: cui fas eſſet eos, quo vellet ſupplicio, afficere. Eos poſtea traditos, Venetus inuiolatus dimiſit. Sabell.

Pax facta.

Bello

Bello Liguſtico IV. periclitantibus tota continentis ora Venetis rebus, cùm non eſſet vnde commeatus, auxilia, ſtipendia, ad ſuſtinendum belli onus expedirentur: viſum eſt Venetis ad Leopoldum Auſtriæ Ducem mittere, qui publico nomine Tauriſium illi cum ſuis finibus traderent: à quibus niſi Fr. Carrarienſis Patauinus poſtea abſtinuiſſet, quod haut facturus credebatur, non dubium erat, quin Auſtrius ſubitò in Italiam, cum quàm maximis poſſet copijs, eſſet venturus: ſicq; externis opibus ciuitatem magna terreſtris belli parte leuatum iri, quæ maritimo ſatis ſuperq; eſſet occupata. Atque in hunc modum Veneti Tauriſium amiſêre, anno pòſt tertio & quadrageſimo, quam Scalanis illud ademerant. Sed ea fuit Patrum conſtantia, in cælando tantæ cladis dolore, vt Legatos etiam ad Leopoldum miſerint, qui illi felicem acceſſum, nouumq; Tauriſij Principatum gratularentur. Sabellic.

Auſtriacis traditur.

Poſt paucos annos Veneti vrbem receperunt.

Senatus Venetus certior factus, Tauriſanorum ciuitatem præter paucos, qui Maximiliani Imp. partes ſequebantur, in officio cum Repub. velle eſſe: litteras ad eos dedit, quibus immunitas vectigalium per annos quindecim ciuitati dabatur, portoriumq; frumento molendo remouebatur. Ijs rebus cognitis, ciues plebsque omnis in primis, magna voluptate affecti, ad propugnandum ſummo ſe ſtudio confirmaue-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

runt. Quam eorum voluntatem Petrus Duodus Legatus, quem Senatus Verona Vicentiáque abeuntem eò miſerat, magnoperè auxit, tabulis in quibus fiſci rationes, & ciuium reliqua erant ſcripta, publicè abolitis, atq; in foro, plebe aſpectante, igni abſumtis: pauloq; pòſt milites quingenti ab exercitu, Senatus iuſſu ad eos præſidio miſsi, cupidiſsimis omnibus, in oppidum recepti ſunt. Bemb.

Venetorũ beneficentia.

TRIDENTVM.

VRbs antiquiſsima, ab Etruſcis condita, & Gallis habita, à tribus fluminibus ibi translabentium ſic appellata.

Poſt barbarorum deuaſtationem à Theoderico Oſtro-Gothorum Rege inſtaurata, & ex quadrato lapide muro cincta, ac Gregorio XI. à Wenceslao dono data, hodie partim Auſtriacis, partim Epiſcopo ſubdita.

Hypomnemata.

Grimoaldus Longobardorum Rex, quum diu quietè regnaſſet, Halaris Tridentinorum Dux repentina defectione otium eius interturbauit. Tridenti igitur obſeſſus, Cuniberti Grimoaldi filij opera, regi conciliatur: & paulo poſt eiuſdem precibus Brixianam præfecturam aſſequitur. Mortuo Grimoaldo Halaris duos muneribus ſubornat, qui Cunibertum regem per

per inſidias circumueniāt,eiusq; caput ad ſe referant. Illi contrà faciunt:regique Ticinum circumuagāti ſcelus aperiunt. Cunibertus coacto exercitu arma aduerſus Halarim induit: ſolemni tandem Monomachiæ ſtatutus eſt dies. Seno Diaconus, dum Cuniberto vehementer timet, pro rege in certamen deſcendit, & ab Halari obtruncatur. Victor dum elata dextra cæſi caput oſtentat, exuta galea, clerici caput eſſe comperit. Deluſum ſe videns, nuncupatis votis, ſi veræ victoriæ compos fuerit, altiſsimū puteum clericorum teſtibus ſe completurum exclamat. Ad hæc Cunibertus in medium prodiens, ſe hoſti offert: ac inſtructa vtrinque acie Halarim prouocat ad ſingulare certamen. Recuſat Halaris, quia Michaëlem Archangelum ſupra pila hoſtium diſtricto enſe infeſtum ſibi videre videbatur. Exclamantibus cunctis, iſtū præ pauore hæc cernere: inter vtramq; aciem pugna conſeritur: Rex cum Rege, miles cum milite congreditur; Strages magna committitur: demum Halaris Cuniberti dextra abſciſſo capite ſuccubuit. Senonis diaconi corpus magnifico ſumtu ſepultum eſt: Cunibertus Ticinum reuerſus triumphauit. Bonfin.

Diaconi in Regem amor.

Veteris ſtat gratia facti.

Alachis Dux Tridentinus Iuniperto Regi Longobardorum rebellauit, iunctis ſibi Aldone, & Granſone de Brixia, eumq; intra Lacum Larium compulit. Occupatâ Tyrranide ſocios etiam ſceleris ſuſpectos habere cepit. Accidit vt cùm manu pecunias teneret, tremiſsis in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

terram caderet. Eum filius Aldonis, qui fortè aderat, exceptum regi reddidit. Ille ad puerum ait, *Pater tuus multos eius generis habet, quos breui reddet.* Puer ad parentem rediens, apud regem in Palatióne fuiſſet, & quid ibi egerit, dixerítue, per iocum interrogatur. Ille verba Regis de tremiſsibus repetit. Aldo igitur properè fratrem Granſonem docet, tyrannum inſidias meditari. Ergo Iunipertum reuocarunt. Alachis bellũ inferens, in prælio cæſus eſt. Crantz.

Pater pueri verbis cautior.

AD DEVM OPT. MAX. SOSPITATOREM ET TVTELAREM benigniſsimum.

Vidimus Italiam, & varias luſtrauimus vrbes,
Rebus in anguſtis auxiliante DEO.
Nunc monſtrat Patriæ dulces Alemannia ſedes
Et iubet ad veteres nos properare Lares.
Ergo tuis Deus omnipotens aduoluimur aris,
Atq; tibi grato pectore thura damus.
Namq; tuo Heſperiæ licuit Ioua numine nobis,
Cùm penetrare ſolum, tum penetrare ſalum.
Tu ductor, tutorq; Deus Iehoua fuiſti.
Tu Lucerna viæ, tu Cynoſura ratis.
Vſq; tuo nutu ſurgoq; cadoq;. Tibi vni
Corporis atq; animæ credita cura meæ eſt.

SOLI DEO GLORIA.

INDEX.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

INDEX,
VRBIVM ET REGIONVM,
quarum hiſtoriæ & res quæuis memorabiles hoc itinerario deſcribuntur.

Francofordia 1
Moguntia 3
Ingelheim 8
Wormatia 9
Franckenthal 11
Oppenheim ibid.
Manheim ibid.
Heidelberga 15
Palatinatus 17
Spira 21
Weiſſenburg 21
Hagenau ibid.
Taberna ibid.
Argentina 22
Offenburg 25
Briſacum ibid.
Zeringen 26
Freiburgum 27
Hachberg ibid.
Sultzberg ibid.
Seleſtadium 28
Colmaria ibid.
Mylhauſium 29
Baſilea 30
Fanum D.Iacobi 50
Dornacum caſtrum ibid.
Auguſta Rauracorum 51
De veteri Heluetiæ ſtatu 54.55.56.&c.
Saccinga 67
Lauffenburg 69
Zurzacum ibid.
Schafhuſiæ 70
Staina ibid.
Conſtantia 71
Fanum S.Galli 73
Vitodurum 74
Tigurum 75
Bada 79
Vindoniſſa 79
Königsfelden 80
Habsburg ibid.
Lucerna 81
Vrania 83
Tellij hiſtoria 88
Salodurum 87
Fraubrunna ibid.
Berna 91
Muratum & Wifflisburgum 93
Paterniacum 95
Friburgum ibid.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Lauſanna 98
Geneua 98
Lugdunum 99
Wienna 100
Turonium 117
Valentia 119
Arauſio ibid.
Auenio ibid.
Pons Gari 121
Nemaus 123
Monſpelium 127
Magalona ibid.
Beli Lucus 128
Fanum S. Aegidij 128
Arelas 129
Aquæ Sextiæ 134
Maſsilia 135
Taurantium 139
Forum Iulij ibid.
Antipolis 140
Nicea 140
Italia 142. &c.
Liguria 164
Monaco ibid.
Vintimilia 165
San Remo ibid.
Caſtellum Tabia & Moriſo 165
Albenga 166
Noli ibid.
Sauona 166
Genua 169
Genuenſe littus 180
Hetruria 180
Portus Veneris 181
Luna ibid.
Sarzana Maſſa & Carrara 183
Luca 184
Piſæ 187
Florentia 193
Senæ 203
Vulſinium 207
Mons Faliſcus ibid.
Viterbium 208
Roma 210
Oſtia 231
Lauinium 232
Aſtura ibid.
Terracina ibid.
Amyclæ ibid.
Fundi ibid.
Molæ ſeu Formiæ 233
Caieta 234
Capua 238
Linternum 241
Vatij Villa 242
Cumæ 243
Baiæ 245
Miſenus 246
Hortenſii piſcina 247
Ishia ibid.

Puteoli

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

INDEX

Puteoli ibid.
Pauſilippus 248
Neapolis 249
Veſuuius 269
Nola 271
Amalphis 273
Salernum 275
De reditu in vrbẽ Romam 278
Tibur hodie Tiuoli 279
Ocricolum 282
Narnia ibid.
Interamnia 284
Peruſium ibid.
Spoletum 286
Tolentinum 287
Macerata ibid.
Recanati 288
Lauretum ibid.
Ancona 289
Senogallia 292
Caſa Bruſciata ibid.
Vrbinum 293
Fanum Fortunæ 295
Forum Sempronij ibid.
Piſaurum 297
Catholica ibid.
Ariminum 298
Ceſenaticus portus 300
Ceſena 301
Rauenna 302
Ferraria 308
Argenta 316
Bononia 317
Parma 325
Cremona 326
Crema 328
Placentia 329
Ticinum ſeu Papia 331
Mediolanum 335
Bergomum 346
Comum 348
De Valle Telina 350
Clauennæ & Rhætiæ deſcriptio 352
Brixia 360
Mantua 364
Verona 365
Vincentia 377
Patauium 380
Venetiæ 407
Aquileia 454
Taruiſium 462
Tridentum 466

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429

Lect. Salvtem.

Errata pro ingenij tui facilitate, humaniſsime Lector, æquanimiter corriges.

Pag. 45. lin. 8. pro Oſvvdio, lege Claudio.
Pag. 53. lin. penult. Annectata lege Annotata.
Pag. 128. lin. 11. pro Marauderio, Mazauderio.
Pag. 200. in Marginal. Piſtoris, Pictoris.
Pag. 232. lin. 22. Amydae, Amyclae.
Pag. 252. in Marginal. Statuta, Statua.
Pag. 288. lin. 27. gubernandum, gubernanda.
Pag. 320. lin. 17. Conantes, Canentes.
Pag. 407. lin. 21. eorum oditatis, commoditatis.

Irrepſerunt hæc & ſimilia ex literarum tranſpoſitione.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Geogr., 956 oktav 64429